



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Jacobi Alvarez de Paz Opera**

De Exterminatione Mali, Et Promotione boni - Libri quinque

**Álvarez de Paz, Jacobo**

**Lvgdvni, 1613**

De Fvndamento Virtvtvm, Sive De Hvmilitate, Liber Qvartvs.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77843](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77843)



DE FVNDAMENTO  
VIRTVTVM, SIVE  
DE HVMILITATE,  
LIBER QVARTVS.  
P R O O E M I V M.



**S**ANCITAE Humilitatis, omnium Virtutum matris, cunctorum donorum caelestium originis, & aeternae salutis ianuae, tractationem aggredimur; & cum vniuersas virtutes, vno volumine clausimus, seorsum ei tractatum, & longum tractatum in quatuor partes distinctum dedicamus, ut quae reliquis virtutibus pro matre & tutamine est, in his lucubrationibus nostris, quibus viris spiritualibus prodesse cupimus, illustriore habeat principatum. Nec id virtutum caetus probro dabit, quas dum humilitatem latius exponimus, & quasi in hoc magis honoramus, honore prosequimur. Omnis christiana virtus humilitate diligit, humilitate crescente, crescit, & sublata de medio humilitate, euanescit: quare quicquid honoris, quicquid amoris, quicquid laboris humilitati tribuitur, id omne a quacumque virtute sibi datum reputatur. Fides humilitatem diligit, quae Christum, Filium summi Dei, humilem proponit, & in viro iusto contemptu sui originem exaltationis esse decernit. Spes humilitatem amplectitur, quia per scalam humilitatis ad fastigium regni caelestis se venturam esse confidit. Caritas humilitati amoris nexibus foederatur, quoniam cum ipsa, ut inquit Paulus, [ non inflerit, & non sit ambitiosa, ] ab hac pulcherrima filia sua, sibiq; charissima limites moderationis acquirit. Prudentia, Iustitia, Fortitudo, Temperantia, & aliae virtutes sub his comprehensa Humilitati iunguntur; nec Prudentia erit prudens, nisi ad suum finem consequendum, humilitatem eligat; nec Iustitia iusta, nisi ad tribuendum maioribus, quod eis debetur, humilitatem assumat; nec robusta Fortitudo, nisi motibus superbiae resistat; nec Temperantia moderata, nisi effrenatum appetitum honoris cohibeat. Si ergo vniuersae virtutes humilitatem impense amant, eius honorem ac gloriam, non quidem alienam, sed propriam iudicabunt; quia amor bono rei amatae non inuidet, sed ei potius, ex eo quod illud habet, vehementer adgaudet. Non solus autem amor, sed & iustum aut commodum, virtutes ad honorandam humilitatem inducit, cuius prouectio, aliarum est virtutum augmentum, & cuius imminutio, earundem est detrimentum atque spendium. Hoc indicant illa verba Gregorij: Quia origo virtutis humilitas est, illa in nobis virtus veraciter pullulat, a qua nimi-

**A**rum si abscondatur, arescit, quia viuificantem se in infimis humore charitatis perdit. ] Humilitas enim est velut vas, ac donorum receptaculum, quod dum latius & capacius fit, plura, & maiora dona capit: dum vero angustius efficitur, paucioribus, & minoribus donis impletur. Quare dona caelestia, quibus vniuersas virtutes intelligimus, non solum cupiunt, ut vas humilitatis solidum sit & firmum, quod possit tentationibus resistere, & quod in illud inicitur, absque discrimine effusionis seruare: verum & ut sit amplum & admodum capax, quod possit multa, & magna, & pretiosa continere. Dum ergo vas humilitatis amplificamus, fusuque explicamus, virtutum reliquarum amplitudini dignitatiq; consistimus: quae tanto perfectiores & pulchriores erunt, quanto humilitas in maiorem celsitudinem ac perfectionem assurgit.

**B** Nec putandum est, opus istud minus conuenienter fuisse dispositum, ex eo quod quaedam virtutes silius tractat, alias vero breuius explicat, summamque perstringit. Nam & hoc tum virtutum ipsarum naturae consonum est, tum operis huius necessitas exigit; tum scriptoris exiguitas imbecillitasque requirit. Virtutum enim quaedam est finis caritatum, & forma, atque substantia; quaedam est radix & fundamentum, quo sublato reliquae virtutes corrumpuntur; aliae sunt velut fontes, ex quibus virtutes oriuntur; aliae denique sunt sicut riuuli ex fontibus emanantes, vel sicut politri & pretiosi lapides, ex quibus vitae spiritualis structura construitur. Alia autem ratio habenda est substantiae rei, alia partium eius; alia finis, alia mediorum; alia fontis, alia riuuli, nec rerum tanta distantia aequalé admittat disputationis mensuram. Caritas est virtutum forma, & spiritualis vitae substantia, sine qua opera nostra, nec grata Deo sunt, nec aeterno premio digna, Paulo dicente: Si distribuero in cibos pauperum, omnes facultates meas; & si tradidero corpus meum, ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. ] Ideo huic virtuti praestantissima, & aliarum reginae ac vitae, primum huius operis tomum consecrauimus; eamque perfectionem, ac sanctitatem esse definiuimus. Humilitas (ut postea dicemus) est radix, est basis, est fundamentum reliquarum virtutum, in qua ipse fundantur, & a qua firmitatem & stabilitatem habent. Meritoque Ecclesiasticus ait: Humiliare Deo, & expecta manus eius; ] quia scilicet si nos ei per humilitatem submitimus, auxilium potentiae eius ad

1. Cor. 13. 5.

1. Cor. 13. 3.

Ecclesi. 13. 9.

Greg. 27. mor.



adipiscendas & seruandas virtutes comparamus. Hæc autem ob causam notabile huius operis parte, nepe totum hæc librū, humilitati tribuimus, sciētes, quod si viros spirituales ad humilitatis amorem & studium allexerimus, in eorum cordibus fundamentum iacimus, quo facile possint ad fastigiū perfectionis accedere. Paupertas, Castitas, & Obedientia, sunt quasi fontes originēque Virtutum, quatenus omnium virtutum materias, diuitias, voluptates, & propriā voluntatē abscindunt: sunt quasi lapidicina, ex quibus virtutes omnes extrahuntur, vt spirituale Dei templū in mentibus nostris assurgat. Factus est enim Dominus refugium pauperi, ] vt ex mendicitate diuitias eruat virtutum. Et in Indith: Castitas virtuti coniungitur, ] quia omnis virtus, quæ amatrix mundiciæ est, ab ipsa mundicia in suo decore & splendore seruat. Et: Vir obediens loquetur victoriam. ] quam de omnibus vitis reportat, vt dum per obedientiam vniuersa vitia prostermit, per eandem omnium virtutum possessōr existat. Meritō ergo tres istæ virtutes magnam etiam huius operis partem occupant, & totum sequentem librum, qui postremus est tomi huius, sibi tanquam proprium vendicant. Reliquæ tandem virtutes, sunt quasi pretiosi lapides à prædictis lapidicinis educti, & humilitati quasi fundamento subnixi, quibus vt eumque satisfecimus, dum earum naturas & actus expressimus, & instrumenta ad eas obtinendas exposuimus. Et sanè si charitatem, à nobis supra delineatam, possederimus, si humilitatem nunc describendam quaesierimus, & tria religiosa vota serauerimus, certum est, nobis virtutes reliquas non deesse, quas triplex virtus religiosa gignit, humilitas protegit, & charitas, amorem Dei & proximi complectens, perficit.

Psal. 9.  
10.  
Ind. 16.  
26.

Prom. 2.1.  
28.

Dispositioni etiam huius operis commodum fuit, vt quarundam virtutum naturam fusiùs, aliarum verò pressius tractaremus, in quo spiritualis vitæ perfectionem inquirimus, & formam huius artis seruiendi Deo, potius quam materiam, circa quam, versatur hæc ars, ( quæ materia continet omnium Virtutum & ministeriorum sylum ) explicare decreuimus. Charitas autem, vt supra diximus, forma est religiosæ vitæ: humilitas verò, paupertas, castitas, & obedientia ad eandem formam pertinent, quatenus status à falsa mundi gloria sciunctus, & ab amore diuitiarum, & voluptatum, & propriæ voluntatis separatus, sine his virtutibus aut esse, aut concipi nequit. Meritō ergo hæc ex professo explicantur, reliqua verò virtutum opera ea tantum ratione, qua his præcipuis virtutibus, aut proximè, aut quasi à longè deseruiunt, à nobis exponenda suscipiuntur. In hoc etiam legentium commoditati prospicimus. Vt si breues in hoc opere esse non possumus, saltem nimiam prolixitatem fugiamus. Quam profectō vix euitare potuissimus, si longiorem cuiusque virtutis tractatum scribendum aggredieremur. Non affectamus breuitatem, quia non tam docere, quam suadere & incitare curamus, id autem, si animus sit partim ad virtutem propensus, non solent facere rationes paucæ & breui sermone comprehensæ. Aliquando vtendum est & illis ( vt ita dicam ) concionibus, inquit Seneca, vbi qui dubitat impellendus est. Vbi verò non hoc agendum est, vt velit dicere, sed vt discat, ad hæc submissiora verba veniendum est. Facilius intrant, sed hærent: nec enim multis opus est, sed efficacibus. Seminis modo spargenda sunt: quod, quamuis sit exiguum, cum occupauit idoneum locum, vires suas explicat, & ex minimo in maximos actus diffunditur. Idem facit ratio: non latè patet, si aspicias, in opere crescit. Pauca sunt quæ

Seneca  
1.5. epist.  
35.

A dicuntur, sed si illa animus bene exceperit, conualescant, & surgant. Eadem est, inquam, præceptorum cōditio, quæ seminū. Multum efficiunt, & si angusta sunt, tantum, vt dixi, idonea mens rapiat illa, & in se trahat. Multa inuicem & ipsa generabit, & plus reddet, quam acceperit. ] Formidamus autem prolixitatem, ne dum virtutē suadere cupimus, sola voluminū amplitudine lectores terreamus. Nos itaque, qui non tantum docere virtutem, sed ad eam impellere volumus, non immeritō fusiùs loquimur, & pluribus in vnaquaque re rationibus vtimus. Placetque nobis scita cuiusdam Poëtæ sententia;

Horat.

B Illud, quod medium est, atque inter vtrunque probatur. Satis ergo erit nobis, ad vilitatem religiosorum religiosas virtutes scribere, quarum studio religiosi efficiuntur, & quarum tractatione, quod optamus, nempe fratrum nostrorum vilitatē, assequimur. Horum enim vtilitas, non in auro, non in argento, non in delictis, aut honoribus est posita, sed in veris & solidis virtutibus collocata. Nos enim, vt verbis Ambrosij vtar, nihil omnino, nisi quod deceat, & honestum sit, futurorum magis, quam præsentium metimur formula. Nihilque vile, nisi quod ad vitæ illius æternæ proficit gratiam, desinimus: non quod ad delectationem præsentis, neque aliqua commoda in facultatibus, & copiis opum constituimus; sed incommoda hæc putamus, si non reiciantur, eaque oneri magis cum sint, æstimari, quam dispendio cum erogantur. Et infra: Vilitatem autem non pecuniarij lucri æstimatione subducimus, sed acquisitione pietatis, sicut Apostolus ait: Pietas autem ad omnia utilis est, promissionem habens vitæ præsentis & futuræ. ] Hanc itaque vtilitatem verissimam ex nostro labore captabimus, si lectorem ad humilitatem, & votorum suorum custodiam impulerimus, quamuis nullius alterius virtutis nunc ex professo mentionem faciamus.

Ambrosij  
1. de offic.  
c. 4.6.

C Licet autem hæc, quæ diximus, non essent satis ad hunc modum scribendi tenendum; at scriptoris exiguitas per se profectō sufficeret. Neque enim nos tales sumus, vt exponendarum omnium Virtutum onus subire valeamus: quare mentientes vires nostras, tantum quatuor virtutes, magis nobis familiares, tractandas suscipimus. Vocamus autem eas magis familiares, quoniam ad Paupertatem, Castitatem, & Obedientiam status religiosi à teneris annis suscepti obligatione compellimur: ad Humilitatem verò ipsa talentorum inopia, & vilitate nostræ conditionis inducimur. Prudentiæ ergo est, sequi consilium Pauli dicentis: Nos autem non in imensum gloriabimur, sed secundum mensuram regulæ, qua mensus est nobis Deus. ] Non inquam vltra mensuram, & sine debito limite scribere audebimus, sed iuxta vires nobis diuinitus datas, alios stylo & scriptione inuare curabimus. Nobisque illud Tobie seruandum est: Si multum tibi fuerit, abundanter tribue. Si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impertiri stude. ] Et quia exiguum satis notitiæ rerum spiritualium nobis concessum est, non ob id est omnino tacendum, & à labore cessandum, sed potius ex hoc exiguo exiguum saltem nostris fratribus ingerendum. Hæc namque est incomprehensibilis miseratio nostri Dei, vt dum exiguum ex recta intentione impertitur, [ præmiū nō bonum, ] id est, non exiguum, sed magnum, sed ineffabile, sed tale quod nec oculus vidit, nec auris audiuit, [ in diem necessitatis thesaurizemus. ] Et ego quidem existimo, seruum, qui ex amore domini sui curaret ei domum amplissimam adificare, nec posset, non parum amoris & fidelitatis præferre, si

1. Tim. 4.  
8.

1. Cor. 10.  
13.

Tob. 4. 9.

1. Pet. 4.  
10.

cidem

De P. S.  
Tom. 1



eidem Domino locum aptissimum ad edificandum ostenderet, & tres lapidinas pretiosissimas ad extrahendos lapides demonstraret. Si verè, & ex animo, ô lector, domum pulcherrimam perfectionis extruere decreuisti, me seruum tuum minimum esse profiteor, qui non solum dignus soluere cortigiam calcamenti tui, quoniam nunquam ad tantam felicitatem sum prouectus, vt hanc voluntatem strenuam perficendi me ipsum comparauerim. Sed nunquid, quia in tota hac edificatione te iuuare non possum, ideo tacebo, ideo otiosus permanebo, ideo à labore omnino cessabo? Non sanè. Sed quod possum, faciam; & vt me seruum tuum fidelem reputes, locum huic domui edificandæ aptum, nempe cor humile, & tres lapidinas, scilicet Paupertatem, Castitatem, & Obedientiam, ostendam. Si tu autem operi institeris, & domum perfectionis ex virtutibus extruxeris, in ea fat scio, per orationis donum, quod tertius huius operis tomus expositurus est, diues meritorum & lætus requiesces.

Nunc ergo Humilitatis virtus ante alias tres virtutes enodanda est, vt quæ alias sustinet & defendit, primo loco proponatur. In cuius tractatione, dum alios alloquor, me ipsum præcipuè tanquam huius doctrinæ indigentiorum instituo. Loquar itaque (vt Laurentius Iustinianus ait) non minus mihi ipsi, quam cæteris. Scio enim, & palam testificor, me salubri indigere admonitione, atque efficaci habere opus medicamine; eius videlicet, de qua fari instituo, humilitatis virtutis, quoniam superbia morbo laborare me fateor. Aperiam igitur os meum, vt illud impleat ipse, qui docet hominem scientiam, & præstat intellectum poscen-

**A** tibus se. Ipsum quippe volo habere præceptorem meum, sermonum meorum institutorem, correctorem ignorantia meæ, meæque linguæ disertorem, quatenus quæcumque in hoc opere ex illa processerint, sint prolata rectè, sale condita, veritati innixa, & virtutum disciplina contexta. Sine ipsa, qui alios conatur instruere, prorsus à semetipso decipitur, nec sibi, nec aliis prodesse valet, cum sapiencia careat, quæ de sursum est & à solo Deo donatur; dicente Apostolo Iacobo: Si quis indiget sapientia, postulet à Deo, qui dat omnibus affluentem, & non impropertat, & dabitur ei. Tu ergo, Domine, qui ad te accedentes non repellis, qui caecos illuminas, qui ignorantes erudis, qui torpentes exsuscitas, & gelu rigentes inflammas; ne despicias me tibi soli fidentem (cuius tu ipse testis es) & tuum auxilium non semel ac bis, sed plus quam millies implorantem. Doce me humilitatem diligere, humilitati studere, & ad obtentionem profundæ humilitatis peruenire; vt de Humilitate digna sentiens, digna loquar: & quod conatus fuero desiderare, & actione præstare, alius faciendum proponam. Hucusque in hoc opere, in quo pro te laboro iustitiam tuam non abscondi in corde meo; & (vt de tua immensa benignitate confido) veritatem tuam & salutarem tuam dixi. Non abscondi misericordiam tuam, & veritatem tuam à consilio multo. Tu ergo, Domine, ne longè facias miserationes tuas à me; sed perface quod cepisti: & sicut huic tractationi de Virtutibus initium, pro tua benignitate dare dignatus es: ita & felicem exitum, per intercessionem Beatæ Virginis Mariæ, & per mirabilem eius humilitatem, dare non differas, vt sitientium perfectionem expectationi satisfaciam, & aliquem fructum in eis ex meo labore decerpam.

**B**

**C**

Iacob. 1. 5.

Psal. 39. 11. 12.

In fin. in prologo Humilis.



# PARS PRIMA

Huius libri de præconio humilitatis.



**E**CCLESIÆ, Matris nostræ, mysticæ Hierosolymæ, non solum singula partes in diuinis scripturis, sed etiam fundamenta laudantur. In quorum laudem Regius vates cecinit: Fundamenta eius in montibus sanctis. Et Ioannes in sua reuelatione ait: Fundamenta muri eius omni lapide pretioso ornata. Verè fundamenta Ecclesie, vel populi Dei in montibus sanctis, hoc est, in Apostolis & Prophetis iacta sunt; quia prima fidei semina, vt ex eis ad omnes posteros propagarentur, ipsis commissa sunt. Quare Paulus ad posteros Apostolorum, & Prophetarum loquens, ait: Sed estis ciues Sanctorum, & domestici Dei, super edificati supra fundamentum Apostolorum & Prophetarum, ipso summo angulari lapide, Christo Iesu. Verè fundamenta muri eius omni lapide pretioso ornata, id est, vt interpretatur Anselmus, omni virtutum genere decorata: vel, vt vult Ambrosius, eorum, quos ad fidem traxerunt meritis, & laboribus circumseptæ. In hac ciuitate, quæ est Ecclesia, & in fundamentis eius, Deus sanctitatem fundauit, & omnium virtutum perfectionem extruxit: immò ideo Ecclesia ciuitas Dei est, quia in ea sanctitas locata est. Hanc sanctitatem, vt domum quandam pulcherrimam, vel vt ciuitatem munitissimam, meditari sumus, in qua & fundamentum est, cui nitatur, & reliquæ optime vrbs partes, ex quibus constituitur. Nunc ergo scripturæ sanctæ ductum sequentes, volumus in hoc priori tractatu perfectionis fun-

Psal. 1. Apoc. 2. 19.

Ephes. 2. 20.

Ansel. ibid. Ambros. ibid.



damentum, nempe humilitatem, laudare, & eius præstantiã & necessitatem exponere, ut si lapides vini domus Dei, nempe Ecclesie, esse volumus, & nunquam reici, aut reprobari cupimus, ab hac præstantissima virtute nostram salutem & perfectionem inchoemus. Iam rudera peccatorum & vitiorum egesta sunt: iam cor nostrum, area ad hoc edificium destinata, per mortificationem mundatum est: iam sunt duodecim instrumenta ad hoc opus comparata: iam quomodo quotidie in opus incumbendum est, novimus, nihil superest, nisi ut à fundamento perfectionis incipiamus, & auditis eius laudibus, quam ratione sit iaciendum, aperiamus.

Duplicem esse Humilitatem cognitionis & affectionis, ac de utraque tractandum.

CAPVT I.

**Q**VI titulum huic capiti præfixum legitur, forsitan nos ignorantia infirmulabit, quodd Humilitatem intellectui tribuamus. Cum enim humilitas (vt supra didicimus) pars temperantiæ sit, & hæc virtus appetitum concupiscibilem moderetur, & ad affectum pertinere non apparet, qua veritate humilitatis virtus intellectum possit afficere. Sed is sciat nos in hoc modo loquendi Patres Ecclesie fuisse sectatos, qui humilitatem intellectus & affectus nominant, atque inter utramque discrimen constituunt. Id autem merito: quoniam licet humilitas affectus sit, quo quis sibi ipsi vilescit, & ab aliis vilis haberi, aut non supra id, quod est, æstimari concupiscit: tamen ita à notione vilitatis propriæ dependet, vt non possit quis humilitatem habere, & in sui cognitione cæcutire, aut supra id, quod est, seipsum æstimare. Si homo putet se debitorem pecuniæ, quam re vera non debet, & hac persuasione deceptus, pecuniam alteri soluat, iustus est. Si cogitet imminere mortis periculum, quod nullo modo imminet, & resistat discrimini, ac timorem excutiat, fortis est. Si verò simili coniectura ductus, existimet hanc cibi, & potus quantitatem sibi esse necessariam, quæ tamen non est necessaria dum eam sumit, temperatus aut abstinens est. At si putet se aliquid esse, cum nihil sit, & hac cogitatione ductus seipsum erigat, & aliis insipiens præferat, humilis non est. Quare Thomas Aquinas pulchre per aliquid intellectus & aliquid affectus, humilitatem descripsit. Est, inquit, cum aliquis considerans suum defectum, tenet se in infimis secundum suum modum. Sumpsit autem ex Bernardo, asserente, humilitatem esse virtutem, qua quis verissimam sui cognitione sibi ipsi vilescit. Et Richardus de sancto Victore triplicem humilitatem notans, nullam illarum sine sui cognitione patefecit. Est, inquit, humilitas, quædam deuota: quædam voluntaria: quædam coacta. Coacta est, quando homo peccata, infirmitatem, ac imperfectionem suam ante oculos sibi reuocans quasi inuitam mentem, & bona sua ante oculos magis habentem, demutescere facit, & sibi vilescere. In his etiam coacta est, tamen perficitur, vt hanc mens aliquatenus consequatur. Si tamen per negligentiam cesset cogendi magisterium: statim ab ea dilabatur, & ad pristinam superbiam sine remissione deducitur. In aliquibus verò nec cogi potest, mente semper sursum ad alta & consueta tendente: nec est aliquid, quod mentem per humilitatis infirma deprimere & submittere valeat. Alta est enim superbis

D Thom. 2. 2. q. 361. ar. 1. ad 1. Bern. lib. de gradibus humilitatis. Richar. in Cant. 6. 14.

humilitas; & si ad eam aliquando conscendere contentur, illico relabuntur. Ad quam ideo non ascendunt, quia infirmo desiderio ad hanc tendunt. Volunt enim, & non volunt, sicut Salomon de pigro dicit: Vult, & non vult piger. ] Voluntaria est humilitas, cum ex rationis ductu homo videt, quam infirmus sit & peccator; & quod (iuxta Iob) non sit ei auxilium in se: & huic rationi consentit voluntas; & hoc iudicium diligit, & despectus esse eligit: quia sic nosse esse sic expedire nouit. Lubens itaque humiliatur; quia illustratus per gratiam, humilitatem, sicut & alia bona, iam amat. Non autem est coacta hæc humilitas, quia excusso iam tepore, & debilitatis vitiorum passionibus, ad hanc libertatem spiritus peruenit anima, vt bonum eam deleat, eique sapiat. Est item alia sublimior humilitas, quæ non coacta; non rationis ductu tracta, nec solum voluntaria; sed feruens & deuota est. Hanc habet perfecta anima, quæ tanto est humilior, quanto fuerit deuotior: & quantum crescit in spiritu aut cognitione, tantum proficit in humilitate. Vera enim gratia non extollit, sed humiliat: quia hominem sibi plenius demonstrat, & sublimitatem eius intelligens, videt quam exiguum sit, quod de ea capere potuerit.

Habemus itaque duas Humilitates, alteram cognitionis, alteram affectionis. Cum enim humilis, vt Ildorus ait, sit quasi homo accliuus, qui se intellectu deiicit, est humilis cognitione; qui verò se voluntate despiciat, est humilis affectione. Humilitas cognitionis, est virtus, qua nostram vilitatem agnoscimus: Humilitas affectionis, qua ex cognitione nostræ vilitatis nos ipsos contemnimus. Illa est, qua homo suum nihilum (sic atque fatetur: ista, qua affectu & voluntate deprimitur. De illa dicitur: Vbi est humilitas, ibi est sapientia: ] quia ad humilitatem pertinet, vt de nobis modeste sentiamus. Et rursus illud: Intra lutum, & calca, subigens tene laterem: ] quoniam dum attenda meditatione lutum nostrum ingredimur, nos ipsos per despicientiam nostri calcamus, & non aliud quam laterem, id est, terram & cinerem, nos habere profitemur. De ista verò dictum est: Domine, non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei. ] Et rursus illud: Est, qui se nimium submittit, à multa humilitate. ] Illa denique, vt Thomas ait, est sicut regula appetitus, qua homo cognoscit, quousque possit tutò progredi; hæc verò est vt ipsa humilitatis substantia, qua homo alluescit seipsum in imo, sibi debito, continere. Quia ergo cognitio sui ipsius ad humilitatem pertinet, sicut radix aut regula, ideo humilitas vocatur, & virtus hæc in humilitatem intellectus & affectus diuisa est. Quam distributionem ex Laurentio Iustiniano, & Bernardo collegimus. Ille breuius, sic ait: Nam alia

Prou. 13. 4. Iob.

Ildor. li. 10.

Prou. 11. 2. Nahum 3. 14.

Psal. 130. 1. Eccl. 19. 24. D. Thom. 2. 2. q. 161. art. 2.

Iust. in li. gno. vna. tract. de humilit. c. 5.

est

De Humilitate  
Tom. I



Bern. in Cant. ser. 42.

Philipp. 2. 7.

Matth. 11. 29.

est humilitas, quam parit veritas nobis, & non habet calorem: alia est humilitas, quam charitas inflammatur, & informat. Hæc quidem in affectu, illa in cognitione consistit. Hic verò copiosius in hunc modum: Est humilitas, quam nobis veritas parit, & non habet calorem: & est humilitas, quam charitas format, & inflammatur. Atque hæc quidem in affectu, illa in cognitione consistit. Etenim tu si temetipsum intus ad lumen veritatis, & sine dissimulatione inspicias, & sine palpatione diiudices, non dubito quin humilioris & tu in oculis tuis, factus vilior tibi ex hac vera cognitione tui, quamvis necdum fortasse id esse patiaris in oculis aliorum. Eris igitur humilis, sed de opere interim veritatis, & minime adhuc de amoris infusione. Nam si veritas ipsius, quæ te tibi veraciter atque salubriter demonstravit, sicut splendore illuminatus, ita affectus amore fuisses: voluisses proculdubio, quod in te est, eandem de te omnes tenere sententiam, quam ipsam apud te veritatem habere cognoscis. Sanè quod in te est dixerim, quoniam plerumque non expedit innotescere omnibus omnia, quæ noscimus de nobis, atque ipsa veritatis charitate, & charitatis veritate veramur, palam fieri velle, quod nocet agnoscenti. Alioquin si priuato amore tui tentus, detines pariter intra te iudicium veritatis inclusum, cui dubium est, minus te veritatem diligere, cui proprium præfers vel commodum vel honorem? Vides igitur, non esse id ipsum hominem de seipso, non alium iam sapere, veritatis lumine redargutum, & humilibus sponte consentire, munere charitatis adiutum. Illud enim necessitatis est, hoc voluntatis. Semetipsum exinaniuit, inquit, formam serui accipiens, & formam humilitatis tradens. Ipse se exinaniuit, ipse se humiliavit, non necessitate iudicij, sed nostri charitate. Poterat nimirum vilem se & contemptibilem demonstrare, sed planè non reputare, quoniam sciebat seipsum. Voluntate proinde humilis fuit & non iudicio, qui talem se obtulit, qualem esse nesciuit: magis autem placuit minimum reputari, qui se summum non ignorabat. Denique ait: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Dixit cordis affectu, id est, voluntate. Itaque necessitatem excludit, qui voluntatem confessus est. Non enim quomodo ego vel tu inuenimus nos in veritate dignos dedecore & contemptu, dignos omni extremitate & inferioritate, dignos etiam supplicij, dignos plagis: non, inquam, ita & ille: quæ tamen omnia expertus est, quia voluit, tanquam humilis corde. Humilis videlicet illa humilitate, quam cordis fuerit affectio, non quam extorsit discussio veritatis. Propterea dixi hanc voluntariæ humilitatis speciem, non redargutione veritatis, sed charitatis intra nos infusione creati: quia cordis est, quia affectionis, quia voluntatis. Hæc Bernardus. Huius duplicis humilitatis nos tractationem instituumus, quoniam prima humilitas cognitionis admodum imperfecta est sine secunda, immò quoddam genus iniustitiæ continet, dum quis supra dignitatem & meritum, quo se carere cognoscit, vult ab aliis honorari, & quasi debitum aliis honorem surripere. Secunda verò humilitas affectionis absque prima omnino haberi non potest: cum nemo valeat seipsum despicere, & in inuito loco (quod ad se attinet) continere, nisi suum nihilum ac suam vilitatem agnoscat. Vtraque autem iuncta, mirabilis virtus est, potentissimæque animam perficit, & ad omnia bona disponit. Vtriusque ergo humilitatis natura exquisitius inuestiganda est, vt ex ea ad alia expo-

nenda transitum faciamus.

Humilitas ergo cognitionis, siue cognitio sui, est iudicium illud intelligentiæ nostræ, quo homo non se existimat supra id esse, quod est. Vel est sincera illa & diuinitus immissa notitia, qua profundè intelligimus, nos ex nobis ipsis nihil esse, nihil posse, nihil nisi peccatum facere, & omnia bona, in nobis existentia, Deo verissima confessione tribuimus, & ab eo accepta referimus. Vel denique cognitio sui est sapientia illa prudentibus & literatis huius sæculi abscondita; paruulis verò & veris sapientibus, scilicet iustis, reuelata, qua se ex semet ipsis nihil aliud nisi mortem & infirmitatem, & indigentiam, & infamiam, & penitus nihil esse cognoscunt, & profitentur: & omnia bona, quæ in se vident, aut naturalia, aut supra naturam, aliena esse, nempe Dei, & ab eo provenire intuitu quodam suavi & grato conspiciunt. Hæc est vera illa sapientia, qua iustus ex notione vilitatis suæ ad notitiam suæ gloriæ, & vitæ, sui que conditoris ascendit. De qua in præclaris suis epistolis dixit Magnus Antonius: Quisquis cognouerit dedecus suum, hic demum requireret & electam gloriam suam, & quicumque cognouerit propriam mortem, iste iterum cognoscet etiam suam æternam vitam. Et postea: Quia quicumque cognouerit semet ipsum, cognoscet dispensationem proprii conditoris, vel quicumque facit in propriis creaturis. Quia tamen res ista melius exemplis, quam verbis intelligitur: audi, ô lector, quid sanctissimus Ephraem de se sentiat, & quid à semet ipso se habere cognoscat, vt ex illo quid de te sentire debeas, possis addiscere. Ita ergo ait: Quod me tandem dedecus & rubor occupabit, quando me condemnatum viderint, qui nunc me irreprehensibilem dicunt: Spirituali relicto opere, passionibus obediui. Doceri nolo, & docere alios volo: subesse reculo, & subiugare ceteros cupio: laboribus grauati renuo, & aliis imponere eos desidero. Operari nolo, & exactorem ac monitorem operis agere volo. Honorare alios nolo, & honorari gaudeo. Impropria ab aliis ferre non possum, & tamen impropere, & malè dicere gestio. Contemni nolo, & alios pro nihilo habere ac spernere volo. Aliorù superbiam ferre non placet, & tamè superbi re in alios delectat. Redargui detrecto, & reprehendere amo. Misereri aliorum nolo, & tamen miserationes aliunde requiro. Increpari non volo, & increpare, & obiurgare alios volo. Condemnari recuso, & damnare alios studeo. Iniuriam mihi fieri nolo, & iniuria alios afficere volo. Obrectari mihi non fero, & aliis obloqui cupio. Audire alios non lubet, & tamen audiri opto. Celebrare alios nolo, & celebrari ac prædicari volo. Antecellere alios mihi non fero, & superare contendo. In admonendo sapiens, sed non in agendo. Quæ facere oporteret dico, & quæ nec dicere fas esset, facio. Hæc ille. Cùm hoc pacto, immò & peius, ac vilius de te senseris, cùm hæc omnia, & quicquid minus & cædius est, tibi inesse cognoueris, & in te ex te ipso omne peccatum, & omnem (vt aiunt) nihilitatem deprehenderis, tunc per experientiam scies, quid sit humilitas cognitionis, siue cognitio sui, à qua profectò, qui de ea loquimur, sæpe longè distamus; quoniam nunquam nos verè, & ex animo reprehendimus, vt ex increpatione nostra ad nostratum miseriarum inuestigationem veniamus.

Humilitas autem affectionis est virtus illa, qua ex intima cognitione maiestatis Dei, & reuerentiæ erga eum, atque ex verissima notitia vilitatis, & nihilitatis nostræ nos ipsos vilipendimus, despici volumus, & in extremo loco, infimæ pedes omnium nos constituimus. Hoc sonant verba illa

Anton. epist. 2. & 6. habetur ro. 1. Bibliot.

Ephraem tom. 1. in reprehensione sui ipsius.





Gregor.

Basil.

Dion. in  
director.  
vita no.  
bul. ar. 4.

Isaias  
Abbas  
orat. 20.  
20. 1. Bi-  
bliothec.

D.Thom.  
2.2. q. 161  
ar. 6.

Rusbro-  
ch. lib. de  
p. acipus  
virtut. c.  
1.

Idem lib.  
de regno  
Deum a-  
micitiam.  
c. 14.

Gregorij: Humilitas vera est, qua quis de se parua  
estimat, & bona alterius sine invidia & luore com-  
mendat. Et illa Basilij: Humilitas quidem ea est,  
cum quis ceteros omnes seipso superiores existimat,  
ex praescripto Apostoli. Et illa Dionysij Richelij:  
Humilitas est virtus, qua mens creata ex attenta  
consideratione sui ipsius, ac proprii Creatoris, se-  
ipsam parvipendit, ac despicit. Et illa tandem  
aliorum. Humilitas est, iniuriam non posse facere,  
& factam posse tolerare. Et cum omnia fecerimus,  
dicarous, serui inutiles sumus, quod debuimus face-  
re, fecimus. Est, o homo, humilitas, abyssus  
quaedam annihilationis tui; est a te tui ipsius eua-  
cuatio; est motuum elationis perfecta cohibitio, &  
spirituum insurgentium cita depressio. Humilitas  
est odium tui ipsius sanctum; est exultatio de tua  
paruitate concepta; est desiderium ingens, quo igno-  
rari propter Deum, despici, inhonorari, increpari, &  
impeti persecutionibus ac probis desideres. Est  
tandem humilitas omnium bonorum, & dignita-  
tum contemptio, & fuga propter imitationem Chri-  
sti Iesu, & obsequiorum ac ministeriorum abiecto-  
rum assumptio. Audi sanctum Abbatem Isaiam,  
quibusnam verbis humilitatem describit, aut quos  
eius effectus & signa, vnde dignoscatur, inue-  
niat. Quid est humilitas, inquit? Humilitas est,  
cum quis se peccatorem existimat, & nihil boni face-  
re in conspectu Dei. Humilitatis exercet officia,  
qui silentium colit, qui sibi ipsi non placet vlla in-  
re, qui non est contentiosus, qui se subicit omni-  
bus, qui oculos humi defixos tenet, qui mortem  
assidue meditatur, qui a mendacio cauet, & a nu-  
gis & sermonibus abhorret inutilibus, qui maiori-  
bus non aduerfatur, qui sententiam suam minime  
defendit, qui aequo animo fert contumeliam, qui  
otium fugit, qui labores libenter subit, qui nemi-  
nem irrat. Da igitur operam, frater, vt haec possi-  
deas, ne anima tua domicilium fiat omnium per-  
turbationum, & vitam transigas semper infructuo-  
sam. Haec sunt verba illius viri sanctissimi. Leta-  
re igitur, o frater, quod ab omnibus cognoscaris;  
quod propter defectus tuos contemnas; quod  
obscurus & inglorius relinquaris. Exulta quod  
alij fulgeant, & tu ignoreis; quod alij ascendant,  
& tu cadas; quod aliorum sententia magni aestime-  
tur, tua vero rideatur, & nunc tandem vim humilita-  
tis intelliges, & splendorem, ac pacem huius pra-  
stantissimae virtutis deprehendes.

Haec ergo humilitas affectionis nascitur ex hu-  
militate cognitionis, siue ex cognitione sui. Haec ve-  
ro ortum habet tanquam ex principio & radice, vt  
Thomas Aquinas ait, ex cognitione maiestatis Dei,  
ex verissimaeque erga Deum reuerentia. Quia ex eo  
quod maiestatem Dei cognoscimus, & eam profun-  
de reueremur, nascitur, vt nos, & nostra omnia quasi  
nihilum reputemus, & nos ipsos contemnamus. Vn-  
de Ioannes Rusbrochius per hanc reuerentiam, hu-  
militatem definit, dicens: Humilitas est animi de-  
missio, id est, interna quaedam & profunda cordis &  
animi coram celsissima Dei maiestate inclinatio at-  
que submissio; quam quidem & iustitia imperat, &  
cor diuino praeditum amore, urgente charitate, omit-  
tere non potest. Et alio loco, postquam exposuit quid  
sit timor Dei, haec addit: Nascitur autem ex hoc ama-  
bili timore vera humilitas, & minime ficta sui in ima  
abieccio, dum quis Dei considerat & attendit ma-  
gnitudinem, & suam ipsius paruitatem; Dei sapien-  
tiam, & suam ignorantiam; Dei diuitias, ac libera-  
litatem, & suam inopiam, & indigentiam. Hu-  
militas ista semper hominem se se parui pendere, &

A abieccere facit coram Deo; itemque demittere se,  
ne dum subtus superiores & aequales, verum etiam  
inferiores, ita vt quatenus recta dicitur ratio, omni-  
bus opis eius indigis humiliter seruiat: cibo etiam ac  
potu pro natura viribus contentus sit: habitu quo-  
que, siue cultu corporis, ita vt status eius exigit, at-  
que decet, humilitatem praeferat, vt nemo iure pos-  
sit reprehendere, & vt denique in sua conuersatio-  
ne foris & intus, coram Deo & cunctis hominibus,  
humilis sit.

B Ecce duplicem humilitatem, cuius inter virtutes  
Morales hoc magnum elogium est, quod est virtus  
propria Christianorum, quam Christiana doctrina  
affectuata est, nunquam tamen eam inflata Philoso-  
phia cognouit. In Platone, in Aristotele, in aliis-  
que antiquis Philosophis multa de Prudentia, multa  
de Iustitia, multa de Fortitudine, & Temperantia  
leges; at de Humilitate nec verbum vnum inuenies.  
Immo in doctrina, & studio harum virtutum super-  
bi erant & arrogantes, quoniam doctrinam subtili-  
tati ingenij sui, & studium non Deo, sed propriis  
viribus tribuebant, cuius rei vel vnum tantum po-  
namus exemplum. Diogenes enim ille, tam ab  
antiquis sapientibus celebratus, tam insignis gloriae  
mundi contemptor, a Platone conuictus est, quod  
mundi gloriam propter honorem despiceret, & pro-  
pter gloriam inanem calcaret: de quo haec scribit  
Laertius: Calcans ipse, id est, Platonis aliquan-  
do stratum, praesentibus Dionysij amicis, quos ille  
inuitarat, dixit: Calco Platonis inane studium: ad  
quem Plato; Quanto, inquit, o Diogenes, fastu-  
tumes, dum superbiam te calcare puras! Alij Dio-  
genem hoc dixisse ferunt; Calco Platonis fastum; il-  
lumque respondisse, At fastu alio Diogenes? Atten-  
de qualis fuerit huius sapientis humilitas, qui fastum  
mundi alio fastu despiciebat, & gloriam ex gloria  
& laudis amore calcabat. Nec fuit maior aliorum  
Philosophorum submissio, qui suarum virium amo-  
re decepti, illis bona sua & labores, tribuerunt,  
& gratiae virtutem penitus ignorarunt. Nos igitur  
Dei beneficio, Christi discipuli, virtutem Chri-  
stianam commendemus, & licet postea sigillatim  
vitamque eius partem, ad cognitionem & affectio-  
nem pertinentem, diuersis tractatibus exponemus;  
nunc vero quia vtriusque vna necessitas & vna pra-  
stantia est, vtramque eadem tractationis serie lau-  
damus.

Humilitatem esse fundamentum omnium  
Virtutum.

CAPVT II.

E **C**OGNITA humilitatis natura, ad eius  
magnalia vtrumque praebanda transeam-  
mus, quae nos ad illius amorem & stu-  
dium accendant, & difficultatem, si quae  
in ipsius actionibus occurrerit, superent, atque sub-  
uertant. Sed vnde incipiemus huius magnae virtutis  
praeconia? A quonam elogio illius utilitates multi-  
plices inchoabimus? Certè ab eo quod praecipuum,  
aut vnum ex praecipuis est: quia humilitas vniuersa-  
rum est virtutum fundamentum & basis, in qua-  
tius spiritalis vitae structura fundatur. At dum he-  
militatem seipsam semper deprimentem extolli-  
mus, timendum valde est, ne in virtutes reliquas, ac  
praesertim in Fidem, immo & in ipsammet humili-  
tatem iniuriosi reperiamur. Quoddam enim genus in-  
iuriae est, titulos honorificos, minime tamen debitos, &

alicui

De Humilitate  
Tom. 1

Laertius  
de vita  
Philoso-  
pho. li. 1.



alicui tribuere, vt si communem equitem, apud nos Hispanos, excellentissimum appellares, qui titulus vix magnatibus conceditur; aut magnatem quempiam maiestatis nomine, quod solis datur supremis regibus, insigniures. Nam hæc honorificentissima compellatio indigno oblata, potius ad irrisionem eius, quam ad honoris delationem dari præsumitur. Esse autem virtutum omnium fundamentum, titulus est cuiusdam reginæ virtutum, nempe Fidei virtutis Theologiæ: dum ergo humilitatem vocamus fundamentum virtutum, tantum abest, quod eam honoremus, vt magis dedecore & iniuria afficiamus. Quod minus cum hac virtute faciendum est, quæ cum modestissima sit, sic nominata forsitan pudore suffunditur, quia omnem altitudinem detestatur. Certè quidem Fidei competere esse fundamentum virtutum, ex Paulo aperte colligitur, qui ait: Fides est sperandarum substantiarum rerum: vt sicut substantiæ rei, reliqua, quæ communi nomine vocamus accidentia, innituntur; ita in fide omnia spiritualia dona intelligantur esse fundata. Ab hoc scripturarum fonte haurientes sancti Doctores, Fidei, nomen fundamenti, aut basis, aut prioris ascribunt. Nam Ambrosius ait: Doceris serie scripturarum, Fidem esse radicem virtutum omnium. Augustinus verò: Fides est prima, quæ subiugata animam Deo. Et Prosper: Fides bonæ voluntatis & iustæ actionis est genitrix. Pulchra autem similitudine vsus est Lactantius, vt hæc rem exponeret, qui de Cimone quædam loquens, ob virtutes laudatissimo, hæc subdit, vt fidem altruat, & sine ea, tanquam sine fundamento, omnia bona animæ perire demonstrat. Omnis iustitia eius, inquit, similis est humano corpori, caput non habenti; in quo tametsi membra omnia & locis suis consent, & figura, & habitudine, tamen quoniam deest id, quod est omnium principale, & vita & omni sensu caret. Itaque membra illa formam tantummodo membrorum habent, vsu non habent, tam scilicet quam caput sine corpore; cui similis est; qui cum Deum non ignoret, viuere iniuste. Id enim solum habet, quod est summum, sed frustra, quoniam virtutibus, tanquam membris, eget. Itaque vt sit viuum ac sensibile corpus, & agnitio Dei necessaria est, quasi caput, & omnes virtutes quasi corpus: ita fiet homo perfectus ac viuus. Sed tamen summa omnis in capite est, quod quamuis constare non potest sine omnibus, sine quibusdam tamen potest. Quin & Beatus Dorotheus palam ait, Fidem debere fundamento domus, & humilitatem bitumini, quo iunguntur lapides, comparari. Primum, inquit, iacienda sunt fundamenta, quæ Fides est; Sine fide enim (vt ait Apostolus) impossibile est placere Deo. Construat deinde super fundamentum ædificium excellentissimum. Interdicit obedientia? Adiciat lapidem primum obedientiæ. Contingit ira, vel commotio vlla fractis in se? Apponat alterum patientiæ lapidem. Intercurrit continentia? Tertium addat continentiæ lapidem. Et sic à quacumque virtute, quæ occurrerit, sumendus est lapis, & ædificio ipsi apponendus. Et post pauca. Debet etiam qui extruit, aut ædificat, lapidem cum bitumine adicere. Si enim lapidem lapidi absque bitumine & calce superimponat, excutiantur lapides, & ruit domus. Bitumen; Humilitas est (est enim terra, quæ pedibus omnium atteritur) omnis igitur virtus absque humilitate non reputatur virtus à patribus. Omnium enim fuit vna sententia, Ita impossibile est saluari animam absque humilitate, vt nauim sine clauis ædificari. Quicquid igitur boni quisque egerit, id agat cum

**A** humilitate, vt per humilitatem conferuetur quod factum fuerit. Hæc ille. Vnus domus vnum tantum est fundamentum. Si ergo Fides est fundamentum spiritualis domus, quam in cordibus nostris, ex virtutibus, tanquam ex lapidibus politis, extruimus, profectò fundamentum non erit humilitas, quæ ita fidei subnititur, vt sine illa stare non possit. Nam quæ, rogo, humilitas erit, quæ Deum omnium bonorum auctorem ignorat, & quæ nec imbecillitatem hominis, nec gratiæ virtutem, & necessitatem agnoscit?

Sed certum sit, Humilitatem, omnium fundamentum esse virtutum, licet diuersa ratione, quam Fidem; in eamque omnem spiritualis vitæ ædificationem incumbere: Fides quidem fundamentum virtutum est: fatemur. Quia, vt Thomas Aquinas optimè ait, in actionibus nostris cognitio & amor finis præcedunt. Vnde priores sunt virtutes Theologiæ, quæ finem attingunt, scilicet Deum, auctorem beatitudinis, quam virtutes Morales, quæ ad media tendunt, quibus consequimur finem. Inter virtutes autem Theologicas præcedit Fides, quæ ad intellectum pertinet, quoniam prius est, finem agnoscere, quam finem sperare aut amare. Alia autem ratione humilitas est virtutum fundamentum, etiam Fidei: Quoniam nemo per Fidem Deum agnoscat, nisi prius per humilitatem, superbiam ex corde depulerit, & se dictis Dei docentis & proponentis Ecclesiæ subiecerit. Nemo etiam aliarum virtutum diues fiet, qui eas non à viribus suis, sed à patre luminum venire ignorauerit, & qui non dona esse Dei affectu ipso perceperit. Vestis illa sacerdotibus, iussu Domini facta, habebat deorsum, atque in extrema parte sui, iuxta pedes sacerdotis, mala punica, tintinnabula aurea, & malogranata, vt hoc, quod dicimus, mysticè signaretur. Nam in tintinnabulis aureis fulgentissimam charitatem, in malis punicis verò & in malogranatis cæteras virtutes contemplor. Hæc igitur iuxta pedes sunt, ac si pedibus niterentur, quoniam vana erunt & insuauia, nec Deo placita, nisi humilitati extrema parte corporis signata nitantur.

Multa verò in humilitate reperimus, quorum gratia eam virtutum fundamentum esse dicamus. Nam in ædificatione domus prius de fundamento, quam de cæteris partibus cogitamus: prius illud substerimus, & postea parietes in altum erigimus. Ita prorsus in vitæ spiritualis fabrica principio de humilitate curandum est, & de eius adeptione cogitandum, vt moles ædificij spiritualis secura consistat. Cogitas magnam fabricam construere celsitudinis, inquit Augustinus, de fundamento prius cogita humilitatis. Et quantam quisque vult & disponit superimponere molem ædificij, quanto erit maius ædificium, tanto altius fodit fundamentum. Et fabrica quidem cum construitur, in superna confurgit. Qui autem fodit fundamentum, ad ima deprimitur. Ergo & fabrica ante celsitudinem humiliatur, & fastigium post humiliationem erigitur. Et ad finem sermonis ait: Sed quia magnum fastigium est, de fundamento cogita. Quo, inquis, fundamento? Disce ab illo, quoniam mitis est, & humilis corde. Hoc in te fode fundamentum humilitatis, & peruenies ad fastigium charitatis. Christus certè Saluator noster ab humilitate vitam mortalem nostri causa suscepta orsus est. Cum enim in forma Dei esset, & se æqualem esse Deo, non rapinam arbitraretur, exinaniuit tamen semetipsum, formam serui accipiens, vt nos ex illo

Hebr. 11. 1.

Ambr. 2. de Cain 9. Aug. lib. de agone Christi c. 13. Profr. 1. de vocat. gen. c. 8.

Dorothe. Hebr. 11. 6.

D. Thom. 2. 2. q. 4. ar. 7.

Exodi 39. 24.

Aug. lib. 1. de uerbis Domini ser. 10.

Phil. 2. 6.





disceremus spiritualem vitam à depulsiōne superbiae exordiri, & ab amore & studio humilitatis inchoare. Nam inane esset, plenumque periculi, in itinere caelestis patriae ducem deserere, & non eius, qui nobis in magistram ac praeceptorem datus est, praeceptum verbo & exemplo datum suscipere. Hoc autem sonant illa verba Cypriani: Hic est primus religionis introitus, sicut in mundum primus Christi ingressus: ut quicumque pie vult vivere, humiliter de se sentiat, neque supra se in mirabilibus ambulare praesumat. Fundamentum sanctitatis semper fuit humilitas, nec in caelo stare potuit superba sublimitas. Hanc primam gratiam ingrediens mundum noster paruulus attulit, & à cunabulis nos sibi conformes fieri volens, teneri voluit in vita, quod exhibuit in persona. ] Hæc ille. Fundamentum ergo aliud nemo potest ponere præter id, quod positum est, quod est Christus Iesus; ] & ab alia virtute nisi ab illa, à qua ipse Dominus exorsus est, nullus inchoare praesumat, quia ille, qui se fundamentum fecit, & ita se deiecit, ut nos illi niteremur, humilitatem nobis primo loco imitandam proposuit, & hanc, tanquam virtutum initium, nobis suo exemplo monstravit.

Est etiam fundamentum pars ædificij firmissima, ex prægrandibus lapidibus calcæque compacta, ita ut sine ruinæ periculo parietes, & tecta, ac reliqua omnia sustentet. Id verò quàm verè, quàm propriè, quàm perfecte in humilitatem quadret, qui aliquem hautum humilitatis habent, rectè (ut opinor) intelligent. Lapidès prægrandes sunt, cognitio sui, & despicientia sui, per multos gradus actionisque distincti, de quibus infra sumus acturi. Calx hos lapides iungens, est suavitas quædam humilis, & modesta animæ, qua omnes humilitatis gradus in corde suo copulans, de suo nihilo, ac de magnitudine Dei miro modo dulcescit. Firmitas autem & stabilitas humilitatis est admirabilis, quia nulli creato nititur, sed in solo Deo, humilium susceptore, omnem spem suam collocat, à quo usque ad fastigium perfectionis sublimatur. Audi humilem, & attende cui nitatur. Omnia, inquit, possum in eo, qui me confortat. ] In me nihil omnino valeo: in illo ad omnia faciendâ & perferendâ sufficio. Audi alium humilem, & contemplantur cui fidat. Ego autem, inquit, ad Dominum aspiciam, expectabo Deum salvatorem meum, audiet me Deus meus. ] Non in alium, inquam, mentis oculos intendam, non alteri fidam: in eo spem meam collocabo, quem solum liberatorem agnosco: ipse meas preces audiet, utque mihi optimum fuerit, universa disponet. Quia ergo humilitas penitus de se ipsa diffidit, & in Deo solo confidit, qui non derelinquit sperantes in se, ideo est virtus maximè stabilis, & immensam quandam firmitatem habens. Ac proinde Bernardus sapienter ait: Virtutum bonum quoddam, ac stabile fundamentum, humilitas. Nempe si nuret, illa virtutum aggregatio non nisi ruina est. Et alio loco: Fode in te fundamentum humilitatis, & peruenies ad fastigium charitatis. Vis capere celsitudinem Dei? Cape prius humilitatem Christi. Sola est virtus humilitatis, reparatio læsæ charitatis. ] Nihil amplius dici potest aut cogitari, ad commendandam huius fundamenti firmitudinem. Quid sublimius charitate, quæ animam non iam caelestem, non iam angelicam, sed planè filiam Dei facit, & in Dei amicitiam & familiaritatem extollit? Quid (ut ita dicam) grauius charitate, quæ Dei humeris posita, eum ad terram usque depressit & ad humanitatem nostram assumendam adiecit? Sed tota hæc sublimitas, totum hoc pondus humilitati niti-

tur, & super illam absque discrimine casus erigitur. O fundamentum stabile & firmum quod tantam altitudinem sustinet, quod tam eximium pondus nec perdit, nec opprimit!

Fundamentum denique sua stabilitate ac firmitate omnes partes ædificij sustentat, quo nutante aut deficiente, tota lapidum, & lignorum structura destruitur. In quo humilitatis virtus, cæteris virtutibus comparata, à fundamento non differt. Quam si fastuleris, Fides periclitabitur, spes minuetur, charitas destruetur, Prudentia excæcabitur, Iustitia decipietur, Fortitudo infirma, ac Temperantia immoderata reddetur. Hæc, si opus esset, non verbis, sed superbiorum gestus facile esset ostendere. Quanti ob superbiam errauerunt à fide, & inferuerunt se doloribus multis? Aspice, rogo, miserrima Angliæ ac Germaniæ regna, hæresibus oppleta, erroribus, & dolis spirituum malignorum populata. Ingrederere spiritu corda filiorum, Ecclesiæ rebellium, hæreticorum scilicet, qui venerabilem matrem, ac veritatis columnam deseruerunt, & Lutherum, Caluinum, & alia similia monstra turpissima sanctissimis Apostolis ac Doctoribus anteposuerunt, & videbis ex vna sanctæ humilitatis absentia, & ex superbia presentia, tanta mala fuisse progenita, tanta delicia absurdissima generata. Quanti ob superbiam & fiduciam propriam desperauerunt? nam post multos conatus aliqua bona sibi impossibilia putauerunt, dum ipsis ob superbiam gratia efficax denegatur. Tolle à prudentibus humilitatem, & videbis quàm imprudenter se iactant, quàm in sapienter & arroganter se laudant, & aliis se maiores, doctiores, & ad munera aptiores existimant. Tolle eam à iudicibus, & data occasione ascendendi ad maiorem dignitatem, ut ascendant, iustitiam subuertent, & non iuri, sed regis adulationi deservient. Tolle à ducibus belli, & ut de hostibus triumphent, non iam stratagematibus in bello permissis, sed ignominiosis dolis venturam, & non tam bellicam fortitudinem, quàm gloriam inanem stabile curabunt. Tolle à viris spiritualibus, & religiosis, & ne notentur à secularibus, aut ne minus vrbani aut graues habeantur in cibo, & potu, & in cultu vestium, & cellæ, ac utensilium, tanta superflua admittent, ut manifestum sit eos à suis cordibus abstinentiam & modestiam omnem relegasse. Ante ergo quàm conteratur, exaltatur cor hominis; & ante quàm glorificetur, humiliatur. ] Annon contentio humani cordis est virtutum destructio? Sed hanc infert eiusdem cordis superba exaltatio. Nonne eius gloria, virtutum & caelestium donorum adeptio? Sed & hanc præcedit humilitas eiusdem cordis sapientisque deiectio. Atque adeò verissimum est dictum illud Gregorij: Quia enim origo virtutis, humilitas est, illa in nobis virtus veraciter pullulat, quæ in radice propria, id est, humilitate perdurat. A qua nimirum, si abscinditur, arefcit: quia viuificantem se in intimis humorem charitatis perdit. ] Certè arefcit virtus quælibet si à radice humilitatis euellatur. Nec potest mens iusti à dignitate virtutis ad miseram seruitutem vitiorum cadere, nisi prius in se aliquo modo destruat fundamenta humilitatis. Quare etiam Salomon dixit: Contritionem præcedit superbia, & ante ruinam exaltatur spiritus. ] Quia nisi homo reuerentiam & subiectionem ad Deum desereret, & crebro collo aduersus eum, & mandata eius superberet, nunquam in gratiæ dissipationem & peccatorum ruinam incideret. Manet igitur, humilitatem fundamentum esse virtutum, quæ in hoc spiritali ædificio prima est, quæ omnes virtutes, ut parietes huius domus, & charitatem ipsam ut tectum culmenque

Cyprian. de nativitate Christi. l. i.

1. Corint. 3. 11.

Philipp. 4. 13.

Michee 7. 7.

Bernard. lib. 5. de consolat. l. 4. Epist.

Prover. 18. 12.

Greg. 27. mor. 5. 27.

Prover. 16. 18.

sustenta

De Praeconi Humilitatis Tom. I



sustentat, & ad tantam molein sustinendam debita firmitudinem habet. Quamobrem, o iuste, si cupis in corde tuo, atque in mente tua Deo domum sanctitatis erigere, ab imo humilitatis incipe, quia quicquid sine illa edificaueris, subito corruet, & labor tuus fructu vacuus permanebit. Audi Cæsarium Arelatensem Episcopum, veritatem hanc manifestè prædicantem. Er qui spiritualem fabricam ædificare, Christo adiuuante, coepistis fundamentum veræ religionis supra petram humilitatis collocare debetis. Quælibet enim fabrica, quamuis sublimis & ampla sit, si firmum non habuerit fundamentum, citò delabitur in ruinam. Sic est, fratres dilectissimi, & constructio spiritualis. Quælibet bona quis habeat, si veræ humilitatis fundamentum habere noluerit, firmiter stare non poterit. Fundamentum aliud nemo potest ponere, (sicut dixit Apostolus) præter id quod positum est, quod est Christus Dominus. Duo enim ædificia, & duæ ciuitates à mundi initio constructur: vnã ædificat Christus; alteram diabolus: vnã ædificat humilis; aliam superbus: vnã humiliatur, vt firmiter surgat: alia erigitur, vt infeliciter cadat. In fabrica Christi, qui ædificantur de imis, leuantur ad summa: in fabrica verò diaboli, de summis ad ima præcipitantur. Sic ille. Fidem igitur pro fundamento quidem habe (neque enim volumus ab ea suam prærogatiuam auferre) & eam vt caput, ac vitæ spiritualis initium omnibus antepone, cuius habitus si in te permanerit, magna spes elucet à peccatis resurgendi, licet ea grauissima atque enigmatica extiterint: at si discesserit, donec iterum ad eam redeas, non est vnde Dei gratiam iterum & iustitiam resumas. Eam, inquam, salutis fundamentum agnosce, sed & humilitatem etiam fundamentum reputa, quatenus mentem tuam Deo & Ecclesie subdit, vt te in disciplinam eius dedas, & animum pusillorum in Christo, quibus paratum est regnum cælorum, facit vt non respuas, neque contempnas.

*Christum Seruatorem nostrum esse Humilitatis Magistrum.*

CAPVT III.

**I**LIVS Dei, carne nostra tectus, ac humana natura velatus, ad hoc venit in mundum, vt nos ab omni peccato liberaret, & omnem honestatem virtutemque doceret. Ideoque inspirante Deo, ac Patre eius, ab hominibus absolutè, & sine aliquo addito præceptor vocatus est, vt ipsum nomen asstueret eum ad hoc nobiscum fuisse conuersatum, vt non hanc, aut illam virtutem nobis traderet, sed vniuersarum virtutum doctrinam instillaret. Eandemque nuncupationem illi sacræ pagine vtriusque fœderis indiderunt, vt eum vniuersæ disciplinæ Christianæ doctorem esse monstrarent. Isaias enim ait: Ecce testem populis dedi eum, ducem ac præceptorem gentibus. Testem & ocularem Christum vocat, qui Deum viderit: Ducem, quia saluandos præit, & in æternas mansiones ducit: & præceptorem, quia eos omnem iustitiam efficaciter docet. Et ipse Dominus ad Ioannem effatus est de se: Sine modo, sic enim decet nos implere omnem iustitiã; omnes, inquam, virtutis actiones, vt homines ex totius perfectionis magistro, non vnã tantum, aut aliam, sed cunctas addiscant. Per Moysen quoque scriptum est: Ecce ego mittam Angelum meum, qui præcedat te, &

**A** custodiat in via, & introducam in locum, quem parauit. Nam & iste Angelus, id est, nuntius missus à Patre, secundum Cyprianum, non est alius quam Christus, qui venit nota facere nobis quæcumque audiuit à Patre suo. Cui concinit Augustinus dicens: Qui ergo dixit, nomen meum est in illo Iesu, ipse est verus Iesus, rector, & ductor populi in hæreditatem vitæ æternæ. Ob hanc autem causam Dominus via vocatus est; quia dum eius monitis acquiescimus, & exempla virtutum sequimur, in cælum euolamus. Ego, ait ipse, sum via. Dauid quoque de eo ad Patrem loquens: Vt cognoscamus in terra viam tuam, in omnibus gentibus salutem tuam. Quid times? inquit Augustinus, ipsum Dominum loquentem introducens. Per me ambulas, ad me ambulas, in me requiescis. Quid ergo ait, cognoscamus in terra viam tuam, nisi, cognoscamus in terra Christum tuum? Ipse itaque, qui non pars viæ, sed tota via: qui non pars veritatis aut vitæ, sed tota veritas, aut vita est; non alicuius partis perfectionis aut virtutis, sed totius virtutis ac perfectionis magister est. Verè enim Dominus solus Dux populi sui est, & non est cum eo Deus alienus. Oporteret autem alium ducem cælestis itineris quærere, si vnum tantum genus virtutis ipse nos doceret, & non omnes ad perfectionem necessarias ostenderet.

**B** Et si verò hoc ita sit, aliquid magnum & excellens dicimus, cum Christum humilitatis magistrum vocamus. Quod sanè ipsiusmet Domini assertio fateri compellit. Nam & ille speciali quadam ratione se præceptorem humilitatis exhibuit, cum ita loquutus est: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Et cum iterum dato in lotionem pedum discipulorum insigni humilitatis exemplo, dixit: Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis. Quare ergo Christus omnium virtutum Magister, speciali ratione humilitatis est Magister? Quia ab ipso momento incarnationis suæ, vsque ad extremum halitum vitæ suæ, perpetuò humilitatem docuit, quia eam illustrissimis exemplis & aperitissimis verbis prædicauit; quia ad hoc venit in mundum, vt opus eximie humilitatis exerceret: quia omne, quod ipse est, & quod per merita sua hominibus lucratus est, humilibus corde promisit. Vt autem hoc intelligas, o lector, apud te cogita, doctorem aliquem magnum, ac omnium scientiarum peritissimum, ex longinquis regionibus ad scholas alicuius academice venisse, qui se, & magistrum Theologiæ nominet, & Theologiam perpetuò doceat, licet aliquando oblata occasione alias quoque scientias exponat, qui habitu & gestu, & (quod magis est) vitâ se Theologiæ magistrum, nempe humilem, cautum, & mundi contemptorem, ac legis diuinæ obseruatorem ostendat, qui demum vniuersa, quæ possidet, discentibus à se Theologiam, promittat. Quis ambiget hunc speciali ratione esse Theologiæ præceptorem, licet alias etiam scientias profiteatur, & doceat? Sed quid si alias scientias doceret, vt Theologiæ intextas, vt ei seruientes, vt ad eius perfectionem & absolutissimam cognitionem adiuuantes? certè iam nullus esset ambigendi locus, quin ipse Theologiæ magister esset præcipua ratione nominandus. At quid denique esset, si hic doctor ita Theologiam traderet, vt qui eam ab eo non disceret, nihil omnino aliarum scientiarum ab eo possit discere? An iam dubitares ei nomen Theologi aut magistri Theologiæ concedere, & hoc titulo tanquam præcipuo eum exornare? Non, vt opinor. Sed hæc omnia in Christum quadrant, propter quæ speciali ratione magister humilitatis dici debeat, licet alias etiam virtutes edoceat.

**C** Et si verò hoc ita sit, aliquid magnum & excellens dicimus, cum Christum humilitatis magistrum vocamus. Quod sanè ipsiusmet Domini assertio fateri compellit. Nam & ille speciali quadam ratione se præceptorem humilitatis exhibuit, cum ita loquutus est: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Et cum iterum dato in lotionem pedum discipulorum insigni humilitatis exemplo, dixit: Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis. Quare ergo Christus omnium virtutum Magister, speciali ratione humilitatis est Magister? Quia ab ipso momento incarnationis suæ, vsque ad extremum halitum vitæ suæ, perpetuò humilitatem docuit, quia eam illustrissimis exemplis & aperitissimis verbis prædicauit; quia ad hoc venit in mundum, vt opus eximie humilitatis exerceret: quia omne, quod ipse est, & quod per merita sua hominibus lucratus est, humilibus corde promisit. Vt autem hoc intelligas, o lector, apud te cogita, doctorem aliquem magnum, ac omnium scientiarum peritissimum, ex longinquis regionibus ad scholas alicuius academice venisse, qui se, & magistrum Theologiæ nominet, & Theologiam perpetuò doceat, licet aliquando oblata occasione alias quoque scientias exponat, qui habitu & gestu, & (quod magis est) vitâ se Theologiæ magistrum, nempe humilem, cautum, & mundi contemptorem, ac legis diuinæ obseruatorem ostendat, qui demum vniuersa, quæ possidet, discentibus à se Theologiam, promittat. Quis ambiget hunc speciali ratione esse Theologiæ præceptorem, licet alias etiam scientias profiteatur, & doceat? Sed quid si alias scientias doceret, vt Theologiæ intextas, vt ei seruientes, vt ad eius perfectionem & absolutissimam cognitionem adiuuantes? certè iam nullus esset ambigendi locus, quin ipse Theologiæ magister esset præcipua ratione nominandus. At quid denique esset, si hic doctor ita Theologiam traderet, vt qui eam ab eo non disceret, nihil omnino aliarum scientiarum ab eo possit discere? An iam dubitares ei nomen Theologi aut magistri Theologiæ concedere, & hoc titulo tanquam præcipuo eum exornare? Non, vt opinor. Sed hæc omnia in Christum quadrant, propter quæ speciali ratione magister humilitatis dici debeat, licet alias etiam virtutes edoceat.

Cyp. 2. ad Qui- rum c. 1.

Aug. 16. contra Faust. c. 19.

Ioan. 14. 6. Psal. 66. 3. Aug. 16.

Deuter. 32. 12.

Matth. 11. 19.

Ioan. 13. 15.

Cæsar. hem. 11.

Cor. 3. 11.

Isaia 55. 4.

Matth. 3. 15.



August.  
tract. 7.  
in Ioan.

D. Th. 3.  
p. 2. 1. ar.  
4.

Ioan. 1.  
29.  
Beda. ib.

Ecl. 10.  
15.  
R. man.  
5. 12.

Luc. 2.  
12. 21.

Matth.  
18 3.  
Chrysost.  
hom. 59.  
in Mat.

Christus igitur humilitatis Magister appellari voluit. Et quod est nomen magistri humilitatis? Certè si attentè hoc contemplerur, multiplex nomen Christo Seruatore nostro inditum est, quod ipsum Magistrum fuisse humilitatis astruat. Interrogas, quod sit nomen magistri humilitatis? In primis Iesus, Salus, aut Saluator. Quomodo autem id sit, accipe. Quid dicit Augustinus? Quid, ait, magnum fuit regi saeculorum, regem fieri hominum: Dicamus & nos: Quid magnum fuit saluti Angelorum saluatorem fieri peccatorum? Si ergo Christo nomen humilitatis est regem hominum & salutem Angelorum dici; multo melius nomen humilitatis erit saluatorem foetidissimorum peccatorum nominari. Nonne insignis humilitas esset, si rex potentissimus se redemptorem temporalem vilissimi mancipij diceret, & eius redimendi gratia in terras infidelium iret? Sit ergo ineffabilis humilitas Christi, quod se redemptorem humani generis vocauit, mancipij despectissimi, & vt eum redimeret, in mundum descendit. Descendit ille primò & præcipuè ad redimendum nos ab originali peccato, quemadmodum Angelicus doctor ait; adeò vt si solum esset originale peccatum, & nullum actuale, dignaretur ipse ad illud delendum venire; & si peccatum per originem tractum non esset, & actualia peccata essent, præcipuè si essent pauca, vero similis est, quod pro illis delēdis non esset decens, vt sanguinē funderet. Vnde Ioannes Baptista Christi redemptorem appellās, dixit: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccatū mundi,] quo nomine Beda attestatore originale peccatum intelligit. Peccatum autem hoc in primo parente nostro superbiæ fuit. Sapiens enim ait: Initium omnis peccati superbia. ] Initium autem omnis peccati originale peccatum fuit, dicente Paulo: Per vnum hominem, id est, per peccatum vnius hominis, peccatum in hunc mundum introiuit, Quare Christus primò & præcipuè in mundum venit, vt peccatum superbiæ deleteret, & vt se saluatorem hominis, a superbiæ veneno, in quod inciderat, faceret. Ergo Saluatoris nomen, ad superbiam comparatum, nomen est humilitatis: quomodo enim nos ille a superbiā nisi humilitatem docendo, & se humiliando, liberaret? Sed pergis inquirere quodnam aliud nomen Christi sit nomen magistri humilitatis? Infans & puer. Inuenietis, ait, infantem pannis inuolutum, & positum in præsepio. Et postquam consummati sunt dies octo, vt circumcideretur puer. ] Si nomina infantis, & pueri nomina alicuius magistri sunt, non alterius profectò, quàm magistri humilitatis sunt. Nam quid, quaeso, aliud puer quàm humilitatem docebit, cuius paruitas, cuius simplicitas humilitatem prædicat? & in exemplum humilitatis proponitur, Domino proclamante: Amen dico vobis, nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum caelorum. ] Paruuli, inquit Chrysostomus, non inuidere, nec alienam expectare gloriam, nec primatus desiderare dignitatem noverunt, sed maximam hanc virtutem possident, puram dico simplicitatem & humilitatem. Et paulo post: Paruuli, nec si contumelientur, aut verberentur, afficiuntur odio: nec si laudantur, aut honorantur, vlla commouentur arrogantia. Aues audire alia nomina Saluatoris tui, quæ ipsum magistrum humilitatis esse designent: ipse Filius Dei se filium hominis appellat. propter naturam humanam susceptam. De quo in Daniele scriptum est: Et ecce in nubibus caeli quasi Filius hominis veniebat. ] Et ipse de se ait: Filius hominis non habet vbi caput reclinet. ] Hoc nomen summæ abiectionis est. Nam si adole-

scens aliquis, filius regis ditissimi, ac potentissimi, & ancillæ despectissimæ, atque pauperrimæ, nomen patris supprimeret, & se seruæ filium appellaret, quis non videat hoc ad eius deiectionem pertinere? O Christe Iesu, ò verè Fili Dei, ò vniuersarum rerum Domine, filium hominis te vocas, ad quid? Nisi vt naturam humanam tibi charissimam ostenderes, & vt in tantæ dignationis ac deiectionis nomine te magistrum humilitatis demonstrares? Denique ais per os Dauidis: Ego sum vermis, & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis. ] Et dum te minorem hominibus vocas, & non iam filium hominis, sed opprobrium hominum appellas, magistri humilitatis nomina tibi gratissima esse demonstras.

Nomen autem hoc Magistri humilitatis, Dominus noster Iesus Christus opere ipso confirmauit: nam humilitatem exemplo & verbis continuò docuit. Exemplo quidem, quoniam nullum fuit opus in vita eius, quod non ad humilitatem pertineat, quod non humilitatem redoleat. Lege quatuor Euangelia ab initio vsque ad finem, & inuenies tot exempla humilitatis, quot verba: parum dixi: Inuenies in qualibet actione Domini multa ac varia humilitatis exempla. Quod Basilus sapienter animaduertens, ait: Vniuersam namque Domini dispensationem ad humilitatem nos instruere deprehēdimus. Cum infans esset, mox in spelunca, nec lecto, sed præsepio componitur. Deinde in domicilio fabri & matris pauperulæ enutritur, subditus matri & illius sponso. Docetur audiens, quorum non egebat: interrogans verò, & interrogando admirabilem declarabat sapientiam. Subditur Ioanni, & Baptifinum suscipit a seruo Domini. Nemini aduertariorum resistit, neque inenarrabilem suam potestatem in quemquam vibrat, sed quasi potentioribus cedit, & potestati temporariæ potentiam, quam ille habebat, permittit. Principibus sacerdotum in forma rei sistitur, ad præsidem ducitur, & iudicium illius sustinet. Et cum posset calumniatores suos arguere, silentio tolerat illorum calumnias. Conspuitur a seruis ac vilissimis pueris. Morti traditur, eique hominum iudicio turpissimæ. Ita hominem omnia ab ipsa natiuitate ad mortem vsque exercuerunt. Et ad idem Augustinus inquit: Tanta est humane humilitatis utilitas, vt eam suo commendaret exemplo etiam diuina sublimitas, quia homo superbus in æternum periret, nisi illum Deus humilis inueniret. Venit enim Filius hominis quaerere; & saluum facere quod perierat. Perierat autem, superbiæ deceptoris secutus, ergo humilitatem redemptoris sequatur inuentus. ] Hæc Augustinus Hæc omnia de datis à Christo innumereabilibus humilitatis exemplis dicta sint. At si verba eius meditemur, nullum est eorum (ita planè sentio) quod non humilitatis virtutem doceat. Sed aliquando docuit mansuetudinem? Tunc humilitatem docuit. Sed non semel docuit abstinentiam? Tunc humilitatem docuit. Sed sæpissime docuit charitatem? Tunc humilitatem docuit. Sed ad alias virtutes est exhortatus? In illis omnibus nos de via humilitatis eruduit. Si Hieronymus vir sapientissimus eximius Ecclesiæ doctor, & iam senex, & grauissimis studiis occupatus, tumulam virgunculam (vt ipse in quadam epistola pollicetur) prima litterarum elementa proferre docuisset; nonne ipsum litteras docere, esset humilitatem docere, quia vera & efficax doctrinā humilitatis esset, quod vit tantus ad hæc infima docenda se demitteret? Ita fanè cum Filius Dei, & supremus Dominus Angelorum & hominum, os suum aperuit, vt nos vilissimos & ignorantissimos de virtutibus erudiret, simul quamlibet virtutem

Psal. 21.  
7.

Basil.  
hom. 12.  
de Hu  
mitat.

August.

docens



docens, humilitatem docuit, dum ad docenda vita spiritualis elementa propter nos se deiecit.

Hinc autem constat, Christum semper ea hominum oculis obiecit, quæ magistrum ac præceptorem humilitatis decebant. In summa paupertate & abiectioe natus & educatus est: vsque ad trigessimum ætatis annum silentium & secessionem coluit: munus prædicationis à baptisate, ab opere scilicet eximie humilitatis incæpit: penitentiam & appropinquationem regni cælorum, sine fastu, sine apparatu, non in locis honorificentissimis, sed in vicis, in plateis, in littore maris, in domibus hominum priuatorum, & quotiescumque occasio se obtulit, prædicauit: regnum sibi oblatum & vanos honores recusauit: paruulos, mendicos, & ignaros ad Apostolatam vocauit: hominibus abiectis, & nulla dignitate fulgentibus, animæ & corporis sanitate impertiuit: miracula & transfigurationis gloriam silentio regi & abscondi præcepit: in victu, & vestibus, & reliquis huiusmodi, quæ homo quilibet de media plebe possideret, assumpsit: modicas superbiæ scintillas à cordibus Discipulorum resurgentes statim extinxit: nihil vehementius quam ambitionem & elationem increpuit: genus mortis omnium ignominiosissimum, nepe supplicium crucis elegit: nulla pompa sepultus est: post resurrectionem suam pauperibus apparuit: humiles fratres vocauit: puillos, more boni pastoris, quæsiuit. Hos suæ ascensionis testes, & euangelicæ legis seminatores esse voluit, & ad dexteram Patris sedens, in humiles oculos suæ misericordiæ coniecit. Nam excelsus Dominus, & humilia respicit, & alta à longè cognoscit. Nihil ergo, ô Domine, de te scimus, nihil de te cogitamus, quod non sit humilitatis præceptore dignum, quod non te magistrum humilitatis prædicet, quod non te amatorem humilitatis esse delectet. Immo audio te dicentem per os Augustini serui tui, & magni Doctoris Ecclesiæ tuæ: Discite à me non mundum fabricare; non cuncta visibilia & inuisibilia creare; non in ipso mundo mirabilia facere, & mortuos suscitare, sed quoniam mitis sum & humilis corde. Humilitatem quidem in intimo cordis habebas, quia eam tenerimè diligebas, quia eam non coactè, sed spontaneè & lubenter admittebas, quia ei cor tuum voluntatemque tuam veluti dedicaueras. At qui eras humilis corde, non tantum humilitatem præferebas in corde, sed ea cunctas tuas actiones condiebas, & in omni occasione monstrabas. Id sanè ut vita esset muneri humilitatem docendi similis, & prædicatæ doctrinæ conformis. Hanc virtutem, ô lector, ingerit Christus in cordibus omnium iustorum suorum, & in externis operibus eorum lucere facit. Sempèrque quo iustiores sunt, eo sunt modeltiores; & quo magis puritate proficiunt, eo magis crescunt humilitate. Quia enim Christus & iusti sunt caput & corpus, oportuit vt tam in illo, quam in istis humilitatis doctrina luceret, vt dum nos imperfecti hunc humilitatis præceptorem siue in se ipso, siue in membris inspicimus, huius celsæ virtutis desiderii imbuamur.

His etiam, qui humilitatem ex Christo discunt, diuitiæ Christi promissæ sunt. Diuitiæ non fallaces, sed veræ; non breues, sed perpetuæ; non huius sæculi fortunæ expositæ, sed prouidentia Domini ab omni casu, & periculo custoditæ. Id significant illa verba: Qui se humiliat, exaltabitur, quibus humilium gloria & altitudo inferius exponenda continetur. Illa item prima beatitudo:

**A** Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Quem locum ferè omnes Patres antiqui de humilitate intellexerunt. Augustinus quidem sic hunc locum interpretatus est. Legimus scriptum de appetitione reum temporalium: Omnia vanitas, & præsumptio spiritus. Præsumptio autem spiritus audaciam & superbiam significat. Vulgò etiam magnos spiritus superbi habere dicuntur: & rectè, quandoquidem spiritus etiam ventus vocatur. Vnde scriptum est: Ignis, grandis, glacies, spiritus procellarum. Quis verò nesciat superbos inflatos dici, tanquam vento distentos? Vnde est etiam illud Apostoli: Scientia inflat, charitas verò ædificat. Quapropter rectè hic intelliguntur pauperes spiritu, humiles & timentes Deum, id est, non habentes inflatum spiritum. Nec aliunde omnino incipere oportuit beatitudinem; siquidem peruentura est ad summam sapientiam. Initium autem sapientiæ timor Domini. Quoniam & è contrario; [Initium omnis peccati superbia] scribitur. Superbi ergo appetant & diligant regna terrarum. Beati autem pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Eundem sensum tenens Leo Papa, sic ait: De quibus pauperibus veritas loqueretur, fortè esset ambiguum, sic dicens: Beati pauperes; nihil adderet de intelligenda pauperum qualitate, & sufficere videretur ad promerendum regnum cælorum ea sola inopia, quam multi graui & dura necessitate patiuntur. Sed cum dicit: Beati pauperes spiritu, ostendit, eis regnum cælorum tribuendum, quos humilitas commendat, animorum magis, quam indigentia facultatum. Dubitari autem non potest, quòd humilitatis istius bonum, facilius pauperes, quam diuites assequantur, dum & illis in tenuitate amica est mansuetudo, & istis in diuitiis familiaris elatio. Veruntamen in plerisque diuitibus inuenitur hic animus, qui abundantia sua non ad tumorem superbiæ, sed ad opera benignitatis vtatur, idque pro lucris maximis numeret, quod ad releuandam miseriam alieni laboris impenderit. Omni generi atque ordini hominum datur in hac virtute confortium, quia possunt proposito esse pares, impares sensu. Nec interest quantum sint in facultate terrena dissimiles, qui in spiritualibus bonis inueniuntur æquales. Beata igitur illa paupertas, quæ rerum temporalium amore non capitur, nec mundi opibus augeri appetit, sed cælestibus bonis discedere concupiscit. Tertium adducamus Chrysostomum, & reliquos, ne longiores simus, prætermittamus, cuius hæc est oratio: Pauper spiritu est humilis corde, id est, pauperem spiritum habens, qui non magna sapit de se. Sicut ex diuerso, diues spiritus, intelligitur magna de se sapiens, & superbus, qui non implet mandatum Christi, dicentis. Nisi conuersi facti fueritis sicut puer iste, non intrabitis in regnum cælorum. Qui enim iam conuersus factus est sicut puer, ille est & pauper spiritu. Et qui pauper est spiritus ille conuersus, factus est sicut puer. Et secundum testimonium quidem Christi & Apostoli [plenitudo legis dilectio est,] tamen nutrit dilectionis, humilitas est, & totius mali odij mater, superbia. Ergo totius boni initium humilitas est, & totius mali superbia. Denique & perditionis initium à superbia cepit per diabolum; initiumque salutis ab humilitate per Christum; propterea conuenienter & omnium beatitudinum humilitatem fecit initium. Et quare non

manifestè

Mat. 5.3.

Aug. lib. 1. de sermone Domini in monte. c. 1. 10. 4.

Psal. 148. 8.

1. Corint. 8. 1.

Psal. 110. 10. Eccl. 10. 15.

S. Leo Pa. homil. in festo omnium SS.

Chrysost. Homil. 9. in Matt.

Roman. 13. 10.

Psal. 137. 6.

Aug. ser. 10. de uerbis Domini. c. 1.

Matth. 23. 12.



manifestè dixit, Beati humiles spiritu? Ego hunc potui tantummodo rationis inuenire colorem, vt non solum humiles ostendat, sed etiam indigentes humiles, qui sic sunt humiles, vt semper adiutorium Dei sint mendicantes.] Hactenus illi. Humilitatis ergo Magister Christus diuitias suas humilibus promittit, & humilitatem discipulis prærogauit, quia videlicet cupit promissione tantæ mercedis, qua humiles ditat, humilitatis præceptor agnosci. Ideoque primo loco humilibus æternum præmium pollicitus est, & deinde iustis, & iugentibus, & esurientibus, & sitientibus iustitiam, & misericordibus, & mundis corde, & pacificis, & persecutionem sustinentibus eandem mercedem sub aliis nominibus obrulit, vt intelligeremus, humilitatem aliarum virtutum esse radicem, quam qui perfectè adeptus est, reliquorum insignium operum mercede non caruit. Non erit quis mitis & reddens bonum pro malo, nisi fuerit humilis, qui se pœna dignum reputet. Non iugebit pro bonis absentibus, nisi humilitate se carere bonis agnouerit. Non esuriet, nec sitiet iustitiam, qui superbia elatus existimauerit se implere omnem iustitiam. Non erit misericors, nisi verissima cognitione sui se miseris subiicere putauerit. Non erit mundo corde, qui elatione & arrogantia forduerit. Nec pacificus, qui non se aliis modeste subiecit. Nec tandem erit patiens, qui per humilitatem motus excusantes & tegentes, peccata sua non tota mentis contentione compresserit. Si itaque humilitas aliarum virtutum mater est, in qua continentur tanquam in semine, iure optimo diuitis Domini, & gloria exaltationis accrescit. Constatque, Christum humilitatis magistrum in tantum cupere, vt ab eo hanc scientiam discamus, quod pro labore, quem in adeptione eius impendimus, non multum reputet regnum nobis cælorum polliceri, & æternis opibus cumulare.

Vniuersæ quoque virtutes ita à Domino traditæ sunt quasi humilitate intextæ, & in eius perfectionem assumptæ. Meditemur, rogo, quomodo Christus alias virtutes docuit, & in eis nos humilitatis admonitos manifestè comperiemus. Manifestauit se hominibus, cum primùm natus est, quod opus fuit summæ charitatis; sed manifestauit se pastoribus, & nuncios suos contempta mundi superbia, pauperibus misit, quod est humilitatis insigne. Vocatus Iesus, quod est opus veritatis, quid enim verius, quam illum salutem vocare, qui mundi salus est, & præter illum nulla superest salus? Sed ibi non defuit circumcissionis humilitas, quasi sublimitatem nominis condians, & illud non ex fastu, sed ex necessitate assumptum apertens. Adoratur à regibus puer: ô quanta magnanimitas! quod filius (vt putabatur) pauperis fabri à regibus adoratur: sed adoratur in stabulo; adoratur, non in throno, sed in Virginis gremio, vt in tanta magnanimitate non deesset humilitas. Apparet inter Doctores, & inter sapientes duodenis Doctor, qui in tam tenera ætate, homines & Angelos sapientia præcellerat, hoc opus sapientie est: sed apparet audiens, apparet interrogans, quod in tam sapiente Doctore, & omnia sciente opus est humilitatis. Post munus verò prædicationis assumptum, docet orare, docet & humiliari, & orantem, se peccatorem & infirmum agnoscere. Docet, inquam, illum dicere: Dimitte nobis debita nostra: & ne nos inducas in tentationem.] Docet confidere, & docet humiliari. Nolite, inquit, timere pusillus grex. Ne timeatis, sed ne (vt vestra fiducia sit mihi

Matt. 6.  
13.

grata) vestra pusillitatis obliuiscamini. Docet non iudicare, non damnare, & docet humiliari. Nolite, inquit, iudicare, & non iudicabimini: nolite condemnare, & non condemnabimini.] Ac si diceret: Ne superbiatis. Habetis vnde iudicemini: habetis quare condemnemini; ne igitur vos iudicium temerarium feratis; ne alios sine causa & sine potestate damnetis: si aliter feceritis, in damnationem cadetis. Docet dimittere, docet dare, docet & humiliari. Dimitte, & dimittemini; date, & dabitur vobis.] Vos peccatores estis, vos mendicetis. Dimitte ergo iniurias, vt remissionem peccatorum impetretis; date eleemosynam paruum bonorum temporalium, vt eleemosynam magnam salutis animæ recipiatis. Docet prædicare; docet, dæmones ex obsessis corporibus pellere; docet & humiliari. Quare exultantibus discipulis quia dæmonia illis subiicerentur, non nihil in eorum cordibus elationis insurgentis compefcuit. Videbam, inquit, Sathanam quasi fulgur de cælo cadentem.] Id est; ne ob rectè gesta, & ob victos dæmones efferamini, quia Sathan ob elationem de cælo cecidit, & locum gloriæ sublimem, ad quem sine superbia admitteretur, per superbiam amisit. Breuiter, nullum est opus Saluatoris, in quo non humilitas luceat: nullum verbum, nullæ doctrina, aut palam explicata, aut parabolis tecta, in qua non humilitas splendeat: nullum miraculum, quod non humilitas condiat: nulla passio, à qua humilitas inueniatur aliena. Omnem perfectionis doctrinam humilitate contexit, vt superbiam Adæ cunctis operibus veteris hominis infertam destrueret, & nos ad studium humilitatis incitaret. Quin & in tota sacra scriptura (si attentè consideremus) se Dominus superbiorum hostem & humilium amatorem ostendit. Iam illos deprimit, istos exaltat: iam illos abiicit, & repellit, istos verò nexibus sui amoris astringit, quia virus superbiæ, quod totam humanam naturam peruagabatur, non potuit à cordibus hominum remediis minoribus ablegari.

Ac tandem prima disciplinæ Christianæ elementa humilitate continentur, quam primo loco oportet addiscere, vt alias partes huius sacræ scientiæ discamus. Et qui aliquo saltem gradu non fuerit humilis, non solum non poterit ad perfectionem ascendere, verum nec ad initia virtutis accedere, nec salutem obtinere. Ostende mihi superbum iustum, superbum sanctum, superbum Deo gratum, & ego confitebor tibi, quod spiritualis doctrina ab humilitate non pendet. At si hunc non mihi ostenderit (& certus sum, quod nunquam ostendes) mihi persuasum habeo, Christum humilitatis magistrum ita humilitatem docere, vt sine illa virtutes alias non doceat, & neminem ad perfectionis fastigium adducat. Si ergo ipse se Magistrum humilitatis vocat, tu discipulus humilitatis voceris. Si ille perpetuò verbis & exemplis humilitatem docuit, tu eam, in quocumque sis perfectionis gradu, semper addices. Si ille in tota vita sua, humilitatis se professorem exhibuit, tu vicissim te modestiæ amatorem exhibebis. Promisit ille humilibus diuitias suas, tu eas humilitate conquire. Quicquid docuit, humilitate condiuit, vt tu suspectum habeas, quod non humilitatis censura probauerit. Humilitas ergo doctrina Christi est, quam omnino oportet addiscere, vt eius discipulus habearis. Via cæli est non ardua, sed facilis, quam si non ingressus

fueris,

Luca 6.  
37.

Luca 6.  
38.

Luca 10.  
18.



Bern. ser. 2. de inuio in capite.

fueris, nunquam ad statum beatitudinis optatum peruenies. O quam verè, quam sapienter hanc viam Bernardus tibi proponit. Quid, inquit, tu inflaris, ò homo? Quid extolleris sine causa? Quid alta sapis, & oculi tui omne sublime vident, quod tibi non cedit in bonum? Sublimis quidem Dominus: sed non ita proponitur tibi. Laudabilis magnitudo illius, non etiam imitabilis. Eleuata est magnificentia illius, & non poteris ad eam, nec, si te ruperis, apprehendes. Accedit, inquit, homo ad cor altum, & exaltabitur Deus. Excelsus siquidem Dominus, & humilia respicit, & alta à longè cognoscit. Humiliare, & apprehendisti. Hæc planè lex pietatis: & propter hanc legem sustinui te Domine. Si fortè sublimitatis esset via propòsita, & illic iter, quo offenderetur salutare Dei, quanta facerent homines, vt exaltarentur? Quàm crudeliter inuicem sternerent, inuicem conculcarent? Quàm impudenter reperent, manibusque, & pedibus conarentur in altum, vt imponerent se se homines super capita aliena? Et certè, qui contendit supergredi proximos, multas inueniet difficultates, multos habebit amulos, multos patietur contradictores, ascendentes equidem ex aduerso. Nihil verò facilius est volenti, quàm humiliare semet ipsam. Hoc verbum est, dilectissimi, quod omnino nos reddit inexcusabiles: vt ne tenue quidem nobis velamen prætereunda liceat. ] Hactenus ille. Fugiat itaque à cordibus nostris elatio, fugiat hostis humilitatis ambitio: & siquidem scholam Christi, nempe religiosam professionem frequentamus, in doctrina Christi addiscenda, quæ humilitas est, tota mens nostra versetur. Non recedamus ab ea præstantissima viuendi ratione, quam semel mundum deserendo suscepimus. Ab ea autem profectò recedimus, si, studio humilitatis reiecto, semina superborum desideriorum, à protoparente relicta, in cordibus nostris seruamus. Nihil enim præstat humilitatis amicus, & externa humilitatis ostensio, si desit humilitatis substantia, quam in sola Christi sequela, & in suscipienda eius doctrina, humilitatis virtute contenta, posita esse nequaquam ambigimus.

*Humilitatem esse summam totius disciplinae Christianae.*

CAPVT IV.



X iis, quæ in præcedenti capite dicta sunt, quæstio statim magnæ difficultatis emergit; quare Saluator noster, qui vniuersas virtutes docturus aduenierat, potius Magister humilitatis, quàm misericordiae, aut fortitudinis, aut aliarum virtutum voluerit appellari. Huius enim ratio esse non potest humilitatis præstantia, quia si virtutum naturam spectemus, aliæ (vniuersa Theologia clamante) inueniuntur præstantiores. Certè quidem præstantior est Fides, mentem nostram Dei verbis & diuinæ reuelationi submittens. Excellentior est spes, æternam beatitudinem, & apta instrumenta ad eius affectionem expectans. Sublimior est Charitas, Deum propter se ipsum, & proximum propter Deum, amoris actione complectens. Quid, quòd & Prudentia, & Iustitia, & Fortitudo Temperantiæ præferuntur, cuius partem in superioribus,

Lib. 3. p. 2. c.

A humilitatem fecimus: neque ipsam reliquis temperantiæ partibus anteponere audeamus? Quid igitur habet humilitas, propter quod debuit tam insigni prærogatiua fulgere, vt Christus Magister humilitatis in scriptura vocetur, & hoc nomen externa specie humile, aut certè non nimis cellsum tantæ maiestati deferatur? Euoluamus scripturas sacras an sit aliquid, quod huic implexæ quæstioni satisfaciat. Sæpe legimus filios minores nati maioribus fuisse prælatos. Dominus Abel Caino prætulit, & hoc reiecto, illum, secundum sententiam communem scholæ, initium Ecclesiæ constituit, Ephraim minor ætate Manassi maiori præfertur, & ac si esset maior prius quàm primogenitus nominatur. Et scriptum est: B Faciat tibi Deus sicut Ephraim, & sicut Manasse. Constituitque Iacob Ephraim ante Manasse. ] Quin & Iacob minor Esau maiori saltem in acceptione bonorum temporalium prælatus est. Legimusque in Malachia: Dilexi Iacob, Esau autem odio habui. ] Idem quoque in filiis Isai factum esse scimus. Ad ductis namque filiis maioribus in conspectu Samuëlis, audit: Non elegit Dominus ex istis: ] vocato verò paruulo, qui pascebat oves, hic ex imperio Domini est in regem electus. Si ergo non semel, non bis, sed sæpius Dominus filios minores elegit, & maioribus anteposuit: quid mirum si inter virtutes selectissimas filias gratiæ, humilitatem quasi natu minorem, ad hoc quòd sua doctrina sit, & vocetur, eligat, & in hac dignitate cæteris præferat? Et sanè si causam, quare illi minores fratres maioribus præpositi sint, inquitamus; non aliam, quàm diuinam voluntatem ita statuentem inueniemus. Quod in filiis Isaac Apostolus Paulus manifestè testatus est, dicens: Cùm nondum nati fuissent, aut aliquid boni egissent, aut mali, non ex operibus, sed ex vocante dictum est: Quia maior seruiet minori. ] At in hac humilitatis prælatione aliqua fortè causa est ex parte humilitatis ipsius, quare. Christi doctrina vocetur, ex qua eius maxima dignitas elucebit.

Christus omnis iustitiæ ac sanctitatis præceptor dici debuit, quare (vt iam notauimus) absolute & sine aliquo addito præceptor aut magister dictus est. Præceptor, dixit Petrus, per totam noctem laborantes nihil cepimus: in verbo autem tuo laxabo rete. ] Nihil vtiq; sine te cepimus, quia nihil omnino boni sine tua gratia, aut sine tuo auxilio mouente præstare possumus. In verbo autem tuo laxabimus rete, vt industria nostra, quæ sine verbo tuo nihil apprehendit, in verbo tuo capiat meritum multitudinem copiosam. Et decem illi leprosi: Iesu præceptor miserere nostri: ] tu solus verus es præceptor, qui potes omnem miseriam falsitatis depellere, & ab omnibus malis docendo & iuuando liberare. Et alius quidam dixit: Magister, sequar te quocumque ieris. ] Nam tu ductor ad omnem virtutem es, & nunquam in locum salutis ibo, si gressus meos à tua imitatione separauero. Vocatus est etiam Dominus iustitiæ magister, quoniam iustitia generalis est virtus omnem virtutem continens, à qua, qui rectè viuunt, & mandata custodiunt, iustorum denominationem accipiunt. Deditque nobis æternus Pater Filium suum, doctorem iustitiæ, ] à quo non hanc aut illam tantum virtutem, sed omnem profus virtutem discamus, & quidquid nobis ad salutem necessarium est ipso præceptore compatemus. Quo loco Septuaginta verterunt, Dedit vobis escas aut alimenta iustitiæ; quia in Christo & per

Christum,

Docet Aug. 15. de ciuit. c. 1. c. ad Epsal. 141

Genes. 48. 20.

Malachia 1. 2.

1. Reg. 16. 10.

Rom. 9. 11.

Luca 5. 5.

Luca 17. 13.

Matth. 8. 19.

Ioel. 2. 23.







omnium beatorum spirituum ordines, vt donis suis omnia repleret. Idem sit iter membrorum & capitis, & sicut hoc descendit, quod non ex iustitia debuit, sed quod charitas illud impulit, vt nos secum ad caelestia deferret; ita & nos quod debemus ex iustitia, scilicet ad nostram despicientiam, descendamus, vt nos altitudo gratiae, & diuinæ familiaritatis excipiat. Rebecca, conspecto Isaac pedite, ] qui egressus fuerat ad meditando in agro, statim descendit de camelo, ] & animal, cui inlidebat, reliquit. Et tu, o anima mea, videns sponsum tuum descendisse in agrum huius mundi, vt cogitaret super te cogitationes pacis, & meditaretur salutem tuam, de camelo superbia descende, & vniuersos labores tuos ex verissima humilitate contemne. Nisi enim ab hoc descensu vitam spiritualem inciperis, nunquam poteris veras virtutes acquirere, & cum humillimo Domino coniugium inire.

Genes. 24.64.

Ille, qui sublimis est deitate, naturam nostram induit, vt esset humilitate mirabilis, & sponis suis, animabus sanctis, praeberet humilitatis exemplum. Conuersationem omnem suam humilitate conclusit, & in vita atque in morte hanc virtutem admauit, vt intelligant illae, de superbiis hostibus obtinuisse victoriam, & venam sanctitatis inuenisse, cum itinera suae despicientiae conficiunt. Non fuit ille contentus humilitatem coluisse, sed & humilitas ipsa factus est, vt sicut ipse est perfectionis summa; ita & humilitas sit etiam virtutis perfectionisque compendium. Deus charitas est ] (vt inquit Ioannes) sed inquire, an Christus dici possit humilitas? Deus quidem est charitas increata, quoniam perfectiones suae non sunt ab eius natura distinctae: & sicut ipse sua iustitia & sua misericordia est; ita etiam & sua charitas est. At Christus alia ratione humilitas dici potest; quia nimirum obsequium humile est nobis impensum. Si rex potentissimus egenis seruiat, & ipsis ad mensam sedentibus, cibum ministrat eis, illud obsequium humilitatem vocamus, & dicimus, o quanta est huius regis humilitas. Quod si obsequium illud a rege non distingueretur, sed ipse rex esset famulus & famularus, obsequens & obsequium, iam ipse rex verè diceretur humilitas, quia non tantum opus humilitatis praestat, sed & est ipsum per actionem humilitatis datum obsequium. O Christe Saluator mundi, o Rex regum, & Domine dominantium, non tantum ministrasti nobis, sed & ministerium atque obsequium nostrum factus es; tu es qui ministras panem, & es ipse panis: tu qui offers pro nobis sacrificium Patri, & es ipsum sacrificium oblatum Patri. Si obsequium nostrum factus es, quid multum si te non tantum humilem, sed & humilitatem appellemus? Hanc dignationem tuam admiratus Dauid ad Patrem tuum ait: Minuisti eum paulo minus ab Angelis. ] Quasi aequalis factus es Angelis quando ministrabas nobis, sed minor factus es Angelis, quando panis, & sacrificium voluisti fieri pro nobis. Sed iudicandum erit ex ore Bernardi hanc commendationem humilitatis audire. Sic planè, inquit, sic docet, vt vincat & humilitate, qui sublimitate vincebat, sitque tanto minor Angelis, quanto inferiori sese ministerio mancipauit: qui tanto excellentior est, quanto differentius nomen haereditauit. Sed queras fortasse, in quo minoratus videatur ab Angelis, cum ministrare venit, quandoquidem (vt supra meminimus) in ministerium mittuntur & illi: In eo utique, quod non modò ministravit, sed ministratus est, etateque vnus & idem qui ministrabat, & qui ministrabatur. Merito proinde sponsa in Canticis Cantorum: Ecce (inquit) venit is saliens in mon-

1. Ioan. 4.16.

Psal. 8.6.

Bern. ser. 1. de S. Michaele.

Cantic. 2.8.

A tibus, transiliens colles. ] Ministrans enim salit inter Angelos, sed & ipsos transiit ministratus. Ministrant enim Angeli, sed de alieno, offerentes Deo bona opera, non sua, sed nostra, ac nobis eius gratiam referentes. Vnde & scriptura dicens: Quoniam ascendit fumus aromatum in conspectu Domini de manu Angeli; ] sollicitè praemisit data ei fuisse incensa multa. Nostros enim sudores, non suos; nostras non suas lacrymas offerunt Deo: nobis quoque eius munera referunt, & non sua. Non sic minister ille sublimior cunctis, sed humilior vniuersis, qui semet ipsum obtulit sacrificium laudis, qui Patri offerens animam suam, nobis ministrat vsque hodie carnem suam. ] Haecenus ille. Si igitur Christus sacrificium pro nobis oblatum est, si panis noster est, si tota vita eius fuit quasi quoddam humilitatis obsequium: non ambigamus humilitate vitam Christianam contineri, quam dum corde & opere custodimus, nequaquam à Christi imitatione distamus.

Apoct. 8.4.

B Ex eo demum cognosci potest, humilitatem esse veluti quandam virtutum & disciplinae Christianae summam, quod est pro omnibus nostris defectibus quasi generale remedium. Humilis, quia seipsum despicit, de se magna, & inania, & risu digna non cogitat, nec laudari aut honorari desiderat. Humilis, quia alios maiores putat, nunquam eos despicit, nec irridet, nec temerariè iudicat. Humilis, quia in corde suo omnium vitiorum, & imperfectionum semina esse fatetur, minimè de insurgentium tentationum molestia turbatur. Humilis, quia omnia bona à Deo venire nouit, virtutes non sibi arrogat: quia fragilitatem suam non ignorat, occasiones peccati declinat: quia suam paupertatem perspectam habet, occasiones etiam minimas proficiendi non deserit. Humilis amator est mortificationis, vt se ab imperfectionum labe purificet: amator est orationis, vt ab vniuersorum bonorum auctore dona gratiae ad perfectè viuendum impetret. Humilis tandem corruptibilia & visibilia despicit; caelestia & inuisibilia diligit, & quia perfectionem sibi deesse autumat, magno seruore semper ad eam venire contendit. Vna itaque humilitas talis est, vt multas in animam iusti virtutes inuehat, & ad multa bona praestanda, & multa mala cauenda sufficiat. Et sicut charitate totam Dei legem implemus; ita quodammodo humilitate omnem quoque legem custodimus. Quia nemo à lege deuiat, nisi superbiat, iuxta illud: Initium superbiae hominis apostatare à Deo, quoniam ab eo, qui fecit eum, recessit cor eius: ] vt sicut primus homo à Deo per superbiam recessit: ita sciamus neminem à Deo per peccatum separari, nisi in quandam generalem superbiam incidat, & se ipsum actionis, qua peccat, finem constituat. Nullus etiam legem implet, nisi se Deo, cuius mandatis pareat, humilitate subiciat. Quod fortassis indicauit Dauid ita canens: Vide humilitatem meam, & eripe me: quia legem tuam non sum oblitus. ] Considera, inquam, o Domine, quia humilis sum, quia legem humilitatis, qua tibi in omnibus subderet, oblitus non sum, & à malis imminetibus libera me. Humilitatem pro afflictione positam multi existimant. Non abnuo. Sed Ambrosius, & Augustinus humilitatis nomine, virtutem humilitatis, & lege Dei, legem humilitatis intelligunt. De voce humilitatis haec Ambrosius ait: Fortasse dicat aliquis, gloriatur de se Propheta, & sigloriatur, gloriatur in infirmitatibus suis, in quibus & Apostolus gloriatur,

Ecd. 10. 14. 15.

Vide D. Th. 2.2.9. 102. ar. 2.

Ps. 118. 153.

Ambros. ad Psal. 118. ser. 20.



2. Corin. 12. 9.

Aug. ib. concione 30. Luca. 14. 11.

Iob. 5. 11.

Greg. 7. mor. 6. 9.

1. Corin. 1. 27.

1. Corin. 6. 3. Ephes. 2. 6.

dicens: Gloriabor in infirmitatibus meis.] Alius in diuitiis, alius in titulis nobilitatis ac prosapiae suae; alius in administrationibus, & honoribus gloriatur, iustus in humilitate gloriatur. Bona enim gloria, Christo esse subiectum. Vt scias autem, quia iactate non se cupiat, sed Domini in se gratiam prouocare, alibi idem Propheta ait: Vide humilitatem meam & laborem meum. Ergo quasi is, qui humiliauerit cor suum: quasi is, qui plurimum laborauerit, ibi sibi dimitti peccata desiderat: hic erui se precatur. De lege verò, haec Augustinus: Hoc loco nullam Dei legem conuenientius intelligimus, nisi qua immobiliter fixum est, vt omnis, qui se exaltat humilietur; & omnis, qui se humiliat exaltetur. Superbus ergo malis, vt humilietur, innectitur: humilis à malis, vt exaltetur, eripitur.] Haec illi.

Si ergo legem Dei humilitate complemus; si dum humiliamur Deo, peccata vitamus; si dum nos deificamus, & Deo fidimus, robur ad capeffendam perfectionem obtinemus, verè humilitas est disciplina Christianae summa, quam qui tenuerit in conuersatione sua, breui compendio omnem virtutem colet, & dum se magis magisque deiecerit, ad maiorem mentis puritatem veniet. Deus est enim (vt ait Iob) [qui ponit humiles in sublime;] qui eos nimirum, quos humilitate deprimit, ad fastigium sanctitatis extollit. Hi sanè dum se humiliant, in sublimitate ponuntur, quia omnia terrena pedibus proterunt, de quibus optime inquit Gregorius: In sublimi quippe humiles ponuntur, quia cum se ex humilitate substernunt, altæ mentis iudicio cuncta temporalia transeunt, cumque se indignos in omnibus æstimant, rectæ cogitationis examine huius mundi gloriam transcendentem calcant. Videamus humilem Paulum, cum discipulis dicit: Non enim nosmetipsos [prædicamus, sed Iesum Christum] Dominum nostrum, nos autem seruos vestros per Christum, Videamus hunc humilem in sublimiam positum dicentem: An nescitis, quia Angelos iudicabimus? Et rursum: Conuersus cecidit, & confedere nos fecit in cœlestibus. Fortasse hunc exterius tunc catena religabat, mente tamen in sublimibus positus fuerat, quia iam per spei suæ certitudinem in cœlestibus sedebat. ] Iam nihil superest nisi vt humilitatem, summam virtutum esse dicamus. quæ terrena despiciat, cœlestia appetit, & præmia æterna fidenter expectat. Hanc viam, ò iuste, tu diligenter ingredi, quia si aliò diuerteris, & humilitatem deposueris, nunquam virtutes, humilitati subnixas, consequeris.

Homines fieri Humilitate Deo gratissimos, Angelisque simillimos. CAPVT V.



ERIT O Deus humiles diligit, quos humilitate sibi subiecit, & Angelicis spiritibus simillimos fecit. Quanti autem eos diligit, quàmque gratos habeat, vates Regius cecinit, & propter hoc reges terræ non sine stupore maximo ad reddendas Deo grates inuitauit: Confiteantur tibi, Domine, ait, omnes reges terræ: quia audierunt omnia verba oris tui. ] Laudibus te attollant, ò Deus meus, omnes iusti, omnes reges terræ, qui verè in terra regnant, quoniam se ipsos regunt, & vt postea in cœlo regnent, omnia bona terræ sub pedibus ponunt. Et quidem iuste hos reges ad tuas laudes proferendas inuito: quoniam si non est speciosa laus in ore peccatorum, erit vtique speciosa, & grata

Psal. 137. 4.

tibi in ore iustorum. Hi autem, quos nunc reges nomeno, iusti sunt, quia audierunt verba oris tui; & ea non solum auditu, sed opere complexi sunt. Hi canent in viis Domini; canant, inquam, occultissimas rationes prouidentiae eius: siue canant stupenda, ac nullis humanis sensibus comprehensa opera eius; nec timeant in laude modum excedere, quoniam magna est gloria Domini, & adeò magna, vt nunquam possit vel ab vlla creatura, vel ab omnibus simul pro dignitate laudari. Inter alias autem Dei vias, ac mirabiles suæ prouidentiae rationes: inter alia Dei admiranda opera, haec praecipue nunc reges terræ canant, quòd excelsus cum sit Dominus, humilia respicit, & alta à longè cognoscit. O opus Dei admirandum! ò opus omni laude dignissimum, quòd ipse excelsus humilia respiciat! Nam & magni magnos diligunt, & supremi saeculi principes alios similes, nempe nobilissimos & illusterrimos, suo amore dignos ducunt. Non verò sic Deus noster, qui in altis habitat; & cum imensus & excelsus natura sit, humilia respicit in cœlo & in terra. ] Quid ipse excelsus Deo propè respicit, & superbos ac elatos à longè cognosci, nisi quòd illos oculis misericordiae videt, vt impensè diligit; istos autem oculis indignationis respicit, vt ob superbiam, qua foetet, odio habeat, & à se tanquam indignos repellat. Vnde egregiè Prosper ait: Sub oculis Domini est humilis & elatus: sed humilem, quia placet, proximus videt: superbum, quia displicet, longinquus agnoscit. Et alio loco vberius inquit: Meritò cœlum intelliguntur, qui habitantur à Domino: qui cum sint sancti, atque ideo excelsi, iidem tamen sunt humiles, neque aliunde, nisi de humilitate sublimes. In altis itaque Dominus habitat; id est, in sanctis, & spiritualibus, atque ecclesiasticis. Et humilia respicit, id est, ipsos Sanctos, nunquam in se, sed semper in Domino gloriantes: delectatur enim altitudine humilium, & humilitate cœlestium, in cœlo & in terra: hoc est, quorū conuersatio in cœlis est, licet mortali sint carne circumdati. ] Respectus itaque humilium, quo à Domino respiciuntur vt cœli sui, vt ipsa humilitate sublimes, respectus est benignitatis & amoris; respicit enim eos vt ipsius honoris auidos, vtque humilitate decoros, & ad eos diligenter trahitur, quia cum eos iustos & sui similes fecerit, eximio quodam ipsos amore dignatur.

Humilibus nihil aliud cura est, nisi honor Dei; nam illum honore afficiunt, dum eidem omne bonum tribuentes, se ipsos, conatūque suos, apertissima compulsi veritate, contemnunt. Illos autem, qui Deum honorant, ipse gratissimos habet, eisque abundantissimam gratiam impertit. Qua ratione Ecclesiasticus ad humilitatem hortatur, dicens: Quanto magnus es, humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam: quoniam magna potentia Dei solius, & ab humilibus honoratur. ] Nihil est pretiosius, nihil desiderabilius, quàm apud Deum inuenire gratiam, & eius amorem ac benevolentiam promereri. Si hanc igitur tibi conciliare cupis, quato maior fueris, tanto magis te abice, tanto modestius de te cogita, tanto verius alius te submitte, vt hūc thesaurum gratiae Dei possidere merearis. Si autem causam aues cognoscere, ob quam Deus humiles gratos habeat, ea est, quia cum ipse sit potentissimus & honore dignissimus, soli humiles eum honore prosequuntur, superbi verò eius honori, quantū in ipsis est, detrahunt. Si ergo humiles Deū honore prosequuntur, & se ipsos despicabiles ostendunt, vt Dei gloria apud omnes magis magisque replèdeat, quid mirū, si ab eo diligantur, cuius solum honorem exoptant? Illi sanctis Angelis quotidie similes sunt, qui cum apostolicis spiritibus,

Psal. 112. 5.

Prosp. ad Psal. 137.

ad Psal. 112.

Eccles. 10.

ibi



Apocal.  
12.7.Vida D.  
Tho. 1. p.  
9. 63. ar.  
8.Iſaia 14.  
13. 14.Cantic.  
1. 11.  
Ruper.  
lib. 1. in  
Cantic.  
ad cap.  
1.

sibi non debitam Dei similitudinem affectantibus, fortiter dimicant. Ioannes enim Sanctorum Angelorum fidelitatem enarrans, hæc ait: Factum est prælium magnum in cælo, Michaël, & Angeli eius præliabantur cum dracone: & draco pugnat, & Angeli eius: & non valuerunt, nec locus inuentus est eorum amplius in cælo. Nemo prohibere potest, ut locum hunc, non de prælio futuro in Ecclesia tempore Antichristi, sed de prælio facto in ipso cælo Empyreo inter Angelos bonos & malos, nunc cum scholas sectantibus intelligamus. Nam cum Lucifer, & eius sequaces per superbiam aduersus Deum exigerentur, à Michaële, & Angelis sanctis, atque humilibus è cælo deturbati sunt, & in tartareas pœnas deiecti. Ibi in perpetuas aternitates suæ superbix pœnas luunt, & Angeli sancti suæ humilitatis ac fidelitatis præmia recipiunt: honorante Deo eos, qui se honore affecerunt; & impensè diligente, ac præmiis cumulatissimis prosequente illos, qui pro amore suo cum superbis spiritibus decertarunt. Similis huic est quotidiana humilium victoria, qui vita, & moribus in atriis cæli, nempe in Ecclesia, semper clamant: Quis sicut Deus? Et superbos honorem non debitum ambientes, & sibi, non Deo gloriam querentes, verè humilitatis exemplo condemnant. Quisque eorum non dicit cum superbo Lucifero: In cælum conscendam: sed quod ad me attinet, in infimo loco sedeo. Non dicit: [Sedeo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis:] sed cum humili publicano timens, & tremens, & genuflexus, & veniam de peccatis postulans, in postremo angulo templi subsistam. Non dicit: [Ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo,] sed in hoc, quod pro me seruus factus est, & in vili præsepio collocatus, eum imitari contendam. Quod si humiles, sanctos Angelos vita & conuersatione sequuntur, æquum est ut Deo nimis grati acceptique putentur; ut ille, qui non est acceptor personarum, similia obsequia simili amore gratificet, & similibus præmiis afficiat. Humilitate Angeli Deum ad se traxerunt, qui post reportatam ab eis de superbo hoste victoriam, illos in vitam beatam admisit, & se ipsum eorum mercedem ac possessionem fecit: & eadem virtute iusti Deum ad se trahunt, & suorum cordium habitatorè agnoscunt. Dicit Rupertus Abbas qua virtute Maria Virgo Verbum Dei ad se pertraxit; Exponens enim illud Canticorum: Dum esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum, ita scribit: Olim in Eva malo superbix fœtore offensus, & ob hoc ab humano genere auctus fuerat: nunc autem delectatus bono odore, nardo humilitatis meæ, sic ad genus humanum conuersus est. Propterea nardum meam dico humilitatem meam, quia sicut nardus herba aromatica, paruo quidem fructu, vel parua spica nequaquam se in altum subrigit, sed comosa, atque odoratissima flore optimi odoris, atque radice suaui, multis vsibus probatur utilis: sic humilitas mea, suo quidem arbitrio, vel iudicio, parua res est, nimiumque exilis, sed iudicio regis pretiosior est eundis operibus legis, in quibus homines iusti sibi videntur atque magnifici: ipsi quoque regem, & Patrem eius, Deum, sanctum quoque Spiritum vnice delectat velut suavis odor, qualis quantusque de nullo vnquam vsque ad ipsum spirauit, vel spirare potuit sacrificio. O amici hoc ego experta sum. Humilitatem meam de illo accubitu suo sensit, & respexit, & valde delectatus est, & placuit sibi, quod in isto sexu tantam humilitatem inuenit: in isto (inquam) sexu, à quo initium superbix, generi humano super-

A ueniens, totam massam corruptit.] Sic ille. Quod in anima omnium humillima factum est, in omnibus animabus humilibus suo modulo fieri certum est, nempe quod regem regum ad se humilitate trahant, & inuicent, ac vera charitate possideant. Si autem Dominus humilitate delectatur, tanquam ea virtute, quæ ei honorem defert, & gloriam Deo debitam sibi non rapit: si humilitate ad manendum in hominibus inuitatur, & allicitur; non dubium quin humiles gratissimos habeat, & vt veros Christi filij sui imitatores, & Angelis similes diligat.

Quis ambigat formæ pulchritudinem esse dilectionis illicium & incitamentum amoris? Sed animæ, quæ humilitate in Deum gloriam & honorem intorquent, eadem virtute pulchræ & decoræ sunt, vt inde appareat, quantam apud illum gratiam inueniant. Quid enim pulchrius homine, præsertim literato, & magnis virtutibus, ac Dei donis prædito, humiliter de se ipso sentiente, & omnem saltum, omnemque ab aliis profectam laudem asperrante? Certè hunc Deus diligit, quem dilectissimo Filio suo magno & humili similem videt: Angeli amant, quia eum non hominè, terrena sed cœlestia sapientem, & sibi humilitate iunctum esse fatentur: homines verò suspiciunt, & admirantur, & quem superbia tumidum non sustinerent, humilitate fulgentem sibi prælarum esse gaudent. Humilitas itaque, Dei, & Angelorum, & hominum oculos capiens & illiciens, pulchritudo animæ est, quæ in anima, prius criminibus fœdata, magna creditur, sed in ea, quæ innocentiam sanctitatemque seruaui, maxima & planè mirabilis inuenitur. Huic in Canticis dictum est: Ecce tu pulchra es amica mea: ecce tu pulchra es. Bis pulchra dicitur, & non ociosè, primò quidem propter conseruatam puritatem, & secundò verò propter retentam humilitatem, quia licet humilitas sit semper animæ pulchritudo; tamen puritati vitæ, & donorum siue naturalium, siue supernaturalium copia adiuncta crescit, & mirabilem splendorem acquirit. Vtrumque ex melliflui Doctores verbis accepimus:

Decor, inquit, animæ, humilitas est. Non à me ipso hoc dico, cum Propheta prior dixerit: Asperges me hyssopo, & mandabor, humili herba, & pectoris purgatiua, humilitatem significans. Hac se post grauem lapsum rex & Propheta lauari confidit, & sic niuè quendam innocentia recuperate candorem. Verùm in eo, qui grauius peccauit, est amanda, non tamen admiranda humilitas. At si quis innocentiam retinet, & nihilominus humilitatem iungit; nonne tibi videtur geminum animæ possidere decorem? Sancta Maria sanctimoniam non amisit, & humilitate non caruit: & ideo concupiuit rex decorem eius, quia humilitatem innocentia sociauit. Denique [respexit, inquit, humilitatem ancillæ suæ.] Ergo beati, qui custodiunt vestimenta sua munda, videlicet simplicitatis & innocentia; si tamen & decorem inducere humilitatis adiciant. Hæc ille. Meritò ergo dicemus eximiam virtutem humilitatè, vestitam esse sicut aurum emblemate perornatum, quod etsi per se pulchrum sit, tamen colore illo viuido & splendido expolium pulchrius & pretiosius efficitur. Atque adèd si humilitas siue in penitente, siue in innocente pulchritudo esse probatur, non potest Deus amator pulchritudinis eos relicere, aut inuitos habere, quos virtus hæc suo decore exornauerit: quin potius illos vt sibi gratissimos fouet, & protegit, ac dilectionis suæ stringit amplexibus. Vnde Iſaias ait: Quia hæc dicit excelsus, & sublimis habitans aternitatem, & sanctum nomen eius in excelsis, & in sancto habitans, & eum contrito &

Cantic.  
1. 14.Bern. ser.  
45. in  
Cantic.Lucæ 1.  
48.Iſaia 57.  
15.



Hieron. ibid.

humili spiritu.] Excelsus profecto cum sit Deus, habitat in corde excelsio (vt exponit Hieronymus) & sanctus in sancto. At quod est cor excelsum, quod sanctum? Nullum aliud nisi cor contritum & humile, quod compunctione abiecta peccatorum deserit, & humilitate se terrenis euacuans ad caelestia dona capienda disponit. Denique venit ille vt viuificet spiritum humilium, & viuificet cor contritorum. His humilibus & contritis vitam suam similem, nimirum gratiae vitam impertit, & in viuificatis sibi complacet; eosque dilectissimos habet, quos humilitate suae voluntati subiectissimos reperit.

1. Cor. 13. 1.

Prosp. epist. ad Demetria. ad finem.

Casav. epist. Homil. 28.

Prou. 11. 2.

Accedat & alia causa, propter quam humilitas animas iustas Deo gratissimas faciat, quia scilicet sine illa reliqua obsequia, licet magna, licet difficilia, licet pretiosa, Deo placere non possunt. Et quidem hoc proprium charitatis virtutum generis esse videtur; de qua dixit Paulus: Si linguis hominum loquar & Angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut aes sonans, aut cymbalum tinniens.] Et postea: Si habuero prophetiam, & fidem, & elemosynarum largitatem, & martyrij fortitudinem, sine charitate nihil sum, & nihil mihi prodest.] Sed si attentè consideremus, idem elogiū humilitati conuenire videbimus. Quod non audeam dicere nisi Prosper, Regiensis Episcopus, & perpetuus Augustini lector, non antea dixisset. Ille ad Demetriadem virginem scribens, & remedia aduersus spiritum superbiae perscribens, sic ait: Hunc autem corruptissimum pestilentiae ipsius statum spiritus verae humilitatis, & verae charitatis excludit. In nullo enim haec virtutes ab inuicem diuiduntur, & ambarum tam indiffereta connexio est, vt qui in vna earum constituitur, simul vtraque potiatur. Sicut enim pars charitatis est humilitas; ita pars humilitatis est charitas. Et si illa recolamus, quae sine bono charitatis infructuosa esse Apostolus definiuit, inueniemus eadem similem habere charitatem, si eis humilitas vera defuerit. Quem enim fructū habebit, aut cum inflatione scientia, aut cum humana gloria fides, aut cum instantia largitas, aut cum elatione martyrium? Vnde quia in destructionem superbiae & humilitas tendit & charitas, de vtraque habeatur dictum quicquid de vna est disputatum. Et ad idem Caesarius ait: Iterum atque iterum rogo, & admoneo vos fratres, vt obedientiam, humilitatem, atque charitatem, non solum senioribus & coaequalibus, sed etiam iunioribus exhibere iugiter studeatis: quia quaelibet bona seruis Dei habere cōtēderit, omnia infeliciter perdet, si in illo humilitas & charitas non fuerit.] Non ergo placet Deo, quod superbia serdauerit, & quod humilitatis iura reliquerit. Est enim humilitas quasi virtutum condimentum, sine quo insulsa, & esui apte minime reputantur: & Deus mensae suae apponi non patitur cibum, cui sapor humilitatis non fuerit adiunctus. Spernet ille labores tuos, corporis afflictationes, & mentis curas, & conatus pro nihilo ducet, si humilitate posthabita, laborans & sudans superbia tumueris. Vbi fuerit superbia, inquit Salomon, ibi erit & contumelia: vbi autem humilitas, ibi & sapientia.] Nam si superbiae tumor opera tua fuerit comitatus, non sine ignominia illorum, & tua à Domino repellentur. Si autem humilitate cinxeris, & modestia decoraueris, seruus fidelis, & sapiens reputatus cum illis libenter admittetur. Est humilitas sanctus quidam & necessarius virtutum fucus, quo si earū actiones non fuerint illitae, minus gratæ oculis bonorum apparent. Sæpe vidi concione eloquen-

atissimam, & actionem litteratiā subtilissimam, & alia huiusmodi ob humilitatis absentiam fuisse refutata, & non sine risu contempta. Fucus enim iste non ob vanitate, sed ob veritatem adiectus, ideo opera nostra placere facit, quia eorū imperfectiones abscondit. Nullaque est in nostris operibus culpa, quā humilitas non venia dignam reddat: nullus defectus, quem sua comitate non suppleat. Est tandem humilitas si non vita operum, hoc enim charitati competit; at sanitas operum, sine qua putrida sunt in se ipsis, & aspicientibus fastidiosa. Nam si tinea bonorum operū superbia est, sanitas eorundem operum, humilitas erit: tinea (vt annotauit Gregorius) dānam facit, & sonitū non facit: ita superbia dum incus in corde lateret, sine eo quod ab hominibus videatur, bonorū nostrorum interiora corrodit. At humilitas dum hanc tinea superbiae tollit, opus bonū in sua integritate conferuat. Ecce ergo quare humilitas gratissima Deo sit; quia dum iustorum opera perficit, & eos decoros reddit, & Deo honorem defert, ipsos Angelis simillimos facit, quorum semper fuit Deum honore prosequi, perfecte operari, & pulchritudine ac decore vestiti. Detestor ego superbiā Iacob, ait Dominus, & domos eius odi.] Detestatur namque ipse superbiā & elationem filiorum Iacob Patriarchae sanctissimi, qui humilitate auctus est, & celebrissimo nomine Isaac honoratus: quē patrem humilē, vt Deo placiti essent, imitari debuissent. Si hāc Dominus superbiā detestatur, & odit, humilitatē Iacob in spiritualibus eius filiis diligit, & ipsos propter illam maximē gratos habebit. Quare hanc virtutem pulcherrimam semper desiderat, & quia donum magnum Dei est, semper postulat, & sine vlla intermissione opere cōple, vt gratus Deo (quod certè summum est maximē desiderabile) esse merearis.

Grego. 5. mor. c. 28

Amos 6. 8.

Deum in iustis suis Humilitatem maximè curare.

CAPVT IV.

DIFFICILE est homini, Dei voluntatem agnoscere, & tantam rectitudinem, tantamque sublimitatem angusta inuestigatione contingere. Quis enim adiuuit spiritum Domini? vt ait Isaias, aut quis consiliarius eius fuit, & ostendit illi? cum quo inuit consilium, & instruxit eum, & docuit eum semitam iustitiae, & erudiuit eum, scientiam, & viam prudentiae ostendit illi? Certè nullus. Quod si Domini potestas à nullo adiuta est, si eius iudicia à nullo comprehensa, si ipsius scientia, ac agendi ratio à nomine cognita, quid mirum, si voluntas eius, huic scientiae ac potestati conformis omnino nos lateat? Vix Domini à Paulo inuestigabiles vocatae sunt, id est, nulla humana ratione vestigabiles, nullo hominum sensu comprehensibiles. Vix autem Domini, iudicia eius, ac voluntates eius esse intelligimus, de quibus in Psalmo dictum est: Quoniam vniuersae viae Domini misericordia & veritas.] Misericordia eius imperuestigabilis est, quia extenditur ad delenda vniuersorum indulgentiam postulantium crimina: & veritas eius est incomprehensibilis, quia sine vilo sine castiga impoenitentium, & non se emendantium delicta. Vtrumque mirabile & humanum captum excedens, quod iustissimus Deus velit magna peccata vilissimorum hominum, vtrumque ea detestantium, remittere: & misericordissimus Pater in animum inducat, peccata per breue tempus duratia, quia dolore pur-

1. Jo. 4. 13. 14.

Rom. 11. 33.

Psal. 24. 10.

gata

Deus... Tom. 1.



gata non sunt, in perpetuas aeternitates punire. Quod autem de his Dei voluntatibus dictum est (quae comparatae ad effectus plures appellantur, cum tamen in ipso Deo, qua omnia vult, voluntas sit una) de aliis dici potest, quod scientiam nostram & investigationem effugiunt. Sed unum est, in quo Deus voluntatem suam nobis manifestam ac perspectam esse voluit; in eo scilicet quod nobis faciendum est aut vitandum, ut ei, tanquam Domino ac Creatori nostro, placeamus. Omnia enim praecipua & universalia consilia voluntatem Dei continent, quae aperte, & sine ulla ambagibus patefaciunt, quid ab hominibus Deus fieri aut non fieri velit. Quare vox Pauli est ab ipso Deo ad loquendum moti: Haec est voluntas Dei sanctificatio vestra. Et: In omnibus gratias agite: haec est enim voluntas Dei in Christo Iesu in omnibus vobis. Et Petrus ait: Subiecti estote omni humanae creaturae propter Deum, quia sic est voluntas Dei. Ac tandem David: Notas fecit vias suas Moysi: filius Israel voluntates suas. Et in hoc miserator, & misericors Dominus, longanimis, & multum misericors, quod voluntates suas nobis notas facit, etsi secundum eas non vivamus, & leges eius praeteremus, patienter sustinet. Est itaque voluntas Dei hominibus occulta & manifesta: occulta quidem de se, manifesta vero, quia ipse eam nobis aperuit: occulta in consiliis suis; manifesta in operibus nostris, quoniam qui iudicia sua ut a nobis in veneratione habeantur, abscondit, quid a nobis fieri velit, ne erremus, & decipiamur, benignè patefacit.

Inter has autem Dei voluntates nobis expositas ac patefactas, una est miris modis declarata, qua ab omnibus iustis submissionem & humilitatem exposcit. Nam ipsa cura, & zelo continendi eos in humilitatis officio euidenter ostendit, & impensè, plusquam cogitari possit, in ipsis humilitatem amare. Ea quidem amplius amamus, quae diligentius curamus, & sollicitius custodimus. Deus vero, qui humilitatem iustorum diligentissimè curat, & sollicitissimè servat, satis se eam magna dilectione amare demonstrat. Ut autem exponam, quanta cura Deus noster in nobis humilitatem gignat, & generatam provehat atque custodiat, liber verbis Augustini uti, qui vult docet, quantum modis impij ad poenitentiam vocentur. Ita ergo scribit: Vocat Deus undique ad correctionem, vocat undique ad poenitentiam. Vocat beneficiis creaturae; vocat impertiendo tempus vivendi; vocat per lectorem; vocat per tractatorem; vocat per intimam cogitationem; vocat per flagellum correctionis; vocat per misericordiam consolationis. Propterea his omnibus modis nos Deus ad humilitatem incitare curat: propterea his omnibus rationibus nos ad humilitatem vocat, ut nobis certum sit, maximè curae illi esse, ut humiles simus, & de nobis modestè sentiamus.

Beneficiorum mole nos ad humilitatem pertrahit, quia simul cum illis lucem ad cognoscendam nostram maximam indignitatem immittit. Beneficiorum enim Dei, ac beneficiorum regis terreni hoc magnum invenimus discrimen, quod ista in superbiam elevant, illa ad humilitatem inclinant. Vide Aman ex beneficiis regis Assueri in incredibilem superbiam elatum. Rex Assuerus, inquit scriptura, exaltauit Aman, filium Amadathi, qui erat de stirpe Agag hominem inquam alienigenam, ex vili prosapia natum Amaleicam, aut Macedonem, in quibus ferè semper accidit, ut ex dignitate superbiant. Et hinc quid sequutum est? Certè ut ageremè ferret, & valde iraceretur, eo quod Mardocheus

**A** ludæus non flecteret illi genu, nec ipsum adoret, timens ne contra ius, & fas divinum honorem in hominem mortalem transferret. Quanta verò fuerit huius superbissimi hominis, tum indignatio, tum elatio, ex eo cognoscitur, quod pro nihilo dicens in unum Mardocheum mittere manus suas, statuit apud se omnem nationem Iudæorum in ultionem negatae adorationis perdere, atque delere. Sed vide nunc Paulum ex beneficiis Dei in virtutem humilitatis erectum: Gratias, inquit, ago ei, qui me confortavit, Christo Iesu, Domino nostro, quia fidelem me existimavit, ponens in ministerio: qui prius blasphemus fui, & persecutor, & contumeliosus. Non mihi, aut vitibus meis, sed Deo meo accepta bona tribuo. Ille, cum essem infirmus, & egenus, atque infirmis elementis serviens, roboravit mentem meam fide & charitate, per merita Christi Iesu. Cum essem infidelis, per gratiam suam fidelem me esse praevidit, & cum essem abiectus, & vilis, me in dignitate Apostolatus, & in praedicationis ministerio constituit. Haec, inquam, accepi, non ob merita mea, sed ob benignitatem ac beneplacitum eius, qui elegit me. Cum enim prius fuero blasphemus, & malè de Christo loquens, & persecutor Sanctorum eius, & contumeliosus in mysterium gratiae suae, non potui ex me tantorum honorum particeps fieri. Ita Deus iustos concessis bonis humiliat, ut humiliter de se sentientes, maiorum donorum capaces efficiat. Et sanè si Dominus ex beneficiis gratias quaerit, etiam

**B** humilitatem exquirat; quia licet gratiarum actio sit opus gratitudinis, non tamen potest separari ab affectu humilitatis. Quamobrem Augustinus gratiarum actionem definiens, ait: Deo gratias agere, est sentire, omnia bona à Deo data esse, & pro eis ipsum laudare. Et alio loco: Agnosce te à Deo habere, & ex te nihil habere, ut nec superbus sis, nec ingratus. Deus itaque nos saepe beneficiis onerat, ut sancta humilitate deprimat, & depressos ad fastigia maiorum donorum attollat. Ad quod propositum pulchra est similitudo Dorothei: Ut arbores, ait, cum multo fructu onustae fuerint, inclinant ramos, & eos plerumque frangunt. Qui autem ramus nullum habet fructum attollitur in altum, & rectus asurgit: Si autem (ut à multis expertum est) lapis appendatur, inclineturque, ne rectus asurgat, illico poma parit: Sic anima nostra, si humilietur, statim fructus edit, quantoque plures fructus attulerit, tanto magis humiliatur. Nam viri sancti, quanto ad Deum propius accesserint: tanto se iniquiores agnoscunt. Attende quam verum sit, quod Deus te beneficiis ad humilitatem trahat, & quo pacto ex exaltatione tua, animi submissionem, sine qua omnis exaltatio periculosa est, elicere curat. Nam & beneficia in homines confert, ut glorificetur in eis. Quam verò gloriæ illi conferes, si humilitate postposita, dona eius tua merita existimes, & tibi per superbiam ascribas?

**C** Ipsa quoque vita longævitate Deus nos ad humilitatem inducit. Sicut enim adolescentia experimento caret, ita & matura aetas, ac multò magis senectus est experientiae parès atque magistra. Ideoque Deus, misericordia motus, solet aliquando iustorum vitam protrahere, ut suam infirmitatem quasi manibus tractent, & ex infirmitatis suae cognitione ad sui desipientiam veniant, & ex hac desipientia ac humilitate ad dona, quae in adolescentia non sunt consecuti, conscendant. O quam saepe multis annis nititur homo in summo virtutis se ponere, & in imo se reperit, conatur per orationis studium, & contemplationis exercitium familiaris esse Deo,

**D** Ipsi quoque vita longævitate Deus nos ad humilitatem inducit. Sicut enim adolescentia experimento caret, ita & matura aetas, ac multò magis senectus est experientiae parès atque magistra. Ideoque Deus, misericordia motus, solet aliquando iustorum vitam protrahere, ut suam infirmitatem quasi manibus tractent, & ex infirmitatis suae cognitione ad sui desipientiam veniant, & ex hac desipientia ac humilitate ad dona, quae in adolescentia non sunt consecuti, conscendant. O quam saepe multis annis nititur homo in summo virtutis se ponere, & in imo se reperit, conatur per orationis studium, & contemplationis exercitium familiaris esse Deo,

**E** Ipsi quoque vita longævitate Deus nos ad humilitatem inducit. Sicut enim adolescentia experimento caret, ita & matura aetas, ac multò magis senectus est experientiae parès atque magistra. Ideoque Deus, misericordia motus, solet aliquando iustorum vitam protrahere, ut suam infirmitatem quasi manibus tractent, & ex infirmitatis suae cognitione ad sui desipientiam veniant, & ex hac desipientia ac humilitate ad dona, quae in adolescentia non sunt consecuti, conscendant. O quam saepe multis annis nititur homo in summo virtutis se ponere, & in imo se reperit, conatur per orationis studium, & contemplationis exercitium familiaris esse Deo,

1. Thib. sal. 4. 3. 6. 5. 18.  
1. Petri 2. 13.  
2. 102.  
7.

Aug. ad Ps. 102.

Esber. 1.

1. Timot. 1. 12.

Aug. in epistolâ ad Rom. In Psal. 85.

Dorothei doct. 2.





& ab eo, quod optat, excluditur [dicitque non sine dolore: Dum adhuc oraret, succidit me:] donec experientia propria imbecillitatis doctus, incipit se ipsum despiciere, & de suis conatibus desperare. Tūc sine conatu, sine labore quod diu optauerat, accipit, & caelestium donorum, a quibus superbus exclusum se viderat, humilis factus se possessorem videt. Hic profecto diu fortasse vixit, vt scientiam humilitatis annorum diuturnitate disceret, & per eam quasi per ianuam ad obtentionem magnae virtutis intraret. In quo verum est, quod Deus cum vitae longitudine ad humilitatem vocauit, & per experimentum humanae infirmitatis bonorum desideratorum diuitem fecit. Dicit ille, gratias pro tanto beneficio agens Domino: Vitam & misericordiam tribuisti mihi, & visitatio tua custodiuit spiritum meum.] Vita quippe protelatio illi tributa est; & misericordia, qua se ipsum agnosceret, praerogata, vt benigna Dei providentia eum ab spiritu superbiae custodiens, & liberans, copia caelestium donorum imbueret. Vel spiritus eius est a prouida Dei visitatione custoditus, cum in ipsa attributione donorum Deus in homine spiritum humilitatis & propriae notitiae custodit. Nam si dona praestat, vt verbis Gregorij vtar, sed hunc spiritum continuè restaurando non subleuat, citius bonum perditur, quod non a largiente custoditur. Et forte huc trahi potest illa eruditio virorum, de qua idem sanctus Iob ait: Tunc aperit aures virorum, & erudiens eos instruit disciplina.] Vt auertat hominem ab his, quae fecit, & liberet eum a superbia. Prius enim Dominus quos diligit viros, aut aetate, aut saltem sensu, & maturitate facit, & tunc in quieto orationis somno erudit disciplina, vt & mala ab illis prius gesta corrigat, & a superbia, quae solet nasci ex bonis, eripiat. Profecto idem Beatus Pater Gregorius disciplinae nomine compunctionem, nos ad humilitatem, & modestiam, ac ad submissionem trahentem, intelligit. Cuius causas ediciens, sic ait: Quatuor sunt qualitates, quibus iusti viri anima in compunctione vehementer afficitur. Cum aut malorum suorum reminiscitur, considerans vbi fuit, aut iudiciorum Dei sententiam metuens, secum quaerens, cogitat vbi erit, aut cum mala vitae praesentis solerter attendens, moriens considerat vbi est: aut cum bona supernae patriae contemplatur, quae quia nondum adipiscitur, lugens conspiciat vbi non est.] His considerationibus Deus viros erudit, & in humilitate stabilis, vt vita ipsa naturalis illis ad humilitatem seruiat, qua parati ampliora dona recipiant.

Greg. 23.  
 mor. c. 13.

Ioan. 9.  
 39.

Numer.  
 13. 34.

A *custa videbatur.] Quid audis, & legis? An sceltissima impiorum facinora? Sed illis non minus quam studiosis Sanctorum operibus ad humilitatem impelleris. Quia nihil mali ab impiis gestum est, quod tu per consensum, aut per opus non fecisses, si te gratia tui Saluatoris deseruisset. Quid tandem legis? An naturae opera, an gratiae beneficia, an gloriae iustis seruata praemia? Sed haec omnia te ad humilitatem prouocant, quia naturae bonis abusus es saepe; quia gratiae dona milles dilapidasti; quia te indignum aeterna vita fecisti. Deus ergo curat, vt vniuersa, quae legis, & audis, aut alio sensu percipis, te ad humilitatem & tui despicientiam instigent. Sapienterque Basilus animaduertit, ita nos a Deo fuisse formatos, vt quicquid circumspexerimus, nos ad humilitatem trahat, & propriae vilitatis admoneat. Quo demum tempore, inquit, tui obliuisci poteris? Tui tunc obliuiscere, cum te e terra submoueris. Quod si e terra ne momento quidem subducis (coaluisti enim terrae, & concreuisti, super terram ingrederis, acquiescis terrae, teque in ea oblectas, delitigas pro terra, quicquid denique facias, sit id magnum, aut certe perexiguum, id omne in terra facis) nimirum e vicino habes, quod te tuae commonefaciat humilitatis. Vnicuiquam es iniurius, & incandesces: vnde tibi ira haec impotens: Ignominia te asperit aliquis? Non sustinuit audire: ignobilis. Dico hoc oculis acriter ira esferuisti? Quam quae audisti, atrociora contendis regerere? Demitte oculos, & conqueuit indignatio. Inspecta humo fac tecum reputes, me, qui e terra factus sum, dixit ignobilem: minus obiecit quam ipse sum. Neque enim exprobrauit terram, e qua sumptus sum, sed hominem, qui me genuit. Vnus quiuis homo animatus, quanto est terra praestantior, quae proculcatur pedibus? In eam mihi antiquam matrem, nempe terram, intendo oculos, quo sit, vt non iam contumelia loco habere debeam, quod a seruo sum prognatus. Honoris enim est, quod factus sum hac animam insignis & cohonestatus, existimat autem is se atroci affectu me contumelia, nescius quanto per eam plus mihi conciliauerit honoris. Meae enim conscius naturae, quis sim, probe noui, simul & vnde sim. Ad eam considerationis formulam, si factos nos esse de terra meminimus: humilis haec, & delecta de nobis cogitatio nullo vnquam tempore sine ira impetum plus a quo excitari. Rationem itaque tuam adiuet, & auxiliatur terra ipsa nusquam non praesens, teque primigeniae originis commonefaciens. Ad nescio quam vilem concupiscentiam si contingeret excurrere te; fac subeat mentem tuae hinc emigrationis articulus. Horam tui corporis in terram resoluendi, si ad mentem aduocaueris; momento sedabitur eiusmodi maleuada & vasaeniens concupiscentia. Terra es, & in terram abibis. Cogites, velim, membra haec tua, quae nunc velut subsultant, ardore accensa libidinis, post aliquantum desitura esse, ipsis nimirum dissolutis membris, & in terram resolutis. Fac naturae memineris, & ecce omnis illa ad improbitatem sectandam affectio pessum sit. Iugis haec cogitatio salutare quoddam amuletum est aduersus quodcumque peccatum.] Haec tenet Basilus. Et sicur haec nostra terrena substantia nos humiliat & deiecit: ita quaecumque alia ad intimam considerationem adducta, humilitatem nostraeque contemptum parturunt. Nam si illa maiora sunt, vt sunt Angeli, vel homines sanctitate, aut literis, aut alia re quapiam eminentiores, satis nos deprimunt; si vero minora sunt, dum illis abusi sumus, aut comparatione illorum inflati sumus, etiam nos vsque ad pro-*

Basil.  
 hom. 11.  
 exortationem.

fundum



fundum deiciunt. Si enim insania esset, si ex eo quod culicem natura superas, superbiesset non insania sit, si ex eo offeratis, quod alium hominem honoribus aut aliis donis excellas, quæ omnia sunt satis exigua? Vocat ergo nos Deus ad humilitatem per lectorem, vocat per tractatorem, quia vniuersa, quæ audimus, quæ legimus, quæ tractamus, sunt humilitatis incitamenta, & humana vilitatis indicia.

Sed quid dicam de intimis cogitationibus à Deo immixtis, quibus nos ad mentem humilem aduocare curat? Equidem puto eas tantas esse, & tam manifestas, vt nullus, quantumvis ignarus, eas valeat ignorare. Verè, ô homo (vt nunc in alio sensu verba Michæ v'surpè) [humiliatio tua in medio tui,] quia in corde tuo non raro, sed frequentissime, non aliquo vitæ tempore, sed semper verba Dei audis, quæ te statuunt ante faciem tuam, & tuam vilitatem aperiant. Si te Deus per immixtam cogitationem, de peccatis reprehendat, habes vnde mirum in modum humiliaris. Nam quid, quæso, magis humiliet, quam vox summi regis, seruum suum nequam vocantis, malum & pigrum vociferantis, & vltionis de eo accipiendæ memoriæ facientis? Increpat ille mare, & exsiccat illud, & omnia flumina ad desertum adducit,] quia dum nos ob peccata reprehendit, quasi præ timore arescimus, & ab omni tumore & propria reputatione deficiamus. A fortitudine manus tuæ, inquit Dauid, ego defeci in increpationibus: propter iniquitatem corripuisti hominem. Et tabescere fecisti sicut araneam animam eius. Cum me variis doloribus & persecutionibus affligis, ac duris increpationibus propter iniquitates meas corripis, & reprehendis, quidni deficiam, & te iratum considerans, præ timore, & meæ vilitatis cognitione tabescam? Et sanctus Ieremias ait: Memoria memor ero imbecillitatis, scilicet meæ, & peccatorum, ac miseriarum mearum, & cum à Domino huiusmodi cogitationes accepero, tabescet in me humiliabiturque anima mea. Si verò Deus suorum te beneficiorum commonefaciat, quam efficaciter hæc cogitatio ad humilitatem adiget, dum te peccatis beneficia repensasse, & donis ingratitude respondisse cognoueris? Quidni dicas, dum te vides cælestibus donis profusè indignum, quod dixit Iacob: Domine, minor sum cunctis miserationibus tuis, & veritate tua, quam expleuisti cum seruo tuo. Verè minor, id est, indignus: quoniam si ob peccata mea indignationem tuam, ac acerbissimas pœnas sum commertus, quomodo vel minima gratia, aut exiguo beneficio dignus existam? Si tandem Deus te de agendis & omittendis admonet (nam ad hæc tria cogitationes à Deo immixtas reuocare libet) quam copiosa leges humilitatis se offert. Intelligis namque te agenda sæpe prætermisisse, & non agenda sæpius perpetrasse. Sentis te ad bona faciendâ ignauum & tardum, ad verita diligentem & pronum. Expetitis te virtutis opera auersantem, vitia peccatâque diligentem. Væ qui contradicit fictori suo, testa de samis terræ. Væ tibi testa vilissima, lutum fragillissimum, qui voluntati Domini reluctaris, & ad oppositum eius, quod præcipit, sæpe manus extendis. Væ tibi, si non humilitate vestiaris, quia nihil sapienter cogitabis, quod non te deiciat, & tibi præceptum humilitatis indicat.

Cui verò hæc non sufficiunt, Deus eum flagellis, & tribulationibus, & malis humiliat, vt si non miseratio à nequitia superbiæ liberet, & tribuat intellectum auditum. Intelligebat hoc Iu-

dith, quæ cum populo Dei in tribulatione constituta, vt à vastatione liberetur, remedium humilitatis assumit. Humiliemus, inquit, illi animas nostras, & in spiritu constituti humiliato, seruietes illi, dicamus flentes Domino, vt secundum voluntatem suam sic faciat nobiscum. Intelligebatque Eliu apud Iob, qui inter alia de viro iusto à Deo percusso inquit: Consumpta est caro eius à supplicis, reuertatur ad dies adolescentiæ suæ. Vt scilicet qui prosperitate superbiaerat, & ab humilitate status innocentie discesserat, doloribus eruditus, ad florem illius spiritualis adolescentiæ, in qua Deo subdebat, redeat. Multiplici autem flagello iusti ad humilitatem reuocantur. Nam aliquando doloribus, angoribus, agitudinibus, persecutionibus, & aliis aduersitatibus atterit eos Deus, vt humiliter de se sentiant, & suam imbecillitatem aduertant. Ob hanc causam Agar afflictæ à Sara est, & fugæ, ac quasi exilij incommoditates experta. Quare monetur ab Angelo: Reuertere ad dominam tuam, & humiliare sub manu illius: vt scilicet humilitatis itinere secuta domum tuam repetas, & ab heræ percussione libereris. Et Salomon ait: Antequam cõteratur, exaltatur cor hominis: & antequam glorificetur, humiliatur. Ac si diceretur, contritus & afflictus est homo, quia seipsum per superbiam extulit, vnde vt à malis liberetur, & ad antiquam prosperitatem redeat, necesse est vt seipsum humiliet. Ad hoc autem refertur possumus quod Augustinus ait, minimas creaturas, hominique molestas, à Deo fuisse conditas, vt ipsius hominis superbiam reprimerent. Nam propter superbiam, inquit, instituit Deus istam creaturam minimam & abiectissimam, vt ipsa nos torqueret: vt, cum superbus fuerit homo, & se iactauerit aduersus Deum: & cum sit mortalis, mortalem terruerit, & cum homo sit, proximum hominem nõ agnouerit, cum se exereit, pulicibus subdatur. Quid est quod te inflas humana superbia? Homo tibi dixit conuicium, & timuisti, & iratus es: pulicibus resiste, vt dormias. Cognosce qui sis. Nam vt noueritis, fratres, propter superbiam nostrâ domandam, creata ista, quæ molesta nobis essent: populum Pharaonis superbum potuit Deus domare de visis, de leonibus, de serpentibus. Muscas & ranas illis im-misit, vt rebus vilissimis superbia domaretur.

Illi verò, quibus temporalis afflictio ad humilitatem non sufficit, solent duriori flagello puniri, dum quibusdam defectibus subiaccere sinuntur, quos maxime cupiunt euitare. Vt scilicet videntes se leui tentatione victos, & modica culpa, quâ horrebant, prostratos, sciant se virtute pusillos esse, & à nimia sui æstimatione recedant. Huius rei testis omni exceptione maior sit Beatus Gregorius, qui Diaconum suum alloquens, sic ait: Magna est, Petre, omnipotentis Dei dispensatio, & plerumque contingit, vt quibus maiora dona præstat, quædam minora non tribuat, vt semper eorum animus habeat vnde seipse reprehendat, quatenus dum appetunt perfecti esse, nec possunt, & laborant in hoc, quod non acceperunt, nec tamen elaborando præualent, in his, quæ accepta habent, se minimè extollant; sed discant, quia ex seipsis maiora bona non habent, qui in semetipsis vincere parua vitia atque extrema non possunt. Hinc est enim quod perduto Dominus ad terram repromissionis populo, cunctos fortes, atque præpotentes aduersarios eius extinguens, Philistæos atque Chananzos diutius reseruauit, vt sicut scriptum est: In eis experiretur Israël,] quia nonnunquam, vt dictum est, eis etiam, quibus magna dona tribuit, parua quædam reprehensibilia relinquit, vt semper habeant contra quod bellum gerant, & depictis magnis ho-

tribus, Z z 4

tribus, Z z 4

tribus, Z z 4

tribus, Z z 4

tribus, Z z 4

tribus, Z z 4

Judith 8. 16.

Iob. 33. 25.

Gen. 16. 9.

Prou. 18. 12.

Aug. tra. 1. in Iob.

Exodi 8. 6.

Greg. 3. dialog. c. 14.

Iud. 3. 4.

Michæ 6. 14.

Nabum 1. 4.

Psal. 38. 12.

Thren. 3. 20.

Gen. 32. 10.

Ia. 45. 9.



libus, mentem non erigant, quando eos adhuc adu-  
erſarij etiam minimi fatigant. Fit itaque vt miro  
modo vna, eademque mens & virtute polleat, & ex  
infirmitate laſſeſcat, quatenus & ex parte conſtructa  
ſit, & ex parte ſe conſpiciat eſſe deſtructam: vt per  
bonum, quod quaerit, & habere non valet, illud  
ſeruet humiliter, quod habet. ] Hæc Gregorius. Et  
in eandem ſententiam Bernardus putat concupi-  
ſcentiam in nobis eſſe relictam in ſuperbiæ reme-  
dium, & leuia delicta permiſſa. Eius verba ſunt:  
Sicut de concupiſcentia diximus, quod licet dam-  
nationem abſtulerit, quia iuxta Apoſtolum, nulla  
damnatio eſt his, qui ſunt in Chriſto Jeſu. Tamen ad  
humiliandum nos ipſam adhuc patitur viuere in no-  
bis, & grauius affligere nos, vt ſentiamus quid nobis  
gratia præſtet, & ſemper ad illius auxilium recurra-  
mus. Sic & de minoribus iſtis peccatis pia diſpenſa-  
tione nobiſcum agitur, vt non penitus auferantur,  
ſed in illis noſ erudiat Deus, vt cum minima cauere  
non poſſumus, certi ſimus, quod non noſtris viribus  
maiora ſuperemus, ſemp̄que timorati, & omnino  
ſolliciti ſimus, quomodo eius gratiam non amitta-  
mus, quam nobis tam multipliciter neceſſariam eſſe  
ſentimus.

Si verò quis nec per afflictiones, nec per leuium  
deſectuum permiſſionem ad humilitatem trahatur,  
iam finitur in apertam iniquitatem cadere, vt mani-  
feſtum peccatum abſconditam ſuperbiam detegat,  
& homo, qui cecidit, humilitatem, qua carebat, ha-  
bere contendat. Audiamus aliquos ex patribus de  
hac re loquentes. Laurentius Luſtinianus inquit:  
Fatendum igitur eſt, ſuperbis vtile eſſe cadere in ali-  
quod apertum & maniſeſtum peccatum: vnde per  
humiliantem infirmitatem ſibi diſpliceant, qui antea  
ſibi placebant, dum ſtarent. Salubrius enim Petrus  
ſe infirmum conſpiciens, humiliavit ſe, quando fle-  
uit: quàm ſibi applauſit, quando præſumpſit. Hoc  
proteſtatur Pſalmus, dicens: Imple facies eorum  
ignominia, & quaerent te Domine. ] Oportet namq;  
humiliter ſentire de ſe nitentem ad ſuperiora & al-  
tiora: ne dum ſupra ſe attollitur, cadat ad ſe, niſi in ſe  
firmiter per veram humilitatem fuerit ſolidatus. Et  
quia niſi humilitatis merito maxima minimè obti-  
nentur; propterea, qui prouehendus eſt, correptione  
humiliatus, humilitatem meretur. Gregorius verò  
ſic ait: Nonnulli enim per accepta dona virtutum,  
per impenſam gratiam bonorum operum, in ſuper-  
biæ vitium cadunt, ſed tamen quò ceciderint, non  
cognoſcunt. Proinde contra eos hoſtis antiquus,  
quia iam interiùs dominatur, etiam exteriùs ſauiſſe  
permittitur: vt qui in cogitatione elati ſunt, per car-  
nis luxuriam proſternantur. Scimus autem quia ali-  
quando minus eſt in corporis corruptionem cadere,  
quàm cogitatione tacita ex deliberata elatione pec-  
care: ſed cum minus turpis ſuperbia creditur, minus  
vitatur. Luxuriam verò eo magis erubeſcunt homi-  
nes, quo ſimul omnes turpem nouerunt. Vnde fit  
plerumque, vt nonnulli per ſuperbiam in luxuriam  
corruentes, ex aperto caſu malum culpæ latentis eru-  
beſcant, & tunc etiam maiora corrigunt, cum pro-  
ſtrati in minimis, grauiùs confunduntur. Reos enim  
ſe inter minora conſpiciunt, qui ſe liberos inter gra-  
uiora crediderunt. Pia ergo Domini diſpenſatione  
laxatus nonnunquam Behemoth iſte, de culpa ad  
culpam trahit, & dum plus percutit, inde eum, quem  
ceperat, amittit: atque vnde viciffe cernitur, inde ſu-  
peratur. Conſiderare libet intra munitum gratiæ ſi-  
gnum, quanto Deus fauore miſericordiæ nos conti-  
net. Ecce qui de virtute ſe extollit, per vitium ad hu-  
militatem redit: qui verò acceptis virtutibus extolli-

tur, non gladio, ſed (vt ita dixerim) medicamēto vul-  
neratur. Quid eſt enim virus, niſi medicamentum?  
Et quid eſt vitium niſi vultus? Quia ergo nos de me-  
dicamento vulnus facimus, facit ille de vulnere me-  
dicamentum: vt qui virtute percutimur, vitio cure-  
mur. Nos namque virtutum dona retorquemus in  
vſum vitiorum: ille vitiorum illecebras aſſumit in  
artem virtutum, & ſalutis ſtatum percutit, vt ſeruet:  
vt qui humilitatem currentes fugimus, ei ſaltem ca-  
dentes hæreamus.

Hoc igitur eſt terribile [verbum factum in Iſraël,  
quod quicumque audierit, tinniet ambæ aures eius,]  
vt qui ſuaui medicamine, qualis eſt afflictio, qualis  
etiam fortè eſt leuis deſectus, ad humilitatem non  
inducitur, acerbiffimo hoc remedio curetur. Tatum  
enim bonum eſt, humilitas, & tam impenſe eam Do-  
minus in nobis deſiderat. vt etiam iniuriarum ſua-  
rum permiſſione (quæ ſumma mala noſtra ſunt) ho-  
mines in via humilitatis erudiat. Hoc eſt illud me-  
dicamen, de quo Baſilius ait: Atque illud etiam ſcire  
conuenit, peccata viroſorum virorum plerumque  
etiam euenire ex conſilio Dei, ad ipſorum vtilita-  
tem. Cum videlicet Deus eos labi interdum permit-  
tat, ad ſanandam aliquam animi eorum elationem,  
quæ præceſſerit, cuiuſmodi eſt, quod Petro dictum  
eſt, & in ipſo etiam contigit. ] Medicamen (quod vix  
credibile eſt) vtile ſuperbis hominibus, quia licet ma-  
lum ſit illis, cadere, bonum tamen & vtile eſt, per me-  
dicinam quoque acerbam & amaram, à peccato ſu-  
perbiæ liberari. Vnde Auguſtinus ait: Et ideo a deo  
dicere ſuperbis eſſe vtile cadere in aliquod apertum  
maniſeſtumque peccatum, vnde ſibi diſpliceant, qui  
iam ſibi placendo ceciderant. Salubrius enim Petrus  
ſibi diſplicuit, quòdo fleuit, quàm ſibi placuit, quan-  
do præſumpſit. ] Hoc dicit & facit Pſalmus: Imple  
facies eorum ignominia, & quaerent nomen tuum,  
Domine. ] id eſt, vt tu eis placeas quaerentibus no-  
men tuum, qui ſibi placuerant, quaerendo ſuum. ]  
Hæc Auguſtinus. Ex quo conſtat, non ſolos peccato-  
res, ob ſuperbiam & elationem, à Deo deſeri, vt in  
grauiffima peccata labantur, ſed iuſtos etiam eadem  
leueſſima, ſi per ſuperbiam efferantur, pena mul-  
ctari. De illis inquit Paulus: Propter quod, id eſt,  
propterea quòd cum Deum cognouiſſent, non glo-  
rificauerunt eum, nec ei gratias egerunt, ſed euan-  
uerunt in cogitationibus ſuis, tradidit illos Deus in de-  
ſideria cordis eorum, in immunditiam: vt contumel-  
liis afficiant corpora ſua in ſemetiſipſis, ] & cætera, quæ  
ſequuntur. His autem inquit idem Apoſtolus: Si  
præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui  
ſpirituales eſtis, huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenita-  
tis, conſiderans teipſum, ne & tu tenteris. ] Vros ſpi-  
rituales, id eſt, Dei cognitione & amore pollentes,  
vitamque ſpiritualem ſectantes alloquitur. Illis verò  
quid dicit. Sanè vt cum fratrem cecidiſſe deprehē-  
derint, cum ad eum corrigendum acceſſerint, ne pro-  
pria infirmitatis obliuiſcantur. Sciant ſe potuiſſe in  
idem crimen incidere, & hac cogitatione correcti,  
iram temperent, & delinquentem non ſine lenitate  
& miſericordia corripiant. Si aliter fecerint, fortaliſ  
tentabuntur, & in tentationem inducentur, vt ſuper-  
biam in contemptu fratris admiſſam ſimile, aut ma-  
ius peccatum puniat, permittente Deo, vt qui ſe gra-  
uiter peccaſſe per ſuperbiam quali ignorabat, in gra-  
ue, & ignominioſum peccatū cadat. O acerbiffimum!  
humilitatis habedæ remedium! quàm apertè maniſe-  
ſtas, Deū in nobis maxime humilitatem optare, cuius  
cauſſa bona ſupernaturalia gratiæ & charitatiſ in  
iuſtis petire ſunt, & vt humilietur, ex amicis ſuis  
ſeruos diaboli, & mancipia impuriſſimorum affe-

Bernar.

Iuſtin. in  
ligno vi-  
ta. tracta-  
tu de hu-  
mit. c. 6.Pſal. 82.  
17.Greg. 31.  
mor. c. 11.1. Reg. 3.  
11.Baſil. ſer-  
moni. 81.

Matt. 25.

Aug. lib.  
14. de ci-  
uit. Dei.Pſal. 82.  
17.Rom. 1.  
24.Galat. 6.  
1.

ctuum



etiam fieri permittit. Quis non timebit te, o rex gentium? Quis iam non intelliget, tuam voluntatem, nostram esse humilitatem?

Alia tandem via est multo desiderabilior atque felicitior, qua Deus homines ad humilitatem incitare curat; ea autem est insulio intima consolationis. Nam pius ille Dominus, qui animas sanctas consolatur in secreto orationis, non ut eas perdat, sed ut magis magisque sanctificet, ita immissa luce suam benignitatem, & hominis indignitatem offendit, ut homo quo amplius recipit, venus se humiliet, & diuinis illustrationibus indignum existimet. Quod quidem fuit Isaia ore nuntiatum: Omnis, ait, vallis exaltabitur, & omnis mons & collis humiliabitur. Ille scilicet, qui intus est & paruulus, beneficio Dei, & gratiae, ac donorum insulione exaltatus, mons magnus virtute fiet. Hic autem mons factus abundantia diuinæ consolationis, dum humilitate creuerit, ex accepta consolatione in maiorem perfectionem assurgit. Nam cum feceris mirabilia, Domine, ut ait idem Propheta, non sustinebimus; à facie tuâ montes defluerunt. Quenam sunt ista mirabilia, nisi quod tu Deus deorum, Domine, ad nos pusillos, & nullius pretij descendas, quod ad nos in abdito cordis loquaris, quod delicias tuas esse nobiscum reputes; quod nos desiderio humanae consolationis vacuos, vix credibilibus, ab his, qui experti non sunt, consolationibus repleas: Cum hæc feceris, quis sustinebit? Quis quantumuis mons, quantumuis sanctus, atque perfectus, non liquebit? Quis non præ humilitate, quis non præ sui abiectione deficiet? Si de sursum super nos lapis, aut sagitta veniat, quasi naturaliter contabimur, & cadimus in terram, & sic absque læsione nos mansuros putamus. Ita cum radius, aut fulmen diuinæ consolationis de supernis ad nos descendit, erudiente nos Deo, humilitate deprimitur, ut sine periculo tam ineffabili dono perfruamur. De hac humilitate Bonaventura illud Ecclesiastici interpretatur: Tripliciter sol exurens montes, radius igneus exufflans, & resurgens, radius suis obcaecat oculos. Spiritus enim diuinus, vel eius consolatio exurit montes tripliciter, quia memoriâ sanctis cogitationibus replet; illuminat intellectum, & inflammat voluntatem. Claritate autem sua obcaecat oculos: nam aucta in nobis luce cœlesti, que quam patum sciamus, & finis, aperit, omnis antea concepta præsumptio lassescit. Cum ergo prope Dominum nos esse cognoscimus, cum eius præsentia consolamur, tum Babylon superbia cadit, & omnis elatio & arrogantia discedit. Tunc Angelus diuini instinctus ad nos venit, & piscinam cordis nostri mouet, ut ab omni tumore sanemur. Tunc vnus de Seraphim volans ad nos, calculo amoris Dei non solam linguam, sed & cor tangit, ut dum exterius verba humilis confessionis proferimus, interius de nobis ipsis humiliter sentiamus. Et certum est apud Patres, ac constitutum, consolationem, aut illustrationem, que suscipientem non humiliat, sed in superbiam erigit, non à Deo, sed à malo spiritu proficisci. Eamque non veram, sed falsam consolationem esse, quam ad intentum nostrum nouit diabolus simulare, & veræ consolationis quasi obducto colore contegere. Si itaque tot modis mittitur Deus iustos suos ad humilitatem pertrahere, & tam admirandis ac variis itineribus ad sui ipsorum cognitionem adducere; quis non intelligat hanc virtutem esse Deo amabilissimam, nobisque apprime necessariam, sine qua nec bene cœlestibus donis, nec vitæ diturnitate vtimus: nec que re ad cogitamus, que legimus, aut audimus, probè intelligimus, nec flagellis, aut con-

solationibus ad salutem erudimur?

Quod Humilitas, est magna sapientia.

CAPVT VII.



I s, qua dicta sunt, lectis & animo comprehensis, statim quasiio humanum intellectum pulsat, quare Deus tam auidè in nobis humilitatem querat, & virtutem hanc quasi præ omnibus aliis sitiat? Quare ille, qui excelsus est, & sublimis, à nobis non celsitudinem mentis, sed abiectionem, non sublimitatem, sed humilitatem exquirat. Huius rei non vniam tantum, sed multas causas, dum eam inuestigamus, inuenimus. Ac prima sit, humilitatem, magnam esse sapientiam, que homines à cœcitate & caligine ignorationis abstrahat, & in clarissima quadam luce constituat. Christi Saluatoris nostri munus præcipuum fuit, homines sapientes facere, ab erroribus eripere, & viam illos veritatis edocere. Nam ille, qui verbum Patris est, quid in cordibus nostris nisi verba veritatis infunderet? Ille, qui sapientia est Dei omnipotentis, quid nobis nisi sapientiam instillabit, & ad viam prudentiæ attingendam inducet? Audi Israel mandata vitæ: & quis erit huius laboris fructus? Auribus percipe, ut scias prudentiam. Ipse Christus, est [vita nostra,] ut ait Paulus, cuius mandata hoc habent, ut homines de itineribus prudentiæ ac sapientiæ erudiant. Iuxta illud, quod de testimoniis ipsius Domini scriptum est: Testimonium Domini fidele, sapientiam præstans paruulis. Et iterum: Præceptum Domini lucidum, illuminans oculos. Merito que idem sanctus Propheta munus iusti autumat considerare, & loqui sapientiam. Os iusti, inquit, meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium. Lex Dei eius in corde ipsius, & non supplantabuntur gressus eius. Ita profectò est. Nam si os interius iusti, id est, mens eius, fuerit sapientiam meditata; si verba iusta, & diuina voluntati conformia ipse fuerit eloquutus: Si amorem suum in lege Domini collocauerit, & amorem terrenorum repulerit, tunc in via, quam in cœlum tendens conficit, non cadet, nec eum astus aduersarij decipiet. Quid amplius? Ioannes præcursor Domini eius aduentum præcessit, ut conuerteret corda patrum in filios, id est, mores sanctorum patrum ad iniquos filios transferret, & incredulos ad prudentiam iustorum, parare Domino plebem perfectam. Ex quo habemus iustorum prudentiam, siue sapientiam, homines perfectos facere, & ad imitationem Sanctorum adducere. Quæ cum ita sint, Christus, qui in hoc natus est, & in hoc venit in mundum, ut testimonium perhiberet veritati, hoc à nobis exigit, ut veritatem ab ipso traditam teneamus, & veram sapientiam ab iplo reuelatam ad discamus, & repellentes stultitiam ac cœcitatem, in conspectu eius sapientes simus. Quia ergo humilitas, sapientia est, & hæc ipsa sapientia quam Christus docturus aduenit, ideo in nobis tam sollicitè humilitatem curat, sine qua doctrinae suæ vacui maneremus, & legis suæ transgressores efficiamur.

B

C

D

E

Humilitatem autem esse sapientiam, inde profectò colligitur, quod si superbia stultitia est, absque vlla ambiguitate humilitas illi opposita sapientia est. Quis autem ignoret, aut si attentè consideret, non planè videat, superbiam neque latum vnquam ab stultitia & stoliditate distare? Stultus se ipsum, & eos quibuscum conuersatur, ignorat, & superbus nec

se ipsum,

Isaia 40.

Isaia 64.

Ecclesiastici 43.

Baruch. 3.9.

Coloss. 3.4.

Psalm. 18.8.9.

Psalm. 36.30.

Luca 1.17.

Io. 18.37.



*Ierem.* 48.  
30.

se ipsum, nec alios agnoscit. Non quidem agnoscit se ipsum; nam de quodam superbo ait Dominus: Ego scio iactantiam eius, & quod non sit iuxta eam virtus eius, nec iuxta quod poterat, conata sit facere. Quod verò de superbo Moab dictum est, omnibus superbis conuenire certum est. Quantum autem superbus alios ignorat, qui dum se ipsam ceteris praefert, & Deum quodam modo impotentem, qui nullum ipso superbo maiorem creare potuit, & alios se maiores & meliores, in omnibus minores efficit? Stultus inepta cogitat, & non ratione, sed sensu ad concupiscendum fertur. Similiter superbus non nisi delicia, & ridicula de se ipso considerat, eosque sibi optat honores, quos non recta ratio, & adepta virtus illi, sed falsa persuasio propriae existimationis ascribit. Quid cogitabat de se Pharaon rex Aegypti?

*Ezechiel.*  
29. 5.

Illud sanè, quod scriptum est in Ezechiel: Meus est fluuius, & ego feci me met ipsum. Quid autem Nabuchodonosor rex Babylonis: Illud certè Danielis:

*Daniel.* 4.  
29.

Nonne hæc est Babylon magna, quam ego edificauit in domum regni, in robore fortitudinis meae, & in gloria decoris mei? O egregias superborum cogitationes! Quas stultissimas esse, & non hominum, sed brutorum Dominus inflicta pœna declarauit, siquidem maxillis illius, sicut equo, aut mulo frænum iniect, & istum instar bouis scenum manducare præcepit. Stultus verba effundit insipientiæ plenissima, quibus alios maledicens, & infamia aspergens, se verò ipsum arroganter iactans, risum sibi, & contemptum, ac pœnam conciliat. De quo Salomon inquit, In ore stulti, virga superbiæ, quia sermone suo dignus efficitur, ut impostis plagis liuidus, & desolatus relinquatur, cum tamen labia sapientium, quæ modestè loquuntur, eos à pœna & malo custodiant. Si in ore stulti est virga superbiæ, in ore superbi quid erit nisi virga stultitiæ, ut stultus ex verbis superbus putetur, & superbus ex lingua stultus inueniatur? Chrysostronus multa congerit superborum verba, quibus suam stultitiam manifestant. Vnus eorum dixit: Inuenit quasi nidum manus mea fortitudinem populorum: & sicut colliguntur ova, quæ derelicta sunt; sic vniuersam terram ego congregaui, & non fuit, qui moueret pennam, & aperiret os, & ganniret. Alius dixit: In cœlum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum. Et alius: Quis est Deus, qui eripiat vos de manu mea? Rursus & alius: Quis est Dominus, ut audiam vocem eius; & dimittam Israel? Nescio Dominum, & Israel non dimittam. Hæc sunt verba stultorum, scilicet superborum, ut nemo ambigar, superbos & stultos vocibus & loquela nullo modo distare. At opera vtrorumque similia omnino sunt. Sicut enim stulti multa temerariè audent, ad quæ vires & talenta non habent: & videbis stultum de media plebe sumptum, qui vult populum regere, aut omnino ingnarum, qui in frequentissimo populo liberrimè incipit concionari: sic superbi multa aggrediuntur sibi impossibilia; quoniam nec vires propriae, nec gratia illis ad operandum data, sed falsa, quam de se habent, existimatio est agendorum mensura. Cum ergo superbi sint stulti, superbia ipsa quoddam genus stultitiæ est, valde pertimescendum, de quo sapienter dixit Chrysostronus: Quemadmodum corpus, commenturata complexionem amissa, intemperatumque factum, quibusuis passionibus est obnoxium: ita & animus postquam prudentiam humilitatèque perdidit, habitum quandam nactus diuersum, infirmus, timidus, temerarius, ac stultus redditur, seque ipsum deinceps ignorat: quomodo quæ supra se sunt, cognoscat? Quemadmodum enim qui phrenesi la-

*Prouer.*  
14. 3.

*Isaia.* 10.  
14.

*Isaia.* 14.  
13.

*Daniel.* 3.  
15.  
*Exodi.* 5.  
2.

*Chrysostr.*  
*hom.* 20.  
*ad Rom.*

A borat, cum seipsum non agnoscat, neque quæ ante pedes sunt, nouit. Et oculus cum ipse cæcus est, omnia reliqua membra in tenebris sunt: ita & cum arrogantia se habet. Vnde & iis, qui natura stulti sunt, miseriore sunt arrogantes. Equè siquidem risum mouent, atque æqua cum illis molestia laborant. Sed licet exorbitent, non aliter quàm illi, eorum tamen nemo miseretur, quemadmodum illorum. Pariter desipiunt cum illis, veniam tamen, quemadmodum illi, non merentur, sed solum exosi sunt. Hæc ille. Alia verò est maior huius stultitiæ miseria, multo grauior & infelicitior, quod superbi stultorum pœna dignissimi, ab hominibus sepe nec reprehenduntur, nec castigantur, immò potius laudibus effertur, ut grauius & acerbius in futura vita damnentur. Homines enim, superborum metu perculsi, & linguæ eorum ista perterriti, tutius sibi putant eos, licet fictè laudare, quàm indignationi ac moribus eorum exponi. Vidi impios sepultos, ait Salomon, id est, vitii obrutos, aut non vita, sed morte, & sepulchri fœtore dignos, qui etiam dum adhuc viuerent, in loco sancto erant, & tali loco digni censebantur, & laudabantur in ciuitate quasi iustorum operum; sed & hoc vanitas est. O quam inanis vanitas, quam iam propter vsum videndi non admiramur, quod impij in loco sancto constituantur, non quia digni, sed quia superbi, & quia procacius honores ambiunt, seque in functiones humilibus & sanctis debitas ingerunt! O quanta Ecclesiæ calamitas, quod mali omnium calculo contemptibiles, sicut ob merum à plurimis honorentur! Permittit ista Deus iustus & sapiens, tum ob alias causas prouidentiae suæ nobis occultas; tum ut superbi ipsi amplius contemptum sentiant, & abiectionem miseri status sui, quo puniendi sunt, grauius & intolerabilius ferant.

Iam manifestum est, humilitatem huic stultitiæ ex diametro oppositam esse sapientiam, qua Dei maiestatem & sublimitatem agnoscimus, nostram verò vilitatem, & infirmitatem aspiciamus; qua alios omnes saltem ex eo, quod à Deo habent, nobis præponimus, & ex eo ad minus, quod ex nobis habemus, nos vniuersis submittimus, qua de rebus nostris modestè loquimur, & aliorum dicta & facta, si digna sint laude, laudamus, sin minus, silentio contemimus: qua denique nostras vires metimur, & quid auxilij nobis tribuatur, discernimus, ne supra captum nostrum aliquid præsumamus. Hæc est illa vera fidelium sapientia, de qua Salomon ait: Vbi erit superbia, ibi erit & contumelia: vbi autem est humilitas, ibi & sapientia. Vel ut Hebræa habent. Venit superbia, & venit contumelia: & cum humilibus sapientia. Superbiæ comes est ignominia & contumelia, quia superbus mirabilia supra suum captum aggreditur, & dum eis non valet satisfacere, ab aliis temeritatis stultitiæque damnatur. Incipit turrim edificare, id est, rem magnam aliquam efficere, sumptibus necessariis minimè cõputatis, & cum eam perficere nequeat, omnes, qui vident, illudunt ei, dicentes: Quia hic homo cepit edificare, & non potuit consummare. Humilitatem verò comitatur sapientia, quoniam humilis à Deo sapientia donatur, ut in omnibus prudenter se gerat, & viribus Dei, non propriis fidens, quod aggressus est, feliciter perficiat. Illi, tanquam rerum cœlestium cognitione dignissimo, reuelat Deus mysteria Euangelij sui. Quod Christo materia fuit paternæ laudis, cum dixit: Confiteor, id est, gratias ago, & laudibus extollo te, Pater, Domine cœli, & terræ, quia abscondisti hæc mysteria regni cœle-

*Ecclesi.* 8.  
10.

*Prouer.* 11.  
2.

*Matth.*  
11. 25. 26.

stis



stis à sapientibus, & prudentibus, ] ab his, qui superbe se de sapientia, & prudentia seculari iactabant, [ & reuelasti ea paruulis, ] iis nempe, qui humilitate, & sui desipientia sunt paruuli. Ita laudo te, ô Pater, immò & ita fit, ô amantissime [ Pater, quoniam sic fuit placitum ante te, ] & iuste placitum, vt superbi sapientiæ, sibi falso arrogatæ, per ignorantiam ac cæcitatem pœnas darent, humiles verò in præmium humilitatis suæ, qua seipso desipient, mysteriorum cœlestium cognitionem obtinerent. Illos Dominus à sua conuersatione repellit, & à vera luce, & sapientia elongat, semper desipiunt: istos in intimam familiaritatem admittit, & suorum arcanorum custodes facit, ideòque semper sapiunt. Vtrumque Salomon pulchra oppositione coniunxit: Ne x- muleris, inquit, hominem iniustum, nec imiteris vias eius: quia abominatio Domini est omnis illudor, & cum simplicibus sermocinatio eius. ] Expende tu, ô lector, an sit aliquis iniustus & iniquior superbo, qui non iam hominum diuitias diripit, sed gloriam & honorem Deo debitum suffurat. Hunc ergo Dominus abominatur, eius conuersationem execrabilem habet, ab eo sua se-nsa abscondit, & in terra quadam caligine manere permittit. Simples verò, quos ab humilibus non discerno, familiarissimos habet, sua eis secreta reuelat, & à tali magistro ex professo docti, quid ni sapientissimi & illuminatissimi efficiantur?

Hi sunt profectò minimi illi, qui testimonio sapientis, vniuersis huius mundi sapientibus præferuntur. De quibus ait: Quatuor sunt minima terræ, & ipsa sunt sapientiora sapientibus. Formicæ, populus infirmus, qui præparat in messe cibum sibi: lepusculus, plebs inualida, qui collocat in petra cubile suum: regem locusta non habet, & egreditur vniuersa per turmas suas: stellio manibus nititur, & moratur in ædibus regis. ] Hunc locum venerabilis Presbyter, Beda, de iustis intelligit, qui ob humilitatem pusilli vocati sunt.

Vnde suam sic interpretationem ordit: Minores videntur in terra semper iusti, quàm reprobi, id est, humiliores, & huic mundo abiectiones: sed tamen sapientiores sunt sapientibus mundi, in eo quòd æterna & cœlestia bona sapiunt, ac pro his appetendis, quæ illi non norunt, aduersa quæque sæculi fortiter pati desiderant. ] Iusti ergo ob humilitatem, aut veri humiles, & despecti in oculis suis quatuor animalibus comparantur, quæ sapientiæ imagine alia animalia præcellunt. Et meritò quidem, quoniam animalia hæc proprietatibus suis humilium qualitates exprimunt. Formicæ pusillæ sunt corpore, magnæ viribus, quæ onera duplo maiora se portant, populusque infirmus vocantur, quoniam ad maiora animalia collatæ imbecilles esse videntur. Hæ lætebras amant, & non nisi ad aliquid necessarium exeunt. In æstate cibaria parant, & in cellis promptuariis à se factis recondunt. Mortu secant, ne renascantur, madefacta sereno cœlo, ne putrescant, in medium proferunt: noctibus diebusque laborant, & mutuo se iuant, vt vicaria ope distiores euadant. O magnam sapientiam pusillorum animalculorum, quam humilis non à formicis, sed à Deo ipso humilium præceptore hausit! Ille externa specie paruus est, nec enim resistit malo; immò si quis percutit illam in dexteram maxillam, præbet ei & aliam ] cui ab hominibus laudari non placet, sed virtute magnus, qui in Deo confusus, ardua ac diffi-

ilia, si ad ea vocetur, absque vlla trepidatione præsumit. Libenter abscondus maner, sed si gloria Dei ac proximorum vtilitas postulet, in publicum prodire, & inter magnos huius mundi loqui non metuit. Dum vita comes fuerit, quæ sibi pro ætate conceditur, dum se pauperem putat, merita parat, quibus in hyeme mortis ditescat. A meritis suis omnia superflua, & vanæ ostentationi seruituti refecat, ne germen inanis gloriæ pullulascat. Si opera, quæ fecit, aliquas imperfectiones habeant, consumendas iustitiæ Soli præsentat. Semper laborat, quia nunquam se satis perfectum existimat. Et iuari ab aliis non refugit, quia in re-ctè factis nullum sibi honorem inquit. Annon videtur tibi iste sapientior mundi sapientibus, cui tanta congregandorum meritorum accessit industria?

At ampliores sapientiæ diuitias congregauit, quas lepores, vel cuniculi, vel erinacii delignant. Hæc enim animalia suam (docente natura) infirmitatem agnoscunt, & ideo in tutissimas petrarum cauernas se recipiunt, vt se à fortioribus tueantur. Hos quoque imitatur humilis, verè lepusculus plebs inualida, qui proprias iniurias non vlcisitur, nec mundi sollicitudinibus oneratur. At collocat in petra cubile suum. Nonne Christus petra? Et quidem firma satis & tuta, aduersus quam omnes inferi potestates præualere non possunt. Humilis hanc petram inhabitat, in ea nidum suum collocat, vt quas, cœli sedula formica, diuitias congeffit, ab aduersariis eas volentibus deprædari defendat. Cuiusdam humilis vox est: Dominus petra mea, & robur meum, & saluator meus. Dominus fortis meus, sperabo in eum: scutum meum, & cornu salutis meæ: eleuator meus, & refugium meum, saluator meus, de iniquitate liberabis me. ] Qui & alio loco ait: Esto mihi in Deum protectorem: & in domum refugij, vt saluam me facias. Quoniam fortitudo mea, & refugium meum es tu: & propter nomen tuum deduces me, & enutries me. ] Hæc eadem humilis quisque proclamat: Mihi fugienti, tu Domine, petra es, in qua consisto; mihi trepidanti arx munitissima es, cuius protectionis muris cingor, atque defendor: mihi opem imploranti liberator es, cuius iniuncta potentia ab vnguib; leonum, me persequentium, eripior. Si infirmus sum & impotens, nihil curo, quia tu fortis meus es: si solitarius relinquo, nihil refert, quia tu spes mea es: si hostes ignita tela in me iaculentur, alacer sum & securus, quia tu scutum meum es: si in me facto impetu iurant, eos facile in fugam conuerto, quoniam hæc gladij & lanceæ, in manu mea es. Nec solum ab hostibus, verum & (quod magis est) ab innumeris peccatis, & iniquitatibus meis, & à pœnis commertis me liberabis, quoniam tu es asylum sanctissimū, à quo nec cum piaculo me aliquis potest auellere; tu latibulum meum, in quo nemo me inueniet; tu saluator meus, cuius merita, mihi à te ad satisfaciendum prærogata, nullus valebit præripere. Esto igitur mihi, quod tu naturaliter es. Esto, inquam, mihi protector arcens à me mala; esto vmbra culum, aut domus refugij, seruans bona, vt quasi dux viæ deducas me in semita mandatorum tuorum, & quasi pastor bonus, qui animam posuisti pro ouibus tuis, pascas me. Profectò humilis sapientiæ, & lucis diuinæ plenus est, qui non contentus quæstis opibus animæ suæ, talem locum habitandum elegit, in quo se, & eas integras, illæsâque seruaret.

Prov. 3.  
31.

Prov. 30.  
24. 25.  
26. 27.

Beda ibi.

Matth. 5.  
39.

2. Reg. 22.  
2. 3.

Psal. 30.  
3. 4.

Est



Est etiam aliud sapientiae eius, & humilitatis insignae, quia non coactus, sed spontaneus seruat in congregatione concordiam. Idque tertium animal, nempe locusta, delineat, quae nec regem, nec ducem habeat, turmatim tamen ad cibum quaerendum egreditur, & ordinem exercitus sine ulla perturbatione sectatur. Talis est humilium congregatio, quorum quilibet, cum se sibi metipsum sufficientem non reputet, aliorum fratrum iuamen poscit, & eis charitatis vinculo vniti contendit. Est quasi regem non habeat, quia non timore Praelati, sed amore fratrum, & notitia suae necessitatis edoctus, pacem cum aliis tenet, & ab omni discordia & singularitate discedit. Per turmas humiles egrediuntur, quoniam licet in studiis spiritualibus aequales non sint, sed vnus magis, alius minus dono diuinæ familiaritatis emineat, tamen in labore corporis, & externa obseruantia disciplina nemo se subtrahit, sed vniuersi ac si aequales meritis essent, socialiter viuunt. At quid quod locustae fruges absumunt, agrorum segetes populantur, & famem ac pestem inducunt? Ita & hi pusilli (asserit Beda) infatigabili instantia conueuerunt Christo militare, & male pullulanti germina carnalium voluptatum absumere. Haec sunt fruges pessimae, quas terra cordis nostri mille occasionibus decurrentibus irrigata profert, quae si a sensibus & appetitibus subtrahantur, famem quidem sentiunt, sed cui donorum spiritualium abundantia succedit. Nec mirum quod infesta animalia humiles signent, quae, secundum Gregorium, praeprorem ipsum humilium, scilicet Christum significant. Exponens enim illud Davidis: Sicut umbra ablatum sum, & excussus sum sicut locustae, sic ait: Teneri a persecutoribus usque ad mortem pertulit, sed sicut locusta excussus est, quia ab eorum manibus saltu subita resurrectionis euolauit. Quin & ipsi iusti, qui humiles sunt, locustarum nomine signati sunt, dicente Augustino, quod excussi sunt, id est, fugati a persecutoribus, quorum vel multitudinem significare voluit nomine locustarum, vel quod transierunt de loco in locum. Sunt igitur humiles sicut locustae, in hoc quod sunt animalia munda, in hoc, quod a rebus terrenis ad desideria caelestia saluunt, in hoc quod non timore superioris alicuius oppressi, sed propriae imbecillitatis cognitione incitati, non soliuagi, sed aliis aggregati procedunt.

Psal. 108.  
23.  
Greg. 31.  
mor. 1. 12.

Aug. ad  
Psal. 108.  
exp. 1. 2.

Beda.

Postrema tandem pars sapientiae humilium est, quod ubi verus sit honor, intelligit, ubi solida sit gloria, cognoscit, pro hac laborat, & fucatum ementiumque honorem huius mundi contemnit. Hanc significat quantum animal, de quo dicitur: Stellio manibus nititur, & moratur in adibus regis. Stellio namque, quod est genus quoddam reptilis, lacertae simile, tergo quasi stellis quibusdam depictum, quid nisi humilem significat, quod praehumilitate in infimo loco sedet, sed virtutibus suis quasi stellulis quibusdam splendet? Hic ergo licet parum valeat, licet nihil sapiat, illud tamen didicit mundum ridere, suos honores, & dignitates fugere, ac summum honorem (sicut verè est) Dei amicitiam & familiaritatem reputare. Pro hac se quaeque manibus nititur, & summis conatibus, ac desideris hunc verum honorem, hanc veram gloriam obtinere conatur. Humiles ergo stellione significari docet Beda in hunc modum: Illorum stellio significat humilitatem, qui cum sint iuxta naturam tardi ingenio, solertia tamen industriae suae, vel ad diuinarum notitiam scripturarum, vel ad virtutum gratiam, quibus ingressum regni caelestis mereantur, attingunt. Plerumque etenim aues, quas ad volandum penna subleuat, in inferioribus

resident. Et stellio, qui ad volatum pennas non habet, nitens manibus, regis aedificium tenet. Quia nimirum saepe ingeniosi quique, dum per negligentiam torpent, in prauis actibus remanent: & simplices, quos ingenij penna non adiuuat, ad obtinenda aeterni regni moenia virtus operationis leuat. Hæc ille. Constat ex his, humilitatem veram esse sapientiam, siquidem docet, opes caelestes lucrari, in habitatione tutissima, nimirum in Dei protectione, residere, fraternitatem diligere, & verum honorem a falso discernere. Humiles profecto sunt minimi terrae, quia nolunt in terra magni esse, ut magnitudinem habeant in caelis; sed sunt sapientiores sapientibus, quia illud sciunt virtutis summum, & ad illud aspirant, quod vani sapientes ignorant.

Humilitas denique non tantum vera sapientia est, sed & Christi sapientia est, quam ipse (ut iam diximus) in mundum veniens, suos fideles edocuit. Hanc nullus alius nisi ille, qui Deus verus est, superbos homines docere valuit, hanc qui discit, mentis caecitatem, & animi languorem deponit. Vnde Augustinus hanc Christi sapientiam admirans, sic ait: Video te, bone Iesu, oculis fidei, quos aperuisti mihi, tanquam in concione generis humani clamantem & dicentem: Venite ad me, & discite a me. Quid obsecro te, per quem facta sunt omnia, Fili Dei, & idem qui factus es inter omnia filius hominis? Quid ut discamus a te, venimus ad te? Quoniam sum mitis, inquit, & humilis corde. Hucine redacti sunt omnes thesauri sapientiae, & scientiae absconditi in te, ut hoc pro magno discamus a te, quoniam mitis es & humilis corde? Itane magnum est esse paruulum, ut nisi a te, qui tam magnus es, fieret, disci omnino non posset? Ita plane. Non enim aliter inuenitur requies animae, nisi in quieto digesto timore, quo magna sibi erat, quando tibi sana non erat. Audiant te, & veniant ad te, & mites atque humiles esse discant a te, qui misericordiam & veritatem tuam requirunt, tibi viuendo, non sibi. Audiat hoc homo laborans & oneratus, qui sarcina premitur, ut oculos ad caelum leuare non audeat, percutiens peccatus ille peccator, & propinquans de longinquo. Audiat Centurio, non dignus, ut eius tectum subintret. Audiat Zachaeus maior publicanorum quadruplum restituens lucra damnabilium peccatorum. Audiat mulier in ciuitate peccatrix, tanto lacrymosior pedibus tuis, quanto fuerat aliena vestigiis tuis. Audiant meretrices & publicani, qui Scribas & Phariseos praecedunt in regnum caelorum. Audiat omne genus agrotorum, cum quibus tibi pro crimine sunt obiecta conuiuia, videlicet quasi a sanis sibi, sed non tibi, qui te medicum non requirebant, cum tu non veneris vocare iustos, sed peccatores ad penitentiam. Omnes hi cum conuertuntur ad te, facile mitescunt, & humiliantur coram te, memores iniquissimae vitae suae, & indulgentissimae misericordiae tuae, quia ubi abundauit peccatum, superabundat & gratia. His verbis Augustinus primum omnes generaliter ad hanc scientiam humilitatis ad discendam vocauit, sed solos hucusque peccatores sigillatim expressit. Non quia illi soli, & non iusti, qui semper studiosè vixerunt, virtute humilitatis indigeant, sed quia hi alia ratione ad humilitatem incitandi sunt, & proposita ante oculos eorum alia veritate vocandi. Illi humilitatem discunt, quia peccauerunt, hi quia a Deo praeventi sunt, ne in peccata grauia deciderent. Illi se deiciunt, quia gratiam repulerunt; isti, quia humiliter de se sentiunt, quia patrarunt multa mala; isti, quia sine adiutore Deo non valuissent praestare

Aug. lib.  
de virg.  
c. 15. 20. 6.

stare



Ibid. c.  
37.

stare bona. Illi ut humilitatem discant mittuntur ad conuersos peccatores; isti uero mittuntur ad salutem peccatorum. Quare idem sanctus Pater pro iustis ad Christum loquens, hæc subdit: His in-clama, hi te audiant, quoniam tu mitis es & humilis corde. Hi quanto magni sunt, tanto humiliant se in omnibus, ut coram te inueniant gratiam. Iusti sunt: sed nunquid sicut tu iustificans impium? Casti sunt: sed eos in peccatis matres eorum in ueteris aluerunt. Sancti sunt: sed tu etiam Sanctus Sanctorum. Virgines sunt: sed nati etiam ex uirginibus non sunt. Et spiritu & carne integri sunt: sed Verbum, caro factum, non sunt. Et tamen discant non ab eis, quibus peccata dimittis, sed à te ipso, Agno Dei, qui tollis peccata mundi, quoniam mitis es & humilis corde. Non ego te, anima pie pudica, quæ appetitum carnalem nec usque ad concessum coniugium relaxasti; quæ discessurum corpus nec successori propagando indulgisti; quæ fluitantia membra terrena in cæli consuetudinem suspendisti: nec ego te ut discas humilitatem ad publicanos & peccatores mitto, qui tamen in regnum cælorum præcedunt superbos, non te ad hos mitto. Indigni sunt enim, qui ab immunditiæ voragine liberati sunt, ut ad eos imitandos mittatur illibata uirginitas: ad regem cæli te mitto, ad eum per quem creati sunt homines, & qui creatus est inter homines propter homines, ad speciosum forma præ filiis hominum, & contemptum à filiis hominum pro filiis hominum: ad eum, qui dominans Angelis immortalibus, non indignatus est seruire mortalibus. ] Hactenus ille. Omnibus ergo sapientia hæc necessaria est peccatoribus & iustis: peccatoribus, ut superbia deposita, uestem sui conditoris & redemptoris induant: iustis uero, ne superbiendo, uestem iustitiæ deserant, & innocentiam, quam à principio acceperunt, amittant. Si ergo, o homo, peccator es, hanc sapientiam humilitatis discite, ut à cæcitate peccatorum, te Christo subiiciendo, libereris. Si uero iustus es, & iam hanc scientiam didicisti, ne eam, obsecro, dediscas, ut in iustitia proueharis. Quo enim magis humilitas crescit, eò magis omnis uirtus, omnique puritas animæ augmentum capit. Nam dum te ipsum agnoscis, ad Dei cognitionem te amplius præparas; dum Dei cognitionem auges, eius amorem promoues; dum amor prouehitur, cura obsequendi Deo, & bonis operibus ei placendi solidatur.

*Humilitatem esse receptaculum omnium bonorum.*

## CAPVT VIII.

**A**LTERAM iam causam inuestigamus, quare Deus tantopere in nobis humilitatem exoptet. Ea autem est, quia humilitas mirabili ratione mentem ad bonum præparat, & ad recipienda cælestia & spiritualia dona disponit. Deus est perennis fons omnis boni, cui proprium est misereri semper, & parcere; cui nihil amabilius est quam dare, effundere, & se ac omnia sua largiri mortalibus. [ Dat ille omnibus affluentem, ] hoc est, liberaliter, copiose, abundanter, [ & non improperat, ] nec exprobrat nobis beneficia sua, ut aliquod ex mendicitate nostra

A donum extorqueat. Dat naturalia bona, vitam, sanitatem, opes, honores, voluptates. Dat bona moralia, prudentiam, iustitiam, fortitudinem, temperantiam, & reliqua, quæ vitam nostram secundum rationem instituunt. Dat bona supernaturalia: nam gratiam & gloriam dabit Dominus, illustrationes, instinctus, consolationes, & alia huius generis, quæ nos faciunt felicitatis æternæ participes. Dat & se ipsum, quo fatiemur, dat suum Spiritum, quo uiuamus; dat & Filium, quo ditemur, de quo pulchrè Thomas Aquinas cecinit:

*Se nascens dedit socium,  
Conuescens in edulium,  
Se moriens in pretium,  
Se regnans dat in premium.*

D. Thom.  
opus.

B Et quia quasi suum munus est dare, & communicare se ipsum & sua, quod infinita est bonitatis, idè comparatur igni & soli, ut sicut ignis semper calefacit, semper urit, & omnes suas vires exurit, ut ad vitibilia actione perueniat; eaque in se ipsum conuertat: & sicut sol semper illuminat, semper inferiorem fouet, & nihil est tam occultum, tam in visceribus terræ reconditum, cui non suæ uirtutis influxum impertiat: ita & Deus noster, uerè ignis consumens, & iustitiæ sol, illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum, & fouet illum, & cumulat donis suis, & si quam in corde inueniat rimulam, per eam statim intrare contendit. Non querit occasiones recedendi ab amicis suis, sed querit illas (sicut per infinita sæcula benedictus) ut ad inimicos & hostes accedat, sibi amicos faciat, & innumeris bonis repleat. Non est ille, ut ait Ambrosius, avarus munerum, nec beneficii parcus, nec gratiæ angustus, & frugi; sed opulentiæ largitatis, quos redimit à peccato, auget in præmio. Atque ut Philo, Indæorum disertissimus, scripsit, solus ille habet perfectam & omnimodam largitatem. Nam qui inter homines aliis dona largiuntur, saltem ab iis, quos beneficiis affecerunt, laudem aut honorem expectant, idèque non tam datores, quam uenditores sunt appellandi. At Deus non uenditor est, æquum pretium rebus suis statuens, sed donator omnium, nullam permutationem cupiens. Non ipse indiget, nec quisquam natus potest accepta recipere. Est ergo hæc quasi propensio quædam, aut potius natura Dei, qua summè pronus est ad donandum, & ad largiendum bona, & effundendum propensius. Quod & illa Esdræ uerba significant: Nonne ego uos rogavi, ut pater filios, & ut mater filias, & ut nutrix paruulos suos, ut essetis mihi in populum, & ego uobis in Deum, & uos mihi in filios, & ego uobis in patrem? Ita uos collegi ut gallina pullos suos sub alas suas. Modò autem quid faciam uobis? ] Proferus ille nos rogat, ipse obsecrat, ut se, & sua accipiamus, quibus diuites & felices sumus: & hæc est illi eximia uoluptas, sine ulla spe retributionis dona pretiosa largiri.

Ambros.  
lib. 2. de  
Apologia  
Dauid.  
Philo lib.  
de Cherubin.4. Esdræ  
1. 28.

C Cum uero Deus largus sit in donando, non prodigas, in creatura, quam donis afficit, aliquam aptitudinem ad recipiendum aliquamque capacitatem requirit, ne bona sua ab inidoneis accepta, infructuosa persistant. Res ipsæ naturales potestatem aut aptitudinem habent, ut motiones sibi congruas, & proprietates, perfectionisque recipiant:



ibique quasi in apta sede ac domicilio manentes, finem consequuntur, ad quem destinantur, & congruas sibi actiones eliciunt. Quin & comparatione earum perfectionum, quae naturam excedunt, & ob id supernaturales sunt, & dicuntur, capacitatem habent, quam Theologi obedientialem vocant, ut possint Deo subdi, ad dignitatem supra naturam efferi, & supernis donis ornari. Deus ergo, qui cupidus est donandi, & communicandi bona sua, in hominibus capacitatem recipiendi, & velut sinus, ubi dona sibi data recondant, inquit; quae si desint, quasi necessitate compulsus a largiendo abstinere, ne munera sua quodammodo prodigè & nimis profusè erogat. Volebat quidem Dominus, cum in terris conuerfatus est, & summè cupiebat homines a suis aegritudinibus liberare; caecis visum, surdis auditum, mutis vocem, claudis gressum, & mortuis vitam restituere, ac frequentissima patrare miracula; tum ut fons salutis, & vitae salutem, & vitam manaret, tum ut signa suae diuinitatis ostenderet, quibus homines ad credendum traherentur. At ingressus patriam suam, nempe Nazareth, & in suis concubiis non capacitatem accipiendi haec beneficia, sed incredulitatem inueniens, se ipsum a miraculis faciendis continet, & nonnisi pauca, & illa, comparatione aliorum, quae fecerat, exigua edit. Quare Marcus ait: Et non poterat ibi virtutem ullam facere, nisi paucos infirmos impositis manibus curauit. Adiciensque causam, quare non poterat, id est, non expediebat ut faceret, subdit: Et mirabatur propter incredulitatem eorum. Incredulitas, id est, incapacitas recipiendi causa erat, ut ille, qui plurima & magna dare volebat, pauca & exigua conferret. Quoniam enim (inquit Nazianzenus) ad morborum depuliones, vtrumque accidere necesse est, ut & aegroti fidem, & medici vim, facultatemque medendi afferant, iccirco alterum, deficiente altero, minimè contingebat.

Si haec ita sunt, Deus in iustis suis, quos magno amore prosequitur, ad capacitatem accipiendi respicit, receptacula, & sinus, ubi sua bona illis largienda custodiant, maximè concupiscit. Humilitas autem capacitas est, quae dona diuina recipit, ipsa vna receptaculum est, quod caelestes opes recondit. Propterea magna, & immensa capacitas, & suo modo aequalis potentiae Dei, quia quantum potest ipse Sanctis dare, tantum & humilitas potest accipere. Itaque non infulsè dici potest, Deum & verum humilem omnipotentem esse, illum in dando, istum verò in recipiendo. Vniuersa dona, quae secundum potentiam ordinatam Dei, Christo data sunt, humilitas sanctae animae eius hausit. Vnde Dauid ait: Minuisti eum paulò minùs ab Angelis; gloria, & honore coronasti eum: & constituisti eum super opera manuum tuarum. Quia, inquam, ò Pater, Filium minuisti, & per indumentum humanae naturae, minorem Angelis fecisti, ideo coronasti. Si enim Filius Dei non se vsque ad assumptionem nostrae naturae deieccisset, nunquam hominem, quem non assumpserat, super opera manuum Dei constitueret, neque super Angelos exaltasset. Quod Paulus profitetur, dicens: Eum autem, qui modico quam Angeli minoratus est, videmus Iesum propter passionem mortis, gloria, & honore coronatum; ut scilicet quem passio, & mors depresserant, gloria, & honor in praeium humilitatis extulerint. Omnia etiam dona ac cunctae praerogativae, quae in Beatam Virginem collatae sunt, vna humilitas eius absumptae. Quia respexit, inquit, humilitatem ancilla

1107

Marci 6. 5.

Nazian. orat. 4. Theologia.

Psal. 8. 6.

Hebr. ca. 2. 9.

Luc. 1. 48.

A sua: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes: quia fecit mihi magna, qui potens est. Tu dicis, ò Virgo Beata, respexit Deum vilitatem & paruitatem tuam, & propterea in te miracula edidisse, & apud omnes gentes, in omnibusque saeculis laudabilem reddidisse. Ego autem dico, respexit Deum virtutem maximam humilitatis tuae; quia nunquam tibi tot tantaque donasset, licet parua natura & conditione esses, nisi etiam humilis extitisses. Respexit ille quidem paruitatem tuam, tunc ad matris Filij sui dignitatem extulit, spiritibusque Angelicis prae tulit, ut Virgunculae paruitatem in tanta altitudine & dignitate constituens, suam largitatem hominibus & Angelis demonstraret. Sed hanc dignitatem misit in sinum humilitatis tuae; quia, nisi te prius humillimam effecisset, non vique tantorum bonorum copia cumulasset. De donis tandem Sanctorum & Angelorum quid dicendum est, nisi quod receptaculum eorum humilitas fuit? Prius enim Dominus eos humilitate praeparat, & postea virtutibus, consolationibus, illustrationibus, & aliis donis exornat. Pro mensura humilitatis erit & donorum modus, & qui se verius sinceriusque deiecerit, ad maiorem gradum perfectionis ascendet. Culmus stans, inquit Oseas, non est in eo germen, non faciet farinam: quod etsi fecerit, alieni comedent eam. Vel (ut alij transtulerunt) seges stans non germinabit, nec reddet farinam: quam si forte reddiderit, alieni deuorabunt eam. Culmi ac segetis nomine homo intelligendum steterit, fructum non faciet, nec dona de manu liberalis datoris recipiet. Si verò donum aliquod acceperit, eo per inanem gloriam abutens, oculis hostium suorum deripiendum exponet. Culmus autem quasi iacens, & per humilitatem ad terram pronus, is germen habet, & farinam facit, & quod meritorum lucratus fuerit, ab hostibus salutis defendet. Ergo humilitas, quae hoc loco vocatur virtutis insigne, mentem nostram ad dona Dei capiendae diuertat: nam ita virtutem & donorum est index, ut prius ad ea recipienda disponat. Sicut enim pulchrum semen est signum magni fructus futuri, & simul est causa illius, ita iusti viri humilitas signum est, quod in donis Dei non mediocre progressum fecit, & repositorium latissimum quod dona recepit. Et quemadmodum (Philosophia docente) aliquid in naruta vacuum esse non potest; & si locus aëris aëre vacuaretur, ipsum caelum (si quid propinquius non esset) ad illum replendum descenderet: sic & anima per humilitatem sui reputatione vacua, & a terrenis aliena, caelestibus donis impletur, & (vel ipsa nesciente) pulchritudine sanctitatis ornatur.

At aliqua dona sigillatim consideremus, & manifestè patefaciet ad ea hominem humilitate parari. Initium vniuersorum donorum est respectus Dei, quo animam benignè respicit, ut ei peccata dimittat, & suis donis exornet. Ab ipso verò Domino discamus, quem misericordiae aspectu dignetur. Ad quem, inquit, respiciam, nisi ad pauperulum, & contritum spiritu, & tremementem sermones meos? Super istum itaque oculi miserationum Domini positi sunt; quia, ut eodem loco scripsit Hieronymus: Quicumque humilis est, & quietus, & tremens sermones Dei, ipsum respicit Dominus: & de ipso dictum intelligi potest, quod sub terrae nomine prophatur: Terra tremuit, & quietuit, cum resurgeret ad iudicium Deus. In isto, nempe in humili, tanquam in domicilio sibi charissimo requiescit, de quo paulò antè dixe-

1108

1108

Hierony. 1. 14.

Psal. 25. 9.

rat:

De Praeconio Humilitatis Tom. I



rat: Cœlum sedes mea: terra autem scabellum pedum meorum.] Quod est hoc cœlum? Quis hic locus requietionis Dei? Est profectò pauperculus, est contritus spiritu, est tremens & pauens ad iudicia Dei. In hoc Deus libenter habitat: terra autem, id est, corda terrena pedibus furoris indignationisque conculcat. Sed cum humilitas sit magnum donum Dei, respicit ille primò hominem, ut humilem ex superbo faciat, & deinde humilem & pauperculum factum respicit, ut sui domum & templum efficiat. De illo primo aspectu dictum est in Psalmis: Qui respicit terram, & facit eam tremere; qui tangit montes, & fumigant. ] Dic tu, Augustine, Doctor egregie, quænam est ista terra, quæ tremat ad aspectum Dei, quinam isti montes, qui fumigant ad tactum Dei? O terra, inquit, exultabas de bonitate tua, tibi tribuebas vires opulentæ tuæ: ecce respicit Dominus, & facit te tremere. Respiciat te, & faciat te tremere; melior est tremor humilitatis, quàm confidentia superbiæ. Et infra: Montes superbi erant, iactabant se, non eos tetigerat Deus; tangit illos, & fumigabant. Quid est fumigare montes? Precem Domino reddere. Ecce magni montes superbi, montes ingentes, non rogabant Dominum; se rogari volebant, & superiorem non rogabant. Quis enim potens, & tumidus, & superbus in terra, qui dignetur humiliter rogare Deum? De impiis loquor, non de Cedris Libani, quas plantauit Dominus. Impius quilibet, & infelix anima rogare Deum nescit, & vult se rogari ab hominibus. Mons est, opus est ut tangat illum Deus, & fumiget: quando cœperit fumigare, dabit Deo precem, tanquam sacrificium cordis fumigat ad Deum, deinde tundit pectus. Incipit & flere, quia & fumus excutit lacrymas. ] De secundo verò aspectu, quo humilem respicit, idem David alio loco ait: Quoniam respexisti humilitatem meam, saluasti de necessitatibus animam meam: nec conclusisti me in manibus inimici, statuisti in loco spaciofo pedes meos. ] An parum est ab imminenti periculo delictorum seruari? An parum est ab hostibus immanissimis liberari? An vilis pietis est, in loco spaciofo, in quo liberè vagari possis, & ingredi, atque egredi, id est, in latitudine cordis constitui? Sed hæc conceduntur ex respectu Dei, pauperculo & humili, qui se ipsum despicit, & se nihil esse cognoscit.

Postquam verò Deus animam iam factam humilem respicit, eam occultis inspirationibus tangit, & de faciendis ac omittendis erudit. Ad hanc autem diuinarum inspirationum abundantiam humilitas aditum parat. Vnde Richardus Victorinus postquam nonnulla dixerat de multiplici diuinarum inspirationum gratia, hæc subdit: Quod autem hanc ante omnia mereatur humilitas, frequenti experientia didicit anima: multiplicisque, & occultos humilitatis modos, siue motus intelligit. Nec ambigit, quod toties gratum Deo sacrificium offert, & gratiam sibi cumulat, quoties se propter Deum deprimit & humiliat. Ut ergo abundantius hanc consequatur, humilitatis vestigia tam in cogitatione, quàm in opere sectatur. In mente suo iudicio se deprimit, & foris se propter Deum hominibus subiicit, & postponit. Abiectionem eligit, contemptibilem se facit, ut sit pretiosa apud Deum. Humiliat se, ut exaltetur: gaudet opprobriis; pro contumelia enim se recepturam à Deo nouit gratiam; pro conuicio benedictionem. Intellexit hoc David, qui maledicente sibi Semei, magis hunc pati voluit, quàm per militem suum vindicari; pro maledictione illa bonum sibi à Domino reddi perferentens. Sic humilibus Deus dat gratiam, superbis verò resistit. ] Hæc ille. Nec mirum est, quod

A Deus cum humilibus sermones conferat, quia si ipse aliquos homines ad suum est colloquium admittitur, non alios profectò, quàm humiles debuit ad benigna, & miserationum plena colloquia vocare. Deus enim vult audiri, vult hominem sua voce & admonitione proficere; vult mentem ad ea, quæ iubet, & suadet, inducere. Humiles autem sunt, qui vocem Dei reuerenter audiunt, superbi verò eius dicta repellunt. Hi, loquente Domino, non audierunt, nec inclinauerunt aurem suam; sed abierunt in voluntatibus, & in prauitate cordis sui mali. ] De quibus ipse conqueritur per Isaiam: Vocauit, & non respondistis: locutus sum, & non audistis: & faciebatis malum in oculis meis. ] At illi nihil iucundius habent, quàm Dei vocem excipere, & secundum illam actiones suas conuersationemque formare. Dicuntque cum Dauide: Audiam quid loquatur in me Dominus Deus: quoniam loquetur pacem in plebem suam. Et super Sanctos suos, & in eos, qui conuertuntur ad cor. ] Audiemus, inquam, quid dicat nobis Dominus, ut illud actione præstemus. Scimus namque illum electis suis, & corda sua ad eius imitationem applicantibus, non aliud quàm pacem loqui, id est, ea, quæ ad pacem huius vitæ conferunt, & paci æternæ vitæ seruiunt, instillare. Si humiles Dei instinctus aure cordis excipiunt, & quæ sibi præcipiuntur, faciunt; quid mirum, si Deus (contemptis superbis) illos de agendis & vitandis erudit? Est igitur humilitas, quæ mentem, quam afficit, ad Dei verba excipienda parat, ut ea capiens, se ipsam secundum audita perficiat.

Sicut autem radix spirituum bonorum, est instinctus Dei, auribus mentis auditus; ita & compunctio, qua defectus nostros detestamur. Humilitas verò huius compunctionis est mater: compunctionem generat, compunctionem promouet, & mentem ad compunctionem efficaciter præparat. Ipsa quippe defectus & culpas videt, quas superbia insipiens ignorat; culparum gratitatem intelligit, & ideo ad compunctionem & earum delectationem permouet. Superbus erat Saul, qui ob id peccatum suum non agnouit, nec compunctione delectat: immò increpatione Samuelis, quare reprehensus est, ex eo quod munus sacerdotis vsurpauit, vana excusatione respondit, dixitque: Necessitate compellus, obtuli holocaustum. ] Humilis erat David, qui & ob id ad primam Prophetæ vocem, peccatum suum confessus est, & illa voce pudoris & doloris plena: Peccavi Domino, ] suum fuit crimen derelictus. Iure optimo Gregorius humilitatem vocat locum ac domicilium iustorum, quoniam sicut homo in abdito domus suæ de malis, quæ fecit, compungitur, iuxta illud: Et in cubilibus vestris compungimini: ] ita & in humilitate, quasi in cubili pacatissimo, sua mala detestatur. Verba sancti Doctoris sunt: Ita namque malorum locus est superbia, sicut est contra humilitas locus bonorum. De quo loco per Salomonem dicitur: Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris. ] Ac si apertè dicat: Si tentatoris spiritum contra te in aliquo præualere consideras, humilitatem penitentiae non derelinquas. Qui quia locum nostrum humilitatem penitentiae dixerit, verbis sequentibus ostendit dicens: Quia curatio cessare faciet peccata maxima Quid enim est aliud humilitas lamenti, nisi medicina peccati? ] Compunctio nis sanè aqua, non aqua terrestris, sed aqua celestis est; non de venis terræ, sed de supernis emanat: quam, facillimum erit, ad loca inferiora, id est, ad corda humilia derivare. Vnde se per veram

terem. 7. 24.  
Isaia 65. 12.  
Psalm. 84. 9.  
1. Reg. 13. 12.  
2. Reg. 12. 13.  
Psalm. 45.  
Gregor. 3. mor. c. 13.  
Eccl. 10. 4.

Richard. in Cant. 57.





humilitatem deiiciat, qui hanc caelestem aquam compunctionis exoptat. Istudque esse praecipuum compunctionis instrumentum, hominem scilicet se ipsum humiliare & deiicere, pulchre docuit Richardus de sancto Victore illum Psalmi versum interpretans: Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam. Sciendum est, inquit, quod aqua, quae in locis sublimibus oritur, facile iuxta deducetis vorum ad humiliora quaeque loca irriganda deriuatur. Quae autem in imo defluit, ad eminentiora infundenda non affurgit. Sic nimirum desideriorum vena, quae in infimis labitur, ad sublimia appetenda non attollitur: & qui non nisi terrena appetit, caelestia suspirare nescit. Plus adhuc dico: cui hoc sufficit tantum ne pereat, quando pro verbo otioso vel cogitatu superfluo gemens plorat? Vis & tu ad Prophetam similitudinem aquam hanc salubrem deducere? Memineris sublimia concupiscere: memineris nihilominus de te humilia sentire, & tunc facile erit de desideriorum tuorum collibus ad deiectionis tuae vallem compunctionis fluentia decurrere. Hoc etiam videtur trigisse yates regius, cum alio Psalmo cecinit: Vide humilitatem meam, & laborem meum: & dimitte vniuersa delicta mea. Nam & Ambrosius, & Augustinus, non tam pro afflictione, quam pro virtute hoc loco nomen humilitatis accipiunt. Hic enim sic ait: Vide humilitatem meam, qua nunquam me iactantia iustitiae ab vitate abrumpo, & laborem meum quo indisciplinatos mihi commixtos sustero. Est ergo, ac si Propheta diceret: Si humilis sum, non utique me de iustitia iacto, immo me peccatorem agnosco. Si vero non ignoro peccatorum meorum foeditatem, ea utique compunctione detestor, & ut veniam impetrem, molestias indisciplinatorum non sine labore supporto. Dimitte igitur peccata mea, tu, qui pollicitus es, quod in quacumque hora ingemuerit peccator, eum ad veniam & misericordiam recipies.

Est itaque humilitas receptaculum compunctionis, qua euadimus mala, & receptaculum vniuersarum virtutum, quibus bona praestamus. Ille enim solus virtutes secure congregat, qui humiliter de se sentiens, & non sibi bonum attribuens, & paupertatem suam aduertens, strenue pro omni virtute laborat. Nec mirum est quod vniuersas virtutes inferat, & conseruet illa virtus, quae a Bernardo vocatur virtutis consummatio, & quasi totius vitae nostrae perfectio. Iustus, inquit, germinabit sicut liliium. Quis iustus nisi humilis? Denique cum se manibus Baptista serui Dominus inclinaret, & ille expauesceret maiestatem: Sine, inquit, sic enim decet nos implere omnem iustitiam. consummationem profecto iustitiae in humilitatis perfectione constituens. Iustus ergo humilis, iustus conuallis est. Et si humiles inuenti fuerimus, germinabimus & nos sicut liliium, & florebimus in aeternum ante Dominum. An non verè vel tunc maximè se liliium conuallium comprobabit, cum reformabit corpus humilitatis nostrae configuratū corpori claritatis suae? Non ait corpus nostrum, sed corpus humilitatis nostrae: ut huius lilij miro, & sempiterno candore solos significet humiles illustrados. Si huiusmodi est humilitatis causa, qui humilitate magis ac magis crescit, amplius proficit. Lapis ille à Daniele praedictus Christum designans cecidit paruus, & factus est mons magnus, & impleuit vniuersam terram. Sic & membrum Christi, si paruum cadat, id est, si se ipsum per humilitatem demittat, magnum à Domino mentis puritate fiet, & hostes virtutis subuertet. De illo dictum est: Qui descendit, ipse est & qui ascendit super omnes caelos, ut im-

pleret omnia. Neceesse est igitur, eius membra descendere, ut ad virtutem ascendant, & eius muneribus impleantur. Merito ergo dixit idem sanctus Pater Bernardus. Inspiciens est, & infans quicumque in aliis vitae meritis, quicumque in alia religione seu sapientia, nisi in sola humilitate confidit. Apud Dominum, fratres, ius habere non possumus, quoniam in multis offendimus omnes: sed nec fallere eum, ipse enim nouit abscondita cordis, quanto magis opera manifesta? Utique nec resistere viribus, quoniam omnipotens est. Quid ergo restat nisi ad humilitatis remedia tota mente confugere, & quicquid de aliis minus habemus, de ea supplere? Hac ille. Qui itaque coepit opus salutis nostrae, ipse nos veram, & perfectam humilitatem doceat, & mediis, quae ipse nouit ( dummodo in peccatum labi non sinat) in hanc virtutem, quae ianua est ceterarum, inducat. Dicit vnusquisque cum sancto Iob, & non sine magno desiderio dicat: Qui coepit, ipse me conterat, soluat manum suam, & tuccidat me. Ipse nimirum Deus, qui coepit me quasi humilitate conterere, opus suum hoc perficiat, & penitus mentem elatam conterat. Qui coepit me à terrenis auellere, & à desiderijs ambiciosiis abstrahere, soluat manum suam, & penitus ab eis succidat me, ne per superbiam praecipitis illius contradicam, cui debeo obedientia & humilitate submitti. Nec longè sanè abhorret ab hoc sensu Gregorius, qui eundem locum explanans, sic ait: Plerumque vitiorum contritionem in nobis Dominus agere inchoat, sed cum mens ex ipso exordio profectus extollitur, cumque se iam quasi de virtutibus erigit, sciienti contra se aditum pandit, qui cordis intima penetrans, omne quod in ea de studio bonae inchoationis inuenit, confingit: tantòque se vehementius in eius contractione exhibet, quanto & grauius, quia vel ad modicum fuerat proiectus, dolet. Vnde & teste Euangelio, voce veritatis, ad neglectam domum conscientiae spiritus immundus, qui solus exiit, cum spiritibus septem redit. Ne ergo post diuinam correptionis exordia antiquus hostis surripiat, atque ad virtutum contractionem trahat, sanctus vir congrue exorat, dicens: Qui coepit, ipse me conterat. Ac si aperte dicat: Hoc, quod in me exorsus est, perficere feriendo non desinat, ne deserum me aduersario ad contritionem trahat. Vnde & aptè subditur: Soluat manum suam, & succidat me. Saepè namque fiducia longè prosperitatis inflati, in quodam statu elationis erigimur. Cumque nos extolli conditor prospicit, sed amorem suum erga nos per verbera non exercet, quasi ad ferienda nostra vitia manum ligatam tenet. Annon affectus sui manum ligauerat, quum peccanti populo dicebat: Iam non irascar tibi: & zelus meus recessit à te? Soluere ergo manum suam dicitur, cum exercet affectum. Rectè autem subiungitur: Et succidat me. Cum enim securos nos, ac de virtutum affluentia elatos, repentinus vel flagelli dolor, vel infirmitatis tentatio percutit, protinus ab status sui vertice mentis nostrae elatio succisa cadit, ut de semet ipsa nihil audeat, sed infirmitatis suae ictu prostrata, manum leuantis quaerat. Hac tenus ille.

Tu igitur, o homo Dei, qui mentem Deo consecratam ad eius dona capienda parare studes, humilitatis in primis curam habeto, quae & te dignum Dei conspectu faciat, & ad audiendas diuinas inspirationes emolliat, & peccatorum detestatione compungat, & vniuersis virtutibus repleat. Hac locus donorum caelestium est; quia ex quo mentem sui aestimatione, & ambitionis, atque inanis gloriae desiderijs euacuat, desideria & munera caelestia praestat.

*Psalm. 118.*  
36.  
*Richard.*  
*ad Psalm.*  
118.

*Psalm. 24.*  
18.

*Ambros.*  
*ad Psalm.*  
118. ser.  
20. v. 1.  
*Aug. ib.*

*Bern. in*  
*Canticis.*  
ser. 48.

*Matth.*  
3. 15.

*Ad Phil.*  
2. 21.

*Daniel.*  
2. 35.

*Ephes. 4.*  
10.

*Bern. ser.*  
*quomodo*  
*voluntas*  
*nostra di-*  
*uina sub-*  
*datur.*

*Iob. 6. 9.*

*Gregor.*  
*mor. lib.*  
7.

*Matth.*  
12.

*Humili*

*De Praeconiio*  
*Humilitatis*  
*Tom. 11*



Humilitatem esse fontem exaltationis.

CAPVT IX.

**T**ERTIAM tandem subiciamus causam, propter quam tam in votis est Domino, vt humiles simus, & omnem superbiam & arrogantiam auersemur. Hæc igitur est, quia aduentus Filij Dei, & omnis ab eo assumptus labor, post æterni Patris gloriam ad nostram est dignitatem exaltationemque ordinatus. Exaltatio vero nostra ad eod ab humilitate pender, vt humilitas eius fons esse ac origo videatur. Venit Filius Dei vt nos ab ergastulo peccati, à captiuitate dæmonis, & à misera seruitute vitiorum eriperet. Venit vt nos filios Dei, hæredes regni cœlestis, & aequales Angelis faceret. Venit vt ex cogitationibus, & desiderijs terrenis ad consilia, & desideria cœlestia, atque ex operibus luti, & lateris ad opera æterna beatitudinē digna transferret. In hoc apparuit Filius Dei, ait Ioannes Apostolus, vt dissoluat opera diaboli. Hic est omnis fructus passionis, & mortis eius (quemadmodum Cyrillus & Hieronymus interpretantur) vt auferatur peccatum. Apparuit gratia eius, vt abnegantes impietatem & secularia desideria, sobrietē, & iustē, & piē viuamus in hoc sæculo. In propria venit, dare potestatem his, qui receperunt eum, filios Dei fieri, vt essent hæredes Dei, cohæredes autem ipsius, vt ab Angelis audirent: Non domini vestri, sed conferui vestri sumus. Descendit denique, vt quæ sursum sunt, quæreremus, quæ sursum sunt, sciperemus, non quæ super terram: Jatque vt propter laborem nostrum acciperemus singuli singulos denarios, id est, vnum vislonis Dei præmium sine fine duraturum. O magna, & plusquam dici potest, stupenda sublimitas, hominem per peccatum Dei inimicum, eius per gratiam amicum, & filium fieri; terram vilissimam in cœlum inuehi; cor carneum ad Dei possessionem & conspectum oculis mentis extolli; & gehenna dignum, cœlesti beatitudine perfrui, & ab Angelicis spiritibus honorari! Non ob aliam causam, inquit Augustinus, apparet, Dominum Iesum Christum in carnem venisse, ac forma serui accepta factum obedientem vsque ad mortem crucis, nisi vt hac dispensatione misericordissimæ gratiæ, omnes, quibus tanquam membris in suo corpore constitutus caput est, ad capeffendum regnum cœlorum viuificaret, saluos faceret, liberaret, redimeret, & illuminaret: qui prius erant in peccatorum morte, languoribus, seruitute, captiuitate, & in tenebris constituti, sub potestate diaboli principis peccatorum, ac sic fieret mediator Dei, & hominum, per quem post inimicitias impietatis nostræ illius gratiæ pace finitas, reconciliaremur Deo in æternam vitam, ab æterna morte, quæ talibus impendebat erepti. Sic Augustinus. Hæc igitur est vera & magna exaltatio hominis, quod à curis terrenis extrahatur, quod à peccatis & vitijs liberetur, quod Dei similitudinem indutus, eius Filius, Christi que frater, & regni cœlestis non solum cuius, sed & princeps nominetur. Quam verissimam dignitatem & magnitudinem id certè consequitur, vt cæteri homines iustum suspiciant, honore ac laude dignum existiment, & in suo corde semper, signis vero externis, cum opus fuerit, ei primas partes deferant, & quasi principem sibi constituent.

Nunc videndum est, an humilitas, huius exaltationis sit causa. Quod ita esse, facile persuadebimus, si quod de capite nostro dictum est, attentè legamus. Idem enim sentiendum est de corpore,

**A** quod præcessit in capite, & eadem via caput, & membra conscendunt, nec diuerso itinere debent dux & milites, aut dominus & serui eum constipantes, incedere. Christus autem caput nostrum, herus, & dux noster per viam humilitatis exaltatus est, & ad gloriam sui corporis, adque manifestationem sui nominis sublimatus. Vox Pauli hoc dicit, per quem cum Spiritus sanctus loquutus sit, aliquid falsum affirmare non potuit. Quid dicit de eo Paulus? Humiliauit semet ipsam factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen. Quem, o Paule, exaltauit Deus? Hominem illum Dei Filium, qui humiliatus est, ita vt qui in natura assumpta humiliatus est, in eadem superexaltationem (hoc enim sonat dictio Græca) id est maximam & insignem exaltationem acciperet. Quæ verò fuit eius exaltatio? Quod à mortuis excitatus est; quod immortalitate donatus; quod gloriam, & claritatem, & maiestatem indutus, quod ad dexteram Patris euectus. Et quod nomen illi datum super omne nomen? Quod vocetur Iesus, id est, mundi totius salus, & hoc eius nomen toto orbe celebretur; quod ab omnibus Pater, & princeps, & initium salutis habeatur: & non si aliud nomen datum hominibus, in quo oporteat eos saluos fieri, nisi nomen, quo ipse Filius Dei creditur, adoratur, & colitur. Sed perge, Paule, & expone nobis illud: Propter quod. Quam, inquam, ob causam Pater extulit Christum, & nomen illi dedit, cui omne genu cœlestium, terrestrium, & inferorum flecteretur? An quia humiliatus se? Sed si ita est, iam habemus, quod quærimus, caput scilicet nostrum humilitate ascendisse. An quia factus fuit obediens vsque ad mortem? Sed quomodo potuisset obedire, qui non fuisset humilis, aut quomodo potest obedientia, quæ spontanea subiectio est, ab humilitate seiungi? Quam ratione potest, qui cum immortalis esset, infirmitatē mortalitatis voluntariè suscepit, sine eximia humilitate cogitari? An quia obediuit vsque ad mortem crucis (quod amplius est) vsque ad sustinendam nempe mortem turpissimam, probrosissimam, & molestissimam, de qua dictum est in libro Sapientiæ: Morte turpissima condemnemus eum. Sed quo pacto abiectionem ipse mortem sustinisset, si non etiam supra omne captum nostrum suam maiestatem humiliasset? Ergo humilitas fuit illius exaltationis causa; humilitas Christum sublimauit, humilitas extulit, humilitas non solum nobis amabilem, sed & honorabilem fecit. Quid, & quantum humilitas mereatur, Paulus ostendit, scripsit Ambrosius, vt magis hanc appetere calcata iactantia. Et Augustinus: Vt mediator Dei & hominum, Christus Iesus resurrectione clarificaretur, vel glorificaretur, prius humiliatus est in passione. Non enim à mortuis resurrexisset, si mortuus non fuisset. Humilitas claritatis est meritum: claritas humilitatis est præmium. Et Anselmus: Ipse se tantum humiliavit, vt vltra non posset: propter quod & Deus exaltauit illum, vt vltra non posset. Tu, o homo, qui Christi membrum esse cupis, qui eum imitari gestis, qui eius sectator nuncuparis, si aliam viam exaltationis inuenisti, eam constanter ingredere. Nam Sancti Dei vera, & viua huius capitis membra, nullam aliam viam exaltationis nisi humilitatem ingressi sunt, quia eorum caput, atque magister nullam aliam huc vsque monstrauit. Si autem nullus nisi Christus potuit viam exaltationis docere: Quoniam nemo ascendit in

Philipp. 2. 8.

Sapient. 2. 20.

Ambros. ad Phil. 2. August. tract. 105. in Ioan. 10. 9. Anselm. lib.

Ioan. 3. 13.

1. Ioan. 3. 8.

Isaia 27. 9. Ad Titum 2. 11.

Ioan. 1. 12. Roman. 8. 17. Apocal. 22. 9. Coloss. 3. 1.

Matth. 20. 9.

Aug. lib. 1. de merit. & remiss. peccat. c. 26. 10. 7.



celum, nisi qui descendit de caelo, Filius hominis, qui est in caelo, ] vide ne humilitatem deserens pro via exaltationis iter confusionis ingrediaris.

Sicut in capite Christo nulla apparet exaltationis via, nisi humilitas; ita & membris eius nulla alia via relicta est, qua ad maximam altitudinem prouehantur. Illis propterea mandatum est, ne elationis gratia primos accubitus in caenis eligerent, & quod tanti momenti est, hac mirabili sententia conclusum: Omnis, qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur. ] Nunc sensum Ambrosij prætereo, qui opus illud, quo homo se exaltat, in bonam partem sumit, dicens: Ego arbitror, hanc sententiam sic posse intelligi, quia qui se exaltat, nouit se humiliare, & qui se humiliare nouit, etiam exaltare se nouit. Denique Paulus ostendit, dicens: Ego autem didici, in quibus sum, sufficiens esse. Scio humiliari, scio & abundare. ] Hunc itaque sensum prætermitto (licet non à laude humilitatis distideat) & communiorem ac literæ conformiorem persequor. Quid est: Qui se humiliat exaltabitur? Qui modestè de se senserit, qui se ipsum spreuerit, qui ex humilitatis amore se in infimo loco collocauerit, ad insignem gloriam & dignitatem assumetur. Et quid est: Qui se exaltat, humiliabitur? Qui se per superbiam extulerit, & aliis per vanam cogitationem elatus præposuerit, in sempiternam ignominiam, & infamiam deiicietur. Exponat mater arcana filij, & ea, quæ Verbum peperit, Verbi aperiat intellectum. Deposuit, inquit, potentes de sede, & exaltauit humiles. Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes. ] Quosnam potentes Deus è throno ac potestate regnandi deiicit? Nonne superbos, qui mundi huius dignitate decepti, existimant se aliquid esse, cum nihil sint? Et quos humiles extulit? Nonne illos, qui dum honorem fugiunt, honoribus comprehenduntur, & ad bonum suum & totius mundi (nam bonum mundi est, quod humiles imperent) ad supremas interdum dignitates vocantur? Quos esurientes implet bonis? Annon illos, qui se virtutis vacuos esse putantes iugiter esuriunt, & sitiunt iustitiam? Et quos diuites dimittit inanes? Annon eos, qui dicunt, quia diuites sumus, & nullius egemus; & ideo miseri & miserabiles relinquuntur? Superbia ergo deiicit, humilitas verò exaltat: illa ignominia afficit, ista nobilitat. Superbum, inquit Salomon, sequitur humilitas, & humilem spiritu suscipiet gloria. ] Non quidem illa humilitas, quæ virtus est, sed illa, quæ ignominia & contemptio est. Superbia enim hominis humiliabit eum, deturbabit eum, inglorium & contemptibilem faciet. At humilem spiritu, id est, virtute humilitatis præditum, in suum hospitium excipiet gloria, eum Dominus Angelis inseret, & illustrem ac gloriosum efficiet. Sunt enim superbia & humilitas quasi duæ lances, quarum si superbia ascendat, & crescat, homo descendit: si verò humilitas descendat, & se deprimat, homo in magnam dignitatem ascendit. Hanc eandem sententiam aliis verbis in dictis Eliphaz Themanitis inuenies. Qui humiliatus, inquit, fuerit, erit in gloria: & qui inclinauerit oculos, ipse saluabitur. ] Humiliatus nimirum à se ipso, vel si ab alio æquanimitè deiectionem sustentans, exaltationis fastigium ascendit: & si oculos præ humilitate demiserit, infimumque locum, ubi se constituat, aspexerit, in præmium, non quemque honorem, sed illum magnum, & nunquam desitutum aeternæ salutis accipiet. Hanc enim oculorum demissionem pro signo humilitatis poni, docet Gregorius, sic scri-

Luca 18. 14.

Ambros. ad Psal. 38.

Luca 1. 52.

Prover. 29. 23.

Iob. 22. 29.

**A**bens: Qui inclinauerit oculos suos, ipse saluabitur: quia quantum per membrorum ministerium deprehendi potest, prima superbiæ offensio esse in oculis solet. Hinc enim scriptum est: Et oculos superborum humiliabis. Hinc de ipso superbientium capite dicitur: Omne sublime videt. Hinc de illa, quæ ei per fidelitatem adhæsit, scriptum est: Generatio, cuius excelli sunt oculi, & palpebræ eius in altum surrecta. Oculos ergo inclinare, est nullum, respiciendo, despiciere, sed se minorem, atque imparem euadere, quos aspicit, æstimare. Saluabitur itaque qui oculos inclinat, quia qui fallum superbiæ verticem deserit, veritatis altitudinem alcondit. ] Ex his autem constat eandem esse viam exaltationis capitis & membrorum: neque aliquem posse veram altitudinem adipisci, qui non prius se per humilitatem deiecerit.

Hanc verò esse legem latam à Deo, vt qui se humiliauerit exalteretur, & qui se exaltauerit deiiciatur, illustrissima docent scripturarum exempla. Quorum, quia plurima sunt, tria tantum referemus. Ponamus nunc ante oculos considerationis nostræ populum, & populum; Angelum, & Angelum; hominem, & hominem; populum, inquam, superbum, & populum humilem: Angelum elatum, & Angelum subiectum: hominem arrogantem, & hominem de se modestè sentientem, & hæc ita esse manifestè reperiemus. Populus Indæorum superbus fuit, qui de sanctis parentibus, de lege sibi data, de promissionibus Dei, & de concessa sibi diuinorum cognitione insipienter gloriabatur. Cuius iactantiam repressit Dominus: Ne cõperitis, inquit, dicere: Patrem habemus Abraham. Dico enim vobis, quia potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abraham. ] Populus gentium humilis fuit signatus, vt ait Ambrosius, in illo Zachæo publicanorum principe, qui statura pusillus erat: & in Chanana, quæ amara increpatione repulsa, confessa est se veluti canem indignam pane filiorum esse, illis verbis: Etiam Domine: nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum. ] Ille autem populus ob superbiam reiectus est, & ad extremam calamitatem reductus: iste verò dilectus, & in summa filiorum Dei dignitate constitutus. Ceciditque id Sanctus David: Quoniam populum, ait, humilem saluum facies: & oculos superbiorum humiliabis. ] Populum, inquam, nationum, suas iniquitates agnoscentem, ac de se non præfumentem, ab iniquitate saluabis; & populum Iudæorum, qui de cognitione superbiebat, in lumina quadam cecitate relinques. Et Augustinus de Chanana loquens idem affirmat, hoc modo scribens: Videte, fratres, quem admodum in hac muliere, quæ Chananaea erat, id est, quæ de gentibus veniebat, & typum, hoc est, figuram Ecclesiæ gerebat, maximè humilitas commendata est. Etenim gens Iudæa vt ab Euangelio repelleretur, superbia inflata est, quod legem accipere meruisset, quod de ipsa gente Patriarchæ processerint, Prophetæ extiterint, Moyses Dei seruus miracula magna, quæ audiuius in Psalmo, in Ægypto fecerit, per mare rubrum aquis recedentibus populum duxerit, legem acceperit, quam ipsi populo dederit. Erat vnde extolleretur gens Iudæa. & per ipsam superbiam factum est, vt Christo nollet humiliari auctori humilitatis, teptestori tumoris, medico Deo, qui propter hoc, cum Deus esset, homo factus est, vt se homo hominem cognosceret. ] Et post pauca: Ergo propter hoc ille populus non accessit, id est, propter superbiam: & dicti sunt ex arbore oleæ, hoc est, de illo populo, à Patriarchis creato, fructi

Greg. 16. mor. 6. 10.

Psal. 17.

Luca 3. 8.

Ambros. lib. 8. in Lucam.

Matth. 15. 27.

Psal. 17. 28.

August. ser. 74. de temp. 6. 7. & 8.

Psal. 77.

rami

De Praconio Humilitatis



Rom. 11.

rami naturales, id est Iudei, meritis steriles spiritu superbia, & in illa olea insertus est oleaster. Oleaster populus ex gentibus. Sic dicit Apostolus, quod oleaster insertus sit in olea, rami autem naturales fracti sunt. Illi fracti propter superbiam; insertus oleaster propter humilitatem. Hanc humilitatem ostendit mulier, dicens: Ita Domine: canis sum, micas desidero. Sic ille. Et cum populus gentium humilitate placuerit, merito Paulus monet illum, ut se in humilitate contineat, ne, si ad superbiam deflexerit, deseratur. Tu, inquit, fide stas: noli altum sapere, sed time. Si enim Deus naturalibus ramis non pepercit, ne forte, nec tibi parcat. ] Iam in istis populis predictam legem videmus impleri, qua superbus repulsus est, humilis vero Domini testimonio probatus.

Rom. 11. 20.

D. Thom. 1. p. 9. 63. ar. 3. in corpore.

Isa. 14. 17.

Dan. 10. 11.

Dan. 12. 1.

Greg. 27. mor. e. 27.

Nunc meditare Angelum, & Angelum, nempe Luciferum, & Michaelem. Ille superbiendo diuinam, in quo non erat illi datum, similitudinem concupit, ut nimirum naturalem beatitudinem non ex gratia (ut ait Thomas Aquinas) sed ex propriis viribus obtineret. Et hoc significant illa verba: Ascendam in caelum, similis ero Altissimo. ] Hic humiliando se ipsum alterius superbiam detestatus est, & a Deo omne bonum habere gestit. Cuius humilitatis indicium fuit nomen illi impositum; Michael namque interpretatum est: Quis sicut Deus: quasi Deum sibi, & omnibus prelatum esse voluerit. Ille ergo ob superbiam deiectus est, cui insultat Isaias: Veruntamen ad infernum detraheris, in profundum lacu. ] Hic vero humilitatis causa non solum aeterna beatitudine, verum & principatu Ecclesiae donatus. Nam & a quodam Angelo, qui Daniele alloquebatur, dictus est princeps synagoga: Nemo, inquit, est adiutor meus in omnibus his, nisi Michael princeps vester. ] reiecta vero synagoga tutor, ac defensor est Ecclesiae constitutus. Ideoque vocatur in eodem Propheta, [ princeps magnus; ] & equum erat, ut praecipuo caelestium spirituum principi committeretur sponsa Dei, quae est Ecclesia. Vnde constat humilitatis legem non solum in terra, verum etiam in caelo vigere, & Angelos ipsos, ac suprema Seraphim ad eius observantiam obligari.

Tandem considera duos singulares homines, & illos supremos reges, ut videas, quia licet non subiciantur humanis legibus, huius vero legis observatione haudquaquam eximuntur. Alter fuit Saul ob munus sacerdotale praesumptum reprobatus: alter Dauid, quia coram arca Domini more hominum communium, pra humilitate saltavit, in regno, quod iam acceperat, stabilitus. Huius miram humilitatem, & propter illam, miram quoque sublimitatem describit pulchre Gregorius, in hac verba:

Intueri libet, quanta virtutum munera Dauid perceperat, atque in his omnibus quam forti se humilitate seruabat. Quem enim non extolleret ora leonum frangere, vsorum brachia dissipare, despectis prioribus fratribus eligi, reprobato rege ad regni gubernacula iungi; timendum cunctis vno lapide Goliath sternere, a rege proposita extinctis allophyis numerosa praepuria reportare, promissum tandem regnum percipere: cunctumque Israeliticum populum sine vlla contradictione possidere: Et tamen cum arcam Dei in Hierusalem reuocat, quasi oblitus praetium se omnibus admixtus populis ante arcam saltat. Et quia coram arca saltare, ut creditur, vulgi mos fuerat, rex se in diuino obsequio per saltum rotat. Ecce quem Dominus cunctis singulariter praetulit, se sub Domino, & exequando minimis, & abiecta exhibendo, contemnit. Non potestas regni ad

A memoriam reducit: non subiectorum oculis saltando vilescere metuit: non se honore prelatum ceteris, ante eius arcam, qui honorem dederat, cognoscit. Coram Deo egit vilis, vel extrema, ut illa ex humilitate solidaret, quae coram hominibus gesserat fortia. Quid de eius factis ab aliis sentiat, ignoret. Ego Dauid plus saltantem stupeo, quam pugnantem. Pugnano quippe hostes subdidit, saltando autem coram Domino semetipsum vicit. Quem Michol, filia Saul, adhuc ex tumore regis generis infama, cum humiliatum despiceret, dicens: Quam gloriosus fuit hodie rex Israel, discooperiens se ante ancillas seruatorum suorum, & nudatus est quasi si nudetur vnus de curreis; ] protinus audiuit: ] Viuit Dominus; quia ludam ante Dominum, qui elegit me potius quam patrem tuum. ] Ac paulo post ait: Et ludam, & vilior fiam plusquam factus sum, et quibus humilis in oculis meis. Ac si aperte dicat: vilescere coram hominibus appeto; quia seruare me coram Domino ingenuum per humilitatem quero. ] Hactenus Gregorius. Nemo igitur poterit in dubitationem reuocare, a Domino humiles extolli, superbos vero deprimi; siquidem in caelo, & in terra in Angelis, & hominibus reperit humiles sublimatos, elatos vero in summam vilitatem adductos.

2. Reg. 6. 20.

B Immo quia homo est mutationi subiectus, solet Dominus eundem hominem pro diuersis temporibus, ac pro diuersa, quam in eo reperit, qualitate, nunc sublimare humilem, nunc superbum deturbare. Vidimus Saulem ob superbiam deiectum: Sed idem aliquando, cum nimirum humilis erat, fuit ob humilitatem sublimatus. Cui dixit Samuel: Nonne cum paruulus esses in oculis tuis, caput in tribus Israel factus es? Vixitque te Dominus in regem super Israel. ] Vidimus Dauidem ob humilitatem exaltatum, de quo scriptum est: Elegit Dauid seruum suum: & sustulit eum de gregibus ouium, de post factantes accepit eum, Pascere Iacob seruum suum. ] Sed idem aliquando fuit ob superbiam grauius castigatus: cum nimirum populum numerauit, & inaniter sibi in regno complacuit. Ac generaliter Deus humiles exaltat, & sibi ipsis dissidentes praecleara dignitate nobilitat. Amos suam paruitatem agnoscens, ait: Non sum Propheta, & non sum filius Prophetae, sed armentarius ego sum, vellicans scycomoros. ] Vox humilitatis plena, voce, & re nobilissima cummulata est. Nam & tulit me Dominus, inquit, cum sequerer greges, & dixit Dominus ad me: Vade Propheta ad populum meum Israel. ] Ad munus quoque Apostolatus, quo nullum est in Ecclesia sublimius, paruuli despecti, & humiles electi sunt. Videte vocationem vestram, fratres, ait Paulus, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles; sed quae stulta sunt mundi, elegit Deus, ut confundat sapientes; & infima mundi elegit Deus, ut confundat fortia; & ignobilia mundi, & contempnibilia elegit Deus, & ea, quae non sunt, ut ea, quae sunt, destrueret, ut non gloriaretur omnis caro in conspectu eius. ] Iamque impletum est quod dictum est in Iob: Qui autem reliqui fuerint, auferentur ex eis; morientur, & non in sapientia. ]

1. Reg. 15. 17.

Psal. 77. 70. 71.

Amos 7. 14.

Ibi. n. 17.

1. Cor. 11. 16.

Iob. 4. 21.

C Impij, inquam, breuiter succidentur, & breui mora successi, non breui tempore, sed in aeternum peribunt. Reliqui vero, scilicet iusti & humiles, qui illorum actibus non consentiunt; qui vita & conuersatione illis non annumerantur, auferentur sane ab hoc impiorum, & superbiorum casu, & calamitate, & in magnam gloriam prouentur. Mors quidem naturalis illis adueniet sicut & ceteris, at nunquam excidet eorum sapientia. Ita interpretatus est hunc

D

E





Greg. 5.  
1907, 4. 29

locum Gregorius: Quos alios reliquos, nisi huius mundi despectos accipimus? Quos dum prærens sæculum ad nullius gloriæ vsum eligit, quali minimos indignosque derelinquit. Sed mundi reliquos auferre Dominus dicitur, quia despectos huius sæculi eligere dignatur. Paulo attestante, qui ait: Non multi sapientes secundum carnem, & cætera. Prosequitur autem hanc veritatem Beatus Pater, quadam veteris paginæ imagine, demonstratque illam, sic scribens: Quod bene in libris Regum Ægyptio puero, in via lassescente, signatur, quem Amalechita ægrotum in itinere deseruit. Dauid verò inuenit, cibo reficit, ducem sui itineris facit. Amalechitam persequitur, epulantem reperit, & funditus extinguit. Quid est enim, quòd Ægyptius Amalechita puer in itinere lassatur, nisi quòd amator præsentis sæculi, peccati sui nigredine opertus, sæpe ab eodem sæculo infirmus despectusque relinquitur, vt cum eo currere nequaquam valeat, sed fractus aduersitate torpescat? Sed hunc Dauid inuenit, quia Redemptor noster veraciter in manu fortis, nonnunquam quos despectos à mundi gloria reperit, in suum amorem conuertit. Cibo patit, quia verbi scientiam reficit. Ducem itineris eligit, quia suum etiam prædicatorem facit. Et qui Amalechitam sequi noluit, dux Dauid efficitur, quia is, quem indignum mundus deseruit, non solum conuersus in suam mentem Dominum recipit, sed prædicando hunc etiam vsque ad aliena corda perducit. Quo videlicet duce Dauid coniuuantem Amalechitam inuenit, & extinguit, quia ipsi prædicantibus Christus mundi lætitiã destruit, quos mundus habere comites despexit.] Huc vsque ille.

Iustè autem, & sapienter Dominus humiles, sèque ipsos despicientes exaltat. Homo enim per superbiam cecidit, ergo per humilitatem resurgat necesse est, vt pestilens illa ægritudo, à primis parentibus ad nos emanans, contrario medicamento curetur. Si quis vult primus esse, ait ipse sanctitatis magister, erit omnium nouissimus. ] Ac si dixisset: Parentes vestri secundum carnem, ò mei discipuli, à quibus naturæ originem trahitis, volentes esse primi, & Dei similitudinem non debitam cupientes, nouissimi, ac omnium miserimi facti sunt. Vos itaque nouissimum è contrario locum eligit, & per veram humilitatem vos despicibiles reputate, vt ad primum locum, à quo illi ceciderant, ascendatis. Amputauit profectò ille, vt inquit sanctus Martyr, & egregius doctor Cyprianus, omnem æmulationem responso suo, omnem causam, & materiam mordacis inuidiæ euit, & abscedit. Discipulo Christi zelare non licet, non licet inuidere. Exaltationis apud nos non potest esse contentio: de humilitate ad summa crescimus, didicimus vnde placeamus. Deus, veritas est; nam & Ioannes ait: Spiritus est, qui testificatur, quoniam Christus est veritas. ] Quamobrem & dilget veraces, & odio habebit mendaces. Superbi verò, mendaces sunt & stulti, qui cum nihil sint, se aliquid esse putant, & ab hominibus magni videri volunt, quidni odio habeantur? At humiles sunt veraces, qui sentiunt se de se nihil esse, qui se ipsos despiciunt, & ab aliis despici cupiunt; vnde & æquum est, vt à Domino diligantur. Et quidem quos Dominus diligit, extollit, & eius diligere efferre hominem, & ditare est. Dilexi vos, ] ait per Malachiam. Et interrogatus: In quo dilexisti nos? ] Respondit: Nonne frater erat Esau Iacob, & dilexi Iacob, Esau autem odio habui? Et posui montes eius in solitudinem, & hereditatem eius in dracones deserti. ] Hic, inquam, superbum repuli, & ideo possessionem eius dilieci, & ad nihilum redegi. Illum verò humilem,

Marci 9.  
34.

Cypr. de zelo & timore.

1. Ioan. 5.  
7.

Malach. 1. 2.

A & mansuetum, & domi habitantem dilexi, & propterea eum, eiusque posteritatem extuli, & tranquille in terra sua habitare feci. Summa ergo veritas, veraces, id est, humiles, diligens, eos ad magnam dignitatem & gloriam promouebit.

Humiles milites Christi sunt, eiusque vexillum, nempe crucis abiectionem sequuntur. Nam ipse dux, & signifer noster cruce quasi vexillo oneratus nobis ad imitandum propositus est, dicente Paulo: Prædicamus Christum, & hunc crucifixum. ] Diabolus verò dux est superbiorum, qui princeps est super omnes filios superbiæ. Iste igitur superbos secum deferet in ignem æternum, qui paratus est ei & sequacibus eius. Christus autem humiles in gloriam adducet paratam illis ab origine mundi. Quibus solis dandam esse docent illa Domini verba ad discipulorum aures perlata: Amen dico vobis, nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cælorum. ] Deus sanè rex est, & rex magnus: Quoniam Deus magnus Dominus, & rex magnus super omnes Deos. ] Rex misericors: Et miserationes eius super omnia opera eius. ] Fons est omnis bonitatis, & omnium donorum, quæ descendunt à Patre luminum. ] Sed rex magnificus paruulos amat, quos exaltet; Dominus misericors humiles diligit, in quibus suam misericordiam ostendat. Fons perennis valles quærit, in quas aquas salutare effundat. Humiles autem sunt paruuli, qui modica de se sentiunt, & omnibus se subiiciunt. Quid mirum, si à rege magnificentissimo extollantur? Humiles sunt miseri, & sua miseria fœlices, quia ea diuinam misericordiam ad se vocant. Quid mirum, si cælestibus miserationibus replentur? Humiles sunt valles. Quorum meminit sanctus Dauid, ita canens: Qui emittit fontes in conuallibus; inter medium montium, id est, superbiorum, pertransibunt aquæ. ] Quid mirum, si aqua diuinæ gratiæ rigentur? Profectò verissimum est quod dictum est à Domino per Ezechielem: Et scient omnia ligna regionis, quia ego Dominus humiliavi lignum sublime, & exaltaui lignum humile: & siccaui lignum viride, & frondere feci lignum aridum. Ego Dominus locutus sum, & feci. ] De quodam humili, & quodam superbo locutus est Dominus; sive de Sedechia & Iechonia, vt quidam volunt. Quorum ille prosperitate elatus, à Nabuchodonosore captus est, & oculis ac vita priuatus: hic post multam afflictionem fuit ab Euilmerodacho ad solium dignitatis subuectus. Siue (vt alij putant) de duobus populis supra adductis Iudæorum & Gentium; quorum ille ob superbiam perit, iste ex humilitate complacuit. Cui dicitur in Isaia: Non dicat Eunuchus: Ecce ego lignum aridum. Quia hæc dicit Dominus: Dabo ei locum, ] & cætera. At nos de quocumque superbo & humili intelligamus. Audi ergo, ò superbe. Si lignum sublime es, si te ipsum ignoras, si tuam scientiam, tua talenta magni reputas, si alios despicias, teque illis præponis, Deus te deiciet, Deus te arefaciet, vt eos, quos despexisti, supra te habeas, & fructus æternæ vitæ non feras. Audi & tu, ò vir humilis. Si fueris tanquam lignum humile, si te ipsum agnoueris, si te nihili reputaueris, si alios suspexeris, Deus te efferet, Deus te frondibus & fructibus vestiet, vt & fructifices in domo Dei, & ab omnibus lauderis, & honore dignus habearis. Et stat inconcussa veritas à nobis proposita, quòd humilitas est exaltationis fons, quam qui habuerit, tandem tandem extolletur à Domino, licet ad tempus despectus esse videatur.

1. Cor. 1.  
23.  
Iob. 41.  
25.

Matth. 18.  
3.

Psal. 94.  
2.

Iacobi 1.  
17.

Psal. 103.  
10.

Ezech. 17.  
24.

Isa. 56.3.

Quid

De Præconio  
Tom. 1



## Quod Humilitas, est Virtus Magnorum.

## CAPVT X.



**B** dicat causas humilitas gratissima Deo in nobis est, & ob eandem à quocumque sapiente intimis conatibus suscipienda, cui nihil magis gratum esse debet, quam Deo suo conditori placere, & se ad cœlestia dona capienda, & ad veram altitudinem præparare. Nunc ex alio capite sit nobis amabilis, quod ea appetitui nobis à natura insito plenissime satisfacimus. Omnibus enim hominibus inest à natura ipsa eximia quædam ad magnitudinem inclinatio, & ad eminentiam super alios dominationem que propensio. Atque idem rerum auctor, qui seuit in mentibus nostris appetitam conseruationis, seuit & desiderium augmenti, vt non solum per diuturnum tempus sumus, verum & in omni bono, tum naturali, tum viribus nostris quæsitò, crescimus. Hoc autem ita esse, ostendunt innumera studia hominum, ostendunt ambitiones & prentationes superbiorum, ostendunt contentiones, & bella principum huius sæculi, ostendunt denique cogitationes, & desideria, & opera, ab ipsa natura profecta, quæ in hoc aut palam, aut absconditè tendunt, vt augmentum boni, atque adeò aliquam magnitudinem acquiramus, vel aliquod malum, ac proinde aliquam paruitatem, & vilitatem refutemus. Sciebat diabolus, istud esse hominis desiderium, non studio quæsitum, sed cum ipsa hominis natura procreatum (quod certè per se bonum est, si non ad veritatem, & rationi contraria desinat) & ideo obiectione magnitudinis seeminam inescavit. Cui pomum offerens, & ad gustandum alliciens, dixit: Eritis sicut Dij scientes bonum & malum. ] Mulier verò vt audiuit ab aduersario, quemadmodum scribit Chrysostomus, quod ideo esum hunc prohibuisset Deus, quia sciret oculos nostros apertos futuros, & nos sic vt Deos fore, scientes bonum & malum, diuinitatis spe inflata, magna quedam secum concipiebat. ] Perit illa, perit & sponsus eius, pater noster Adam, peritimus & nos, quia hic appetitus magnitudinis exorbitauit, & non se intra limites rationis continuit. Superbia fuit illud desiderium, quoniam in excellentiam homini veritatem tetendit, & magnitudinem non debitam inquisiuit. Est autem hoc malum humilitatis oppositione sanandum, quæ non erit difficilis, nec nostro appetitui contraria, si ostenderit, humilitatem esse veram magnitudinem, quæ homines magnos faciat, & ad altitudinis fastigium adducat.

Humilitas virtus est Magnorum, aut (si ita vis vt dicamus) est magnatum Ecclesiæ, quoniam est virtus perfectorum: & illi, omnium etiam insipientium iudicio, sunt magni, & virtute, donis, & dignitate præcelli. Liceat nobis ad hoc explicandum verissimam quandam, sed nescio an ab alio assertam, humilitatis distinctionem inuhere. Sicut enim duæ sunt partes eius virtutis, quæ appetitum venereorum comprimit: altera vocatur continentia, quæ non sine difficultate, & pugna veneris reluctatur: altera vocatur castitas, quæ suauiter, & cum exigua, aut nulla contradictione metis, & corporis mundiciem amplectitur. Sic omnino duplex est pars humilitatis: altera, quæ non sine tristitia, nec sine motibus superbiae insurgentibus, appetitum immoderatum propria excellentiæ comprimit: altera, quæ cum incredibili hilaritate, & pace hunc appetitum regit, &

**A** infimum locum eligit. Illam primam humilitatis partem habent saltem in aliquo gradu omnes iusti, licet imperfecti: hanc posteriorem habent soli perfecti. Est ergo perfecta humilitas, magnorum virtus, id est, perfectorum, quæ eos vt vera magnitudo magnos & admirandos efficit. Fur, qui in votis habet thesaurum alicuius surripere, intensè scrutatur quo loco sit reconditus, ne si in alio loco quærat, vacuus, & cum sui laboris dispendio discedat. Superbia autem volens humilitatem diripere, eam in viris perfectis adoritur; signum igitur est eam in viris sanctis habere mansionem. Vnde quasi axioma inter viros spirituales est, quod superbia insidiatur perfectis. Et Dominus sanctum Iob per tot flagella, per tot pugnas, & post tam illustres de hoste victorias, ad incredibilem sanctitatem euectum, hortatur, vt sibi consulat, & modestè de se sentiat, ne astu diaboli ex contemplatione triumphum humilitatem amittat. Accinge, inquit, sicut vir lumbos tuos, interrogabo te, & responde mihi. ] Vir appellatur, qui nimirum vias Domini fortibus & nõ dissolutis gressibus sequitur. Ei autem præcipitur, vt lumbos accingat, id est, vt superbiae motus post tot virtutum insignia sibi insidiantes cohibeat. Cum beatum Iob, inquit Gregorius, tanta præditum castitate noverimus, cuius post tot flagella dicitur: Accinge sicut vir lumbos tuos, id est, sicut fortis restinge luxuriam: nisi quia alia est luxuria carnis, qua castitatem corrumpimus; alia verò luxuria cordis est, qua de castitate gloriamur? Dicitur ergo ei: Accinge sicut vir lumbos tuos, vt qui prius luxuriam corruptionis vicerat, nunc luxuriam restringat elationis; ne de patientia, vel castitate superbiens, tanto peius intus ante Dei oculos luxuriosus existeret, quanto magis ante oculos hominum & patiens & castus apparet. ] Hæc ille. Cum ergo aliquem humillimum videris, eum reputa magnum, quia illum debes existimare perfectum. Has enim diuitias humilitatis perfectæ non quicumque, sed soli reges possident: illi scilicet, qui post importunas cum vitis, & immoderatis affectibus pugnas virtutem magnam, & planè regiam comparauerunt. E contra verò superbi viles sunt, pusilli, & despicabiles; quibus quia vera magnitudo deficit, ideo ineptus tumor, & quædam ridicula simulatio placet. Hos nullus metuit, nullus reuertetur, quorum magnitudinem simulatam, & quasi in pariete depictam videt. Verum autem humilem omnes suspiciunt, quia licet exterius paruitatem præferat; intus tamen potentem magnitudinem gestat. Quare de humillimo humillimum capite, Christo Iesu, ait Isaias: Quiescite ab homine, cuius spiritus in naribus eius est, quoniam excelsus reputatus est ipse. ]

**B** Cavete, inquam, vobis, & ne peccatis vestris ad iram prouocetis hominem illum, qui licet verus homo sit, & perinde atque alij homines, halitum in naribus habeat, tamen per diuinitatem absconditam altissimus est, in cuius indignationem incurrere terribile est.

**E** Profecto humiles in oculis Domini, atque in oculis hominum magni sunt. In conspectu quidem Domini, quoniam ille magnos fecit, & magnos habet, quibus vnigeniti Filij sui, qui exemplar humilitatis fuit, similitudinem impertiuuit. Illos Deus exaltat, atque magnificat, quos non dona sua suffragantes, sed verè dona Dei esse confitentes, ei pro illis gratias agentes considerat. Hoc sciebat Samuel, qui ita locutus est ad Saul: Nonne cum paruulus esses in oculis tuis, caput in tribus Israel factus es; vnxitque te Dominus in regem super Israel? ] Mira quidem sententia: homo cum paruulus, id est, humilis

Iob 38. 3.

Greg. 28. mor. c. 4.

Isa. 1. 22.

1. Reg. 15. 17.

est

Gen. 3. 5.

Chryst. h. 16. in Gen.



est in oculis suis, in oculis Domini magnus effici-  
tur, & cum in suis oculis magnus est, tunc vilis fa-  
ctus testimonio Domini reprobat. Saul humilis  
ad regnum eligitur, & Saul superbus, & ex tempo-  
rali potentia se iam paruulum non agnoscens, è re-  
gno deicitur. Quis non videat humiles à Deo ma-  
gnos fieri, & magnos haberi; superbos verò vilissi-  
mos ac abiectissimos reputari? Nec mirum erit, quòd  
magni in conspectu Domini, in oculis quoque ho-  
minum magni sint: nec quòd homines suspiciant, &  
venerentur, quos Deus attollere, & exaltare digna-  
tur. Illi ergo (faciente Deo, & pulchritudine humi-  
litate exigente) humiles magnos reputant, & vt ma-  
gnitudine, ac sublimitate præditos eximio honore  
profrequuntur. De quo hæc pulchrè scripsit Ambro-  
sius: Hæc humilitas, virtutum omnium caput est,  
quæ totum, velut quoddam nostrorum actuum fo-  
uet corpus. Quamuis infirmus aliquis sit, pauper,  
ignobilis, tamen si non se extollat, & præferat, ipsa  
se humilitate commendat. Si aliquis prædiues, &  
nobilis, idem si nobilitatem generis & diuitias suas  
iacet, insolentia sibi vilis est. Sit aliquis facundus  
& fortis, qui tumore facundia, ac virtutis elatus, plu-  
rimum sibi arroget: nonne ei propter verecundiam,  
& insipiens plerumque & inualidus antefertur? De-  
nique Phariseus in Euangelio, cum abstinens, &  
parcus esset alieni, liberalis sui, non refugus ieiunij,  
vt ipse dicebat, tamen propter iactantiam, etiam il-  
la, quæ habere poterat, amisit. Nihil ei tor genera  
virtutum vno vitio decolorata prodesse potuerunt.  
Publicanus, qui nihil enumerare poterat, quod pos-  
set probare, propter humilitatem tamen iustificatus  
magis, quam ille Phariseus descendit è templo, se-  
cundum quod scriptum est in Propheta: Quia hu-  
miles spiritu saluabit. Nemo damnabit, quos Deus  
seruat; nemo vituperabit, quos Deus ipse excusat,  
nemo viles reputabit, quos Deus ob humilitatem  
sibi gratos reddit, iustitia afficit, & superbis se iactan-  
tibus anteponit. Ergo & humiles apud homines  
etiam magni sunt, quia quos diuina potestas decre-  
uit magnificare, non potest imbecillitas humana  
despicere.

Humiles, magni sunt, quoniam in omni bene gu-  
bernata republica magnum ducitur id, per quod ad  
dignitatem & principatus celsitudinem peruenitur:  
& magni sunt illi, qui in aliquo munere positi, ex il-  
lo ad splendendam dignitatem solent ascendere. Ma-  
gnitudo est, si sis præfectus vrbs, quia ex præfecto  
poteris fieri senator: magnitudo est quòd sis sena-  
tor, quia ex senatoribus præses supremi consilij, aut  
etiam prorex efficitur. Ergo in domo Dei humili-  
tas magnitudo est, & humiles magni sunt, qui iam  
quali in quodam gradu sanctitatis positi propter il-  
lum digni maioribus donis habentur, & in suprema  
dignitate diuinæ familiaritatis collocantur. Hi sunt  
magni, quos Deus non spernit, quia magnitudinem  
in eis participatam ex sua magnitudine posuit. De  
quibus dictum est in Iob: Deus potentes non abi-  
icit, cum & ipse sit potens. Sed non saluat impios,  
& iudiciu pauperibus tribuit. Si enim potentes hu-  
miles sunt, si spiritu pauperes, si quamuis dignitate,  
ac potestate fulgeant, sunt in sua existimatione pusil-  
li, Deus non abominatur eos, non despicit illos, im-  
mò diligit, in magno pretio habet, eisque libentis-  
simè opem deserit. At impios, id est superbos, de sua  
potestate præsumentes, non saluat, sed extremo sap-  
plicio plectendos referat. Meritò verò Deus po-  
tentes humiles diligit, quoniam eos similes Filio suo,  
potentiæ & humilitatis plenissimo, reperit. Meritò  
eos diligit, quia rara, & vix inuenta amabilia sunt, &

rarum est, potentem, & in dignitate sublimi positum,  
humilem inuenire. Quam mirabile id sit, docet in  
hunc modum Gregorius: Mitum valde est cum in-  
cordibus sublimium regnat humilitas morum. Vnde  
pensandum est, quia potentes quique, cum humili-  
ter sapiunt, culmen extraneæ, & quasi longè posita  
virtutis attingunt: & rectè hac virtute Donum  
quantocyus placant, quia illud ei sacrificium humili-  
ter offerunt, quod potentes inuenire vix possunt.  
Subtilissima namque ars viuendi, est culmen tene-  
re, gloriam premere, esse quidem in potentia, sed po-  
tentem se esse nescire: ad largienda bona potentem se  
cognoscere, ad rependenda noxia omne, quod po-  
tenter valet, ignorare. Rectè itaque de talibus dicitur:  
Deus potentes non abiicit, cum & ipse sit po-  
tens. Deum quippe imitari desiderat, qui fastigium  
potentiæ alienis intentus vtilitatibus, & non suis  
laudibus elatus administrat, qui prælatus ceteris pro-  
desse appetit, non præesse. Tumoris namque elatio,  
non ordo potestatis in crimine est. Potentiam Deus  
tribuit, elationem verò potentia malicia nostræ men-  
tis inuenit. Tollamus ergo, quod de nostro contu-  
limus, & bona sunt, quæ Deo largiente possidemus.  
Hæc ille. Sed si diuites, & potentes ob humilitatem  
grati Deo sunt, certè eorum thesauri, ipsorumque  
potentia non tam in diuitiis, atque potentia, quam  
in humilitate consistit, quæ illis apud summum om-  
nium rerum conditorem gratiam peperit, & fami-  
liaritatè conciliauit. Ergo quicumque humiles,  
licet secundum leges huius sæculi pauperes sint &  
abiecti, magni re vera, & potentes existimandi sunt,  
quorum sola vita & sancta conuersatio Deo nobiles  
& diuites, & potentes commendat.

Et verè ita est; quis enim humiles non magnos  
& potentes iudicet, siquidem mente excelsa, & altis  
cogitationibus, & desiderijs præditi sunt? Equidem  
iudico magnos non tam metiendos esse diuitiis, aut  
temporali potestate, quam magnanimitate, & stu-  
dijs præcellis, ac desiderio virtutis. Humiles autem  
in tanta modestia, in tanta rerum temporalium par-  
citate, mirum est quanta magnanimitate polleant,  
& ad quàm ardua & sublimia contendant. Magnū  
est, quæ magnates huius sæculi magna existimant,  
parua æstimare, & vt vilia, & nullius pretij contem-  
nere. Sed hæc continent humiles, qui honores, &  
dignitates huius temporis profus indignas iudicant,  
in quibus amor nostræ mentis colloctur. Magnū  
est, vultum potentum non vereri, minas eorum, &  
indignationem non timere, & quicquid possunt fa-  
cere, pro nihilo ducere. Id faciunt humiles, quia  
cum nihil à potentibus expectent, & Deum prote-  
ctorè sentiant, illos, qui solum possunt occidere cor-  
pus, non timent. Magnū est, intimam Dei amici-  
tiam percipere, & ad imitationem Angelorum aspi-  
rare. Id aggrediuntur humiles, qui ob id temporalia  
aspènantur, vt aeterna & cælestia percipiant. Sunt  
ergo illi magni, qui dum magnitudinem creatam  
reiciunt, quodam modo magnitudine increata ves-  
tiuntur, & verè diuinas proprietates participant.  
Humiles se ex se ipsis insipientes putant, & diuina  
sapientia reguntur: se imperfectos & peccatores exi-  
stimant; at cælesti bonitate decorantur: se impo-  
tentes cogitant; sed Dei potentia fulciuntur, vt ar-  
dua & difficilia, immò & mirabilia aggrediantur, &  
non cæpta, aut semifacta, sed perfecta relinquunt. Se  
temporalibus diuitiis & honoribus exuunt; aut si  
actione non possunt, ea affectu deserunt, & eo ipso  
aeternis donis, & perfecta subiectione ad Deum, quæ  
summa est dignitas, induuntur. Dumque omnem  
huius sæculi altitudinem deserunt, nequaquam eam

perdunt,

Amb. ad  
Psa. 118.  
serm. 20.

Ps. 33. 19.

Iob. 36. 5.

Greg. 26.  
mor. c. 19.



Augu. 14. de Ciuitate. 13.

Psal. 72. 18.

Ephes. 6. 6.

Cantic. 7. 1.

Cantic. 5. 11.

perdunt, sed pro alia sublimitate sine vlla comparatione maiori commutant. Esse autem summam altitudinem ac sublimitatem, subici Deo, Augustinus docet his verbis: Bonum est enim sursum habere cor: non tamen ad se ipsum, quod est superbia, sed ad Dominum, quod est obedientia, quae nisi humilium non potest esse. Est igitur aliquid humilitatis miro modo, quod sursum faciat cor, & est aliquid elationis quod deorsum faciat cor. Hoc quidem quasi contrarium videtur, vt elatio sit deorsum, & humilitas sursum. Sed pia humilitas facit subditum superiori, nihil est autem superius Deo, & ideo exaltat humilitas, quae facit subditum Deo. Elatio autem, quae in vitio est, eo ipso, quo respicit subiectionem, & cadit ab illo, quo non est quicquam superius, & ex hoc erit inferius, & fit quod scriptum est: Deiecisti eos, dum extollerentur. Non enim ait, cum elati fuissent, vt prius extollerentur, & postea deiicerentur; sed, cum extollerentur, tunc deieci sunt. Ipsum quippe extolli, iam deiici est. Quia ergo humiles plane ac perfecte Deo subiecti sunt, ideo magni & sublimes sunt. Si enim sublimitas est, in regno terreno regi immediate subici, & nullum alium superiorem nisi regem agnoscere, quam maior sublimitas erit, nec regibus huius saeculi subici, sed solum Deum regem omnium regum superiorem habere? Hanc sublimitatem, & altitudinem consecuti sunt humiles: non quia non subsint praetatis, & superioribus suis, aut quia non praecipis, & legibus teneantur, quis hoc nisi infans dicat; sed quia in praetatis, & regibus Dei imaginem contemplantur, & in illis Deo obediunt, & illi se subiciunt. Legunt illi in Paulo: Obedite non ad oculum seruientes, quasi hominibus placentes, sed vt serui Christi, facientes voluntatem Dei ex animo, cum bona voluntate seruientes sicut Domino, & non hominibus. Legunt & complent, & in hominibus Deo seruiunt; quod si homines aliquid contra Deum praecipiant, quia vident Deum non inbere, sua sublimitate vtuntur, & hominibus peccatum praecipientibus seruire contemnunt.

Apre igitur sponsa, cum de humilitate laudatur, filia principis vocata est, quasi nobilissima, & nulli alij nisi regi subiecta. Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis, filia principis! O filia principis, o anima vere humilis, o filia regis Christi, o cunctis praetata, & soli Deo tuo amatori subiecta, quam pulchra es in gressibus tuis, quam speciosa in incessu tuo, quam formosa in pedibus, quos calceamenta pretiosa, gemmis distincta & ornata circumsunt. Pedes tui affectus sunt humilitatis, quia sicut pedes terram tangunt, sic & affectus isti sub omnium pedes te demittunt. Incessus tuus exterior, humiliatio tua est, quia in perfectione, & mentis puritatem tui ipsius deiectione progredieris. Calceamenta tua, Dei Angelorumque protectio, qua fit, vt te deiicendo, in pusillanimitatem non transeas: qua fit, vt aggrediendo magna, in superbiam non desideas. Sed gressus tui pulchri sunt, quia dum ex corde te humilias, sponsum pulcherrimum imitaris, & ei, qui incomparabilis pulchritudo est, similis efficeris. Tu illum laudans, a capite laudationem ordinis. Nam verbum tuum est, o sponsa: Caput eius aurum optimum, &c.] & ad bases aureas, nempe ad pedes eius descendis, vt eius charitatem praedices, qua magnitudinem diuinitatis suae, propter nos ad carnis humilitatem depressit. Ille vero tuam laudem attexens non a capite, sed a pedibus inchoat. Vox enim illius est: Quam pulchri sunt gressus tui, vt viam ad magnitudinem demonstraret, &

A hanc aliam non esse, nisi humilitatem, omnibus audientibus aperiret. Cupis, o filia principis, vt dicatur tibi: Caput tuum vt Carmelus, & comae capitibus tui sicut purpura regis vineta canalibus. Vis, inquam, vt caput tuum solum sit Christus, & nulli alteri tanquam vere princeps, & regina nisi Christo subdaris? Enitere igitur, vt pedes tui pulchri sint, & vt incessus tuus decore humilitatis effulgeat. Caput Ecclesiae, o anima Ecclesiae filia, hoc loco Christum significat. Vnde Gregorius ait: Caput Ecclesiae Christus, qui bene vt Carmelus dicitur, quia ipse per passionem, quam sustinuit, ad gloriae Patris est exaltatus. De quo scriptum est: Et erit in nouissimis diebus praeparatus mons domus Domini in vertice montium: in Carmelo quippe Elias orans obtinuit pluiam, & nos in Carmelo orantes, pluiam impetramus, quando in Christum credentes, Christum desideramus, & a Patre irrogationem gratiae suscipimus, quam rogamus. Si itaque humilis fueris, Christum vniue cuius caput habebis, quoniam sicut diabolus, vt inquit Iob, est princeps super omnes filios superbiae, ita Christus humilibus ac simplicibus principatur. Cupis etiam vt comae capitibus tui, quae non solum capiti, sed & toti corpori ornamento sunt, similes sint purpurae regis vinetae canalibus, vt inquam Sancti, qui a Christo, tanquam a capite, pendent, sua protectione, & intercessione te ad modum purpurae indumenti regalis cingant, & ornent? Sint ergo pulchri gressus humilitatis tuae, quia humilitas, quae Christo te subicit, Sanctorum etiam amorem & intercessionem promeretur. Sunt illi instar purpurae quam cuiusdam conchilij puniceus color infundit, quam, si vineta sit, & ligata tincturae canalibus, ipsa tinctura pretiosior & splendidior reddit. Nam & Christi imitatione tinguntur, & quasi eius sanguine rubricantur: quodque diutius illi adherent, eo sunt adepta virtute pulchriores. Si ergo illi te ornant, & cingunt, non poteris non Christum induere, & filia Principis, id est, magna & nobilis apparere. Atque ita intelliges, humilitatem magnorum esse virtutem, quae cor hominis magnum facit, quae in oculis Domini, & in conspectu hominum animam magnam reddit, & iam eam venisse ad perfectionem ostendit.

Canti. 7. 5.

Greg. 11.

Iob.

*Quod Humilitas non deiicit animum, sed mirifice roborat, ad aggredienda difficilia.*

CAPVT XI.

**S**I Magnorum est, difficilia aggredi, & magna ac mirabilia praestare, non erit alicui mirum, si dicamus humiles (quos magnos esse conuicimus) rerum esse magnarum, ac mirabilium patratore, ipsaque humilitate, ad ea facienda roborari. Quae veritas multis rationibus, aut longo verborum circuitu non indiget, sed sola oculorum apertione manifeste conspicitur. Aperi oculos tu, qui haec legis, aspice Ecclesiae magnalia, huiusque sponsae Christi mirabilia, & aperte videbis, vniuersa haec non a superbis, sed ab humilibus fuisse patrata, & ad felicem finem adducta. Redemptio humani generis, & eius a captiuitate daemonis liberatio, opus ob suam extimiam magnitudinem vocatum (licet vere est) opus Dei. Nam in Abacuc legimus: Domine opus tuum, in medio annorum viuifica illud. Et in Isai: Vt faciat opus

Abacuc 3. 2. Isa 28. 21.

suum.]



2. Reg. 13  
8.

1. Cor. 1.  
27.

Pf. 78. 9

Pf. 114. 6.

suum, id est, redemptionem nostram, alienum opus eius, quo aliena à diuina maiestate suscepit, pro illo primo opere faciendo supportauit. Sed hoc opus est Christi humilis, & capitis cunctorum humilium, qui licet præ humilitate esset quali tenerrimus ligni vermiculus, tamen potentia pallio humilitatis tecta interfecit, non quidem octingentos, sed omnes hostes nostros impetu vno, & totum infernum tremefecit. Destructio idololatriæ, demonis cultus sublatio, & totius mundi conuersio, opus magnum & eximium est. Sed hoc opus ab Apostolis humilibus, & despectis perfectum est. Nam quæ stulta sunt mundi, elegit Deus, vt confundat fortia, & ea, quæ non sunt, vt ea, quæ sunt, destrueret, vt non gloriatur omnis caro in conspectu eius. ] Opus etiam fuit admirabile, fidei nostræ comprobatio, & aduersus omnes principes huius sæculi, qui eam persequerentur, veritatis ostensio. Hoc opus Martyres humiles & mansueti perfecterunt, & viri que sexus homines, & in illis virgines tenerrimæ, & annis ac spiritu paruulæ consumarunt. Quorum Martyrum tum victoriam, tum præmia sanctus David decantans, ait: Adiua nos Deus, salutaris noster. Ne fortè dicant in gentibus: Vbi est Deus eorum. ] tæque erga nos obliuionis, & crudelitatis insimulent. Immo innotescat in nationibus coram oculis nostris, nobisque aspicientibus, vltio sanguinis feruorum tuorum, qui effusus est; introeatque in conspectu tuo gemitus cõpeditorum; eorum nimirum, qui pro te in carceres, ac vincula coniecti, tuum præsidium implorant. Ita fiet, Domine, nam iuxta magnitudinem potestatis tuæ nos filios mortificatorum, id est, Apostolorum, in consimilem mortem destinatos, in tuum peculium vendicabis, & vicinis nostris communionem naturæ, sed animo hostibus reddes septuplû, quod meruerunt, & in pœnam opprobrij in te iactati, quod scilicet nos deserueras, æternam damnationem retribuēs. Nos autem, populus tuus, & oues humiles pascuæ tuæ, nostræ mortis commemoratione consistebimur tibi, atque laudabimus per sequentia sæcula, & ex vna generatione in aliam annuñciabimus laudem tuam. Hoc est opus Martyrum. Sed quid vniversa Ecclesiæ magnalia numeramus? Perfecto Pontifices humiles eam gubernarunt, superbi contristarunt; Doctores humiles verbo, & editis voluminibus docuerunt; literati verò superbi erroribus illam decipere tentauerunt, & zizaniam in medio tritici seminare curarunt. Nihilque est magnum aut eximium, quod Deus non humilibus instrumentis effecerit: nihilque pestilens & exitiosum, quod non diabolus hominibus superbis præstare tentauerit.

Hæc autem potestas humilium ad opera mirabilia præstanda non leuibus nititur fundamentis, sed altis, ac profundis est fixa radicibus. Quid enim non poterunt, quid non feliciter ad finem illi perducent, quos Dominus protegit, & sollicitissima quadã prouidentia ab omni malo defendit? Humiles verò sunt diuina semper miseratione protecti. Custodiens paruulos Dominus, ait sanctus David, humiliatus sum, & liberavit me. ] Noui, ô Domine, quia tu es paruulorum, ac humilium custos: eos à malis imminetibus eripis, eos in bonis adiuuas, & à pudore, & ignominia eorum, qui incipiunt, & non perficiunt, liberas. Ideo humilitatem, cordisque simplicitatem sectatus sum, vt te in cunctis periculis liberatorem, & in bonis actibus adiutorem experiar. Humilitatem verò esse, quæ hanc Domini protectionem promereatur, siue quæ nos ac nostra vndiquaque custodiat, scitè adumbratum est in Deuteronomio, vbi hæc de ædificatione nouæ domus inueniuntur scripta

**A** Cùm ædificaueris domum nouam, facies murum tecti per circuitum, ne effundatur sanguis in domo tua, & sis reus labente alio, & in præceptis ruente. In quem locum ita philosophatur Beatus Dorotheus; dum virtutum adeptio ædificationi domus comparauit. Post tectum quoque circum coronam opus est. Est enim in lege præceptum: Si ædificaueritis vobis domum, circum coronam illi apponite, ne cadant paruuli vestri ab alto. Corona hæc, humilitas est; ea enim (vt dixi) coronat, & seruat virtutes omnes; & omnis virtutis perfectio eget humilitate. Sanctorum namque omnium profectus, accessus est ad humilitatem. Et (vt saepe dixi) quo quisque magis Deo adhæserit, eo se magis peccatorem agnoscat, & intelliget. Qui sunt autem paruuli, de quibus lex ait: Ne cadant paruuli à domo? Paruuli, cogitationes sunt in anima nostra conceptæ, quæ sunt per humilitatem custodiendæ, ne ab ipsa domo corruant, & hanc dicimus perfectionem esse virtutum omnium. ] Hæc ille. Est itaque humilitas, quæ cogitationes nostras, id est, ea, quæ cogitauimus, & facere decreuimus, defendit, atque custodit. Nam si absque humilitate aliquid statuamus, & quasi nobis ipsis fidentes facere præsumamus, aut nunquam incipimus (auxilio Dei nos deserente, vt concipiamus sanam mentem) aut post paulum per incõstantiam deserimus, vel si aliquando perseceuerimus, dirutum post paulum ac dissipatum videmus. Apertèque cognoscimus humilitatem esse murum, siue coronam, domum vitæ nostræ cingentem, quæ prohibet ne opera nostra cadant, & ne nostri conatus euanescant. Dicebat Idumæa sibi ipsi confidens: Destructi sumus, sed reuerentes ædificabimus, quæ destructa sunt. ] At dixit Dominus, superbos iridès: Isti ædificabunt, & ego destruaam, & vocabuntur termini impietatis, & populus, cui iratus est Dominus vsque in æternum. ] Ista est superbiorum pœna, quorum Deus opera destruit, & conatus euerit, cùm tamen opera humilium promoueat, & ad perfectionem adducat. Nam cùm ipse sit, qui incipit in illis opus bonum, ipse perficit vsque in diem Christi Iesu, vsque in illum scilicet diem, quo suorum operum mercedem accipient.

Non solum ergo humiles à Domino proteguntur, & ab ignominia instabilium, qui incipiunt, & non perficiunt, eripiuntur, sed etiam mirabiliter adiuuantur, vt cæpta perficiant. E contra verò superbi mille obstaculis se sentiunt obstringi, ne quæ aggrediuntur, ad finem vsque perducant.

**D** Vtrumque expressit manifestè Salomon in Prouerbiis dicens: Ipse, scilicet Dominus, deludet illufores, & mansuetis dabit gratiam. ] Quem locum adducens Iacobus Apostolus, citansque secundum versionem septuaginta virorum, sic ait: Propter quod dicit, nimirum scriptura, Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. ] Vnde iidem sunt superbi, qui & illufores, id est, quæ humiles, qui & mansueti. Illis itaque resistit Deus, illos deludit, his autem suam gratiam cõcedit. Quare superbi illufores? Quare? Quia ex animi superbia bene mouentes rident, & veluti insipientes, & inania consulentes, contemnunt. Quia sibi quod alienum est, arrogat, nempe Dei, & ex bene gestis gloriam apud homines captant. Et quare humiles mansueti? Quare? Quia verba Dei cum tremore suscipiunt, & quia longanimitè, & patienter eius adiutorium expectant. Illos deludit Deus, quia eorum curas, & sollicitudines ad aliquid peragendum inanes esse manifestat, & risui, ac fannis inspicientium exponit. Illis resistit, & ipsos impedimentis circumdat, & viam illorum sepit spinis, ne aliquid vtile ac memoria dignum faciant, & ne eorum opera

Deut. 22.  
8.

Dorothe.  
doct. 14.

Mal. 1. 4.

Prouer. 3.  
34.

Iacobi 4.  
5.

tempore

De Praconio Humilitatis  
Tom. 1.



tempore diuturno subsistant, sed ut fumus evanescent. O quam copiose sanctus David hanc Domini gloriam, ac superbiorum imbecillitatem decantat. Veruntamen propter dolos posuisti eis, ] ut decipiantur, dedisti eis temporalia bona, ] deiecisti eos a desiderio suo, dum alleuarentur, ] dum conarentur se erigere, & egregius facinoribus se magnos, ac potentes declarare. Quomodo facti sunt, in desolationem subito descenderunt, perierunt propter iniquitatem suam. Velut somnium surgentium, Domine, in civitate tua ] in Ecclesia tua [ imaginem ipsorum, ] id est, gesta, quibus memoriam, & nomen apud homines quarunt, ] ad nihilum rediger. ] At mansuetus, & humilibus Deus dat gratiam, Quam gratiam? Gratiam ad concipiendum, gratiam ad patiendum, gratiam ad educandum, gratiam ad collocandum in statu filios, quos in lucem ediderant. Accipiunt humiles gratiam ad concipienda bona opera, & a Deo quasi generante docentur, quomodo ea debeant efficere. Dicitque eorum quilibet: Deus, docuisti me a iuventute mea, & vsque nunc pronuncio mirabilia tua. ] Habent gratiam ad pariendum, & ad incipiendum exterius, quod mente conceperunt. Nam & ego, inquit, confitebor tibi in vasis psalmi, ] quod mente concepi, adhibitis musicis instrumentis voce promam: immo & operibus meis, quae apud te non minus suaviter quam musica instrumenta sonant, tuam laudem, quae melius operibus, quam verbis exhibetur, edicam. Data est illis gratia ad edicandum, id est, ad progrediendum in bono opere. Os meum, inquit idem humilis, annuntiabit iustitiam tuam: ] ac in servandis promissis fidelitatem, qua iuvas sperantes in te, & quia semper eam expetior, non aliquo vitae meae momento, quae instat vnius diei est, annuncio magnalia tua, sed tota die salutare tuum. Data est tandem illis gratia ad perficiendum; quare & idem ipse humilis certus quod accipiet, deprecatur: Et vsque in senectam, & senium, Deus, ne derelinquas me: donec annuntiem brachium tuum generationi omni, quae ventura est: ] quousque, inquam, quod capere peragam, & tuam gloriam notam hominibus faciam. Iuuantur itaque humiles potenti auxilio Dei, ut quod aggressi fuerint, mirabiliter finiant.

Hinc oritur humilium robor, & mirabilis audacia ad aggredienda ardua & difficilia, quia Deum sibi adiutorem sentiunt, & sua omnia oculis benignis aspicere, & providentia speciali gubernare cognoscunt. Mens namque baculo arundineo nixa, quantumvis se ipsam roborat, casum timet, & pusillanimitas facta, ac difficultatibus pressa, ab eo, quod cœperat, retrocedit. At mens forti protectione munita, & baculo, qui frangi non possit, sustentata, nihil metuit, & magnanimitas effecta, quantumvis difficultates & obstacula insurgant, in cœpto, donec finem videat, persistit. Superbi autem sibi metipsis nituntur, qui licet se potentes cogitent, cor tamen, quod fidele est, imbecillitatem maximam sub velamine superbiae latere perentit; ideo oborta qualibet difficultate, cadunt, & timore perterriti, a cœpto discedunt. E contra humiles non in se ipsis, sed in Deo solo confidunt, ipsum omnipotentem esse sciunt, ipsum amabilem protectorem experiuntur, quare alacriter & fidenter in eo, quod aggressi sunt perseverant, & difficultates, ac impedimenta emergentia conculcant. Quid timeret sanctus Ezechiel, cum audiebat dicentem Dominum: Ecce dedi faciem tuam valentiorum faciebibus eorum, & frontem tuam duriorem frontibus eorum. Ut adaman-tem, & ut silicem dedi faciem tuam, ne timeas eos.]

Psal. 72. 13.

Psal. 70. 17.

Psal. 70. 12.

Psal. 70. 15.

Psal. 70. 17. 18.

Ezech. 3. 8.

A Sed hæc verba, & similia a Domino immissa audit sæpe humilis in corde suo. Tu imbecillus es, sed ego te fortem faciam: tu ignarus, sed ego te in doctorem aliorum proponam, tua insipientia, & infirmitate sapientes huius mundi confundam, & potentes vincam. Quid hæc promissione roboratus non facies? Quam difficultatem non superabit? Pauper quasi naturaliter parcus est, & obolum, quem forte solum possidet, non vellet infumere: sed si sibi ad dispensandum ampla regis patrimonia committantur, quam liberaliter argentum effunder, quam profuse aurum in pauperes erogabit? Homo inualidus atque infirmus, nec cum puero irato decurrere audebit, at a robustissimis militibus adiutus, atque circumdatus, audacter cum gigante pugnabit. Claudus suis pedibus, nec quartam leuæ partem ambulare poterit, sed velocissimè equo insidens, aut curtu vectus magna etiam terrarum spatia peragere valebit. Sic prorsus humilis pauper est, & sua paupertas est satis sibi nota: infirmus est, qui nec culicem vincet; claudus, & mille satenis impeditus, ne opus alicuius momenti, aut difficultatis possit attingere. At non suas, sed Dei opes, diuitiasque dispensat, & abundantissima eius auxilia sibi prerogata distribuit: non suis, sed Dei viibus pugnat: non carnis pedibus ambulat, sed Angelorum humeris sustinetur, quid mirum, si magna audeat; si in arduis, & difficilibus nunquam desistat. Immo mirum esset, si pusillanimitate ligaretur, & non ad magna se extenderet, qui manifestè nouit sibi nihil deesse ad magna patranda; non quia talentum ad magnum opus ex se habeat, sed quod beneficio Dei humilium adiutoris quasi mutuo sibi datum intelligat. Qui sapissimè expertus est, humiles, quorum est similis, mirabilia pro Dei honore fecisse, & nullam non difficultatem superasse. Qui apertè scit ad incredibilem Dei gloriam pertinere, si humilis quisque magna opereatur, quoniam cum vires alienas esse, & tibi a Deo datas agnoscat, a se gesta non sibi tribuit, sed Deo in ipso, & per ipsum operanti non minus humiliter, quam veraciter ascribit. Reges quidem huius sæculi strenuos, & fortes, ac bono ingenio, & acri iudicio famulos quarunt, quibus sua negotia committant, quoniam illis robor, & vires ad negotia peragenda dare non possunt. At Dominus, qui vitium, & omnis creatæ potestatis est auctor, ] non in fortitudine equi voluntatem habebit, nec in tibiis viri beneplacitum erit ei. Sed beneplacitum est Domino super timentes eum; & in eis, qui sperant super misericordia eius. ] Est ac si dicat: Non fortes eligit Deus, & armis instructos, ut hostes suos deiciat, & perimat, sed humiles, & sibi ipsis non fidentes vocat, ut quisque opus magnum videns, non brachium hominis, sed Dei potentiam ibi operatam esse animaduertat.

Mirabilis est profecto hæc potentia humilitatis ad difficilia aggredienda, & magna patranda; quia virtus illi, quae primo aspectu videbatur a magnis, & arduis retrahere, ad res arduas & difficiles aggrediendas inuitat. David ex noetia ignorantiae suae sanctam quandam audaciam ad cognitionem diuinorum mysteriorum assumit. Quoniam non cognoui literaturam, inquit, introibo in potentias Domini: Domine memorabor iustitiae tuae solius. ] Quid dicis sancte Rex? Quid effaris sapiens Propheta? An quia ignarus es, & disciplinis scholarum vacuus, ideo arcana caelestia cognosces? Immo & ob id non cognosces. Nam & nos multis annis, & indefesso studio in disciplinas

et hanc

et hanc

Psal. 145. 10.

Psal. 70. 17.





Philosophorum incumbimus, & eis quali ancillis disponimur, vt tandem bene parati ea, quae Dei sunt, attingamus. Scimus etiam, innumerabiles huius tempestatis haereticos à via veritatis errasse, quia postquam nescio quas quisquillas vanæ eloquentiae deorarunt, auri sunt in abecia diuinorum irumpere, & absque Philosophia, & scholastica doctrina notione mysteria scripturae tractare. Et quomodo tu creis: Quia ignarus sum; diuina cognoscant, quia idiota sum, mysteria vix sapientibus nota peradam? Verum dico, inquit, quia non à me, sed à Spiritu Domini doctus & incitatus dico: Quoniam humilis sum, quoniam me ignatum nescio, ideo ingrediar, ideo consequar, ideo voluntatem Domini sequar, vt me sua opera magnifica doceat, vt meum os ad narrandam suam iustitiam, & fidelitatem aperiat: quia ille humiles erudit, superbos autem & inflatos excaecat. Moses ducatum populi Israelitici detrectauit, & tamen visionem Domini concepit. Si inueni gratiam, ait, in conspectu tuo, ostende mihi faciem tuam. Quid est hoc, magne Moses? Deum videre, ipsum alloqui, & cum illo conuersari aude, & hominibus impetare non aude? Quodnam maius est, an homines gubernare, an Deum, cuius aspectus omni viuenti negatus est, facie ad faciem in vita mortali conspiceret? Ego, inquit, hominibus impetare non metuo, Pharaoni resistere, & populum ab eius dura seruitute liberare non timeo, sed tanquam humilitate donatus, honorem fugio, & auram popularem extimesco. At à Domino ad populum regendum adactus, tantum abest vt robur mentis ad gubernationem non habeam, quod potius maiora & sublimiora, sed humilitati minime contraria proco. Geodeon etiam de se ipso humiliter sentiens, ducis nomen & munus subire noluit. Vnde Angelo dicenti sibi: Vade in hac fortitudine tua, & liberabis Israël de manu Madian: scito quod miserim te. Respondit: Obsecro mi Domine, in quo liberabo Israël, ecce familia mea infima est in Manasse. At postquam audiuit: Ego ero tecum, & diuini adiutorij signum accepit, quid non fecit, quas strages in hostes non exercuit, in quo non Madianitas superauit? Est quod humilitas magna potest, & homini impossibilia aude, quia mansum Domini, cui omnia possibilia sunt, adiuantem persentit. Est quod humiles dicunt: Hi, scilicet superbi, in carribus, & hi in equis; nos autem in nomine Domini Dei nostri inuocabimus. Illi obligati sunt, sua nempe superbia ligati, suaque temeritate compediti, & ceciderunt: nos autem humilitate [surreximus,] & ad magna [ereciti sumus.]

Humilitas ergo non tollit robur, sed auget ad magna faciendā, quia Dominus humilibus vires & fortitudinem ad laborandum addit, illis scilicet, qui non in se, sed in ipso Domino gloriantur, eumque autorem bonorum omnium confitentur. Quare Augustinus optime, & sapienter iustorum exaltationem humilitati eorum tribuit. Humilis autem, inquit, vltimum se iudicat, & blando vultu terram intuens coram Deo eminens apparet, & cum omnia fecerit, dicit, seruus inutilis sum, & se nihil fecisse testatur. Et Deus diuulgat opera ipsius, & profert in medium, mirificatque facta ipsius, & exultat, & clarum facit eum, & in tempore precum suarum, quod postulat, impetrare potest apud Deum. Hæc, & his similia sola humilitas obtinet apud Deum, quia ipsa est sessio, & delectabile cubile Domini nostri Iesu Christi, qui ait: Super quem requiescam, nisi super humilem & quietum? Hæc

Exod. 32. 13.

Judic. 6. 14. 15. 16.

Psal. 129. 8.

Aug. lib. de salutar. document. c. 31. 607. 4.

A ille. Tu ergo, ô iuste, qui ad res magnas & sublimes aspiras; qui cupis non in infinitis, sed in supremis occupari; & labores mirabiles adoriri; humilitatem in primis habere curato, quia ad hæc faciendā & præstanda fulciaris; si humilis es, nunquam inanes honores ambabis, nunquam negotiis supra facultatem tuam, ad quæ non vocaris, te ingeres. At Dominus tu recordabitur, ipse (si ita expedierit) te vocabitur; ipse te è loco obscuro extrahet, & quasiuis ænitentem in loco sublimi constituet. Cui autem te humilem, id est; instrumentum aptissimum ad suam gloriam quarendam intenerit, pro te magna operabitur, bonos faciat, & superbos confundet, qui aspicient humilem ad magni momenti actiones electum, & se propter elationem contemptos atque relictos, non habebit in oculis.

B **Omniū bonorum perfectiōnem ambulantibus, Humilitatem esse sectandam.**

CAPVT XII.

**Q**UOD DOMINUM aliquam extituerit, ac edificare disponunt, primo fundamenta iaciunt, & de expensis ad edificationem necessariis cogitant, scientes, quod sine fundamento periculose edificij moles erigitur, & sine expensis non sine aspicientium risu ceptum opus omittitur. Humilitas autem (vt diximus) est vitæ spiritualis; ac totius perfectionis fundamentum; est thesaurus ditissimus, quo continentur abundantissima Dei auxilia humilibus prærogata, quibus domus cordis superbia dirutam, ac solo æquatam in pristinum splendorem innocentia restituumus. Ergo in vanum laborat, qui sine sollicita humilitatis cura hanc domum edificat. Nam vel nihil virtutis & sanctitatis acquirit, vel si quid acquiserit, manifestissima & citissima ruinae exponet, & tanquam expensis, & sumptibus vacuus à labore cessabit. Humilitas non minus animæ nostræ necessaria est quam corpori vestis & cibus, sine quibus temporis inlurias depellere, & vitam sustentare non potest. Magnus Ephraim inquit: Sicut corpus, sine calore, sine frigore obnoxium sit, vestimento indiget; ita & anima perpetuo humilitatis indumento habitique opus habet. Humilitas igitur indumentum est animæ, quæ in æstu prosperitatis nos protegit, & in frigore aduersitatis defendit. Sine illa nec iactantiam, aut inanem gloriam virtutes depradantem fugimus, nec ab ira & appetitu vindictæ liberamur. Quis in mediis laudibus, & prosperitatibus huius vitæ absque humilitate non inflatur? Quis in persecutionibus, & iniuriis sine humilitate non ira inflammatur, non pusillanimitate contrahitur, non impatientia discerpitur? Certè nullus. Quare constat, humilitatem esse vestem pulcherrimam, quæ huiusmodi iniurias vitiorum propulsat, & animam fouet, & ornat. O pulchram & splendidam vestem! quam Christus pulcher sponus induit, quando Ecclesiam vxorem ducturus, & cum ea nuptias celebraturus aduenit. Si enim ad solennitate nuptiarum regis, splendidissimæ illi vestes præparantur, qualis erit splendor, qualis pulchritudo eius vestis, quæ non regi terreno ad thalamum procedenti parata est, sed ad vsum regis cælestis inuenta? De eo cant

Ephraim de vita spirituali ad nouit. c. 64.





Pf. 18. 5.

Propheta rex: In sole posuit tabernaculum suum: & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo. ] Quid est in sole? In propatulo, in magna claritate, in apertissima manifestatione tentorium constituit, dum mysterium incarnationis suae hominibus patefecit. Et quod eius tabernaculum? Corpus ex genere Adami illius hominis terreni susceptum, ut secundus hic homo illum primum hominem caelestem efficeret, non ut ipse terrenus permaneret. Et quis thalamus, unde exiit? Vterus virginalis, ex quo hic nouus & increatus sol ad salutem generis humani processit. Inde autem processit, ceu sponsus gemmis pretiosissimis adornatus, & nuptialibus vestimentis indutus. Quae autem sunt haec vestimenta? Infantia, imbecillitas, nuditas, paupertas. Quae sunt ista vestimenta? Totius deiectionis, & propriae despicentiae demonstratio, totiusque humilitatis, intus in sanctissima anima latentis, ostensio. Quae sunt ista vestimenta? Viles panniculi, quibus carnem eius tenerrimam mater virgo contexit. Et pannis, inquit, eum inuoluit, & reclinauit eum in praesepio, quia non erat ei locus in diuersorio. ] Nuptialis igitur vestis regis gemus, ac Filij Dei humilitas fuit, hanc sibi circumdedit, ut in mundum ad connubium celebrandum cum Ecclesia procederet. Vnde haec vestis erit splendore illustris, pulchritudine mirabilis, & pretio ac valore incomparabilis.

Luca 2. 7.

Nobiles vero, qui in regia habitant, qui regem circumsepunt, qui eum ad nuptias euntem allestantur, similes vestes sibi parant, ut regi ipsi similes, & aspicientibus se gratos exhibeant. Et ideo omnes Sancti, & viri perfecti hanc humilitatis vestem sibi comparare curant, sine qua nec Dominum suum comitari, nec ad nuptias eius audent accedere. Quid restat, nisi ut nos, qui ad nuptias Christi pertinere, & eius similitudinem habere gestimus, humilitatem induamus? Haec vestis signum Saluatoris in Christo fuit: nam & pastoribus dictum est ab Angelis: Inuenient infantem pannis inuolutum: ] nobis autem eadem data est in signum salutis. Qua qui caruerit saltem in aliquo gradu proculdubio signo electionis carebit. Verè enim Bernardus hunc eundem sponsum alloquens, ait: In signum positi sunt panni tui, Domine Iesu, sed in signum cui a multis vsque hodie contradicitur. Multi quippe vocati, sed non multi electi, & ideo nec signati. ] Primus ille homo, qui nos perdidit, vestibus pelliceis indutus est, vestibus animalium mortuorum, quae more nobilium huius saeculi delicias, & diuitias, & fastum ostentant. Has querant, has ament, & his induantur, qui illum primum hominem sequi, & imitari non verentur. At secundus homo pauperculus, & despiciabilibus pannis obuoluitur. Et Zacharias ait: Iesus sacerdos, nempe ille magnus, qui Christum signabat, erat indutus vestibus sordidis, ] suae profecto passionis & humilitatis indicibus. Has autem inquirant, has diligant, & mundi honoribus anteponant, qui mundo valedixerunt, ut Christi vitam & conuersationem sequerentur. Iacob vestes fratris maioris Esau furatus est, vel ad tempus mutuauit, ut frater appareret, & benedictionem, ac hereditatem fratris acciperet. Hac arte, quod in votis habebat est consecutus. Denique ut sensit Isaac vestimentorum illius fragrantiam, benedicens illi, ait: Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus. Det tibi Deus de rore caeli, & de pinguedine terrae abundantiam frumenti, & vini. ] Eadem arte nos ut oportet,

Luca 2. 12.

Bern. ser. 4. in Natali Domini.

Zachar. 3. 3.

Gen. 27. 27.

A si Christi habere benedictionem optamus. Induamus nos vestibus eius valde bonis ( neque enim nisi admodum bonae, & pulchrae esse possunt vestes illius, qui est summè pulcher, & bonus ) circumdemos nos indumentis humilitatis, quorum odor Angelos, & homines recreat, & sic benedictionem eius consequemur. Sentiet ipse vestimentorum Christi fragrantiam, & modestiae, humilitatisque suauitatem, & nos talibus vestimentis cooperatos sua benedictione dignabitur. Dabit nobis de rore caeli, & de pinguedine terrae, ut scilicet in caelo inter humiles Angelos exaltemur, & in terra apud homines laude ( quam non quaerimus ) & bono nomine, ac virorum iustorum opinione repleamur. Dabit abundantiam frumenti & vini, ut scilicet virtutum fructibus, qui frumento signantur, & caelesti consolatione, cuius vinum est typus, satiemur.

B Est igitur humilitas, iustorum vestis, est etiam cibus, cibus incipientium, qui sui desipientia, & propriae vilitatis notitia pascuntur: cibus proficientium, qui honorum & dignitatum conculcatione proficiunt: cibus perfectorum, qui tunc misericordiam suam puritatem augent, cum omnes etiam minimos sibi praeponunt. Cibus est humilitas, quae famem pellit, quia ad multitudinem bonorum operum, quibus satiamur, impellit. Humiles enim quo se pauperiores putant, eo amplius in bonorum operum studio laborant. Cibus est, qui sustentat, & reficit, quoniam, qui se humiliant, robur accipiunt, quo in vita spirituali laborant. Cibus est, qui recreat, quia gustantibus sui ipsorum deiectionem suavis dulcisque sentitur, licet à non gustantibus satis infans & amara videatur. Hunc cibum Saluator noster sibi assumpsit, de quo scriptum est in Isaia: Butyrum, & mel comedet, ut sciat reprobare malum, & eligere bonum. ] Cum incarnationis Verbi sit mentio, cum natalis paruuli ex virgine nati sit commemoratio, tunc eius cibus non casu oblat, sed ab ipsa sapientia Patris electus, mel & butyrum asseritur. Quo cibo eius humilitate eximiam iudico fuisse signatam. Quid ergo butyri & mellis ad humilitatem? Multum per omnem modum.

C Quid butyrum nisi pinguedo lactis: & quid humilitas nisi pinguedo vniuersae virtutis, quae dum attenda meditatione exprimitur, mens suarum virtutum imperfectionem videns, ad humilitatem incitatur? Quid mel nisi opus apum, suauitas ciborum, ac purgatio cruditatum? Et quid humilitas, nisi studium iustorum, condimentum bonorum operum, & propriae aestimationis expulsio? Hanc ipsi ex floribus faciunt, id est, ex exercitatione cuiusque virtutis eliciunt. Hac vniuersa sua opera condiunt; hac non solum ex malis, quae faciunt, sed etiam ex bonis, dum eorum imperfectiones considerant, se ipsos deiciunt, atque compungunt. In natali ergo suo, quin & in omni vita sua ( nam & in natali expressit, quod in vita praesumpsit ) Christus mel, & butyrum comedit, quia humilitatis studia assumpsit, & nobis non utcumque, sed magnis conatibus demonstrauit. Hanc eius humilitatem graphicè Bernardus describit in hunc modum. Primus Adam pelliceis vestitur tunicis, pannis secundus obuoluitur. Non est tale iudicium mundi. Aut iste fallitur, aut mundus errat. Sed diuinam falli impossibile est sapientiam. Merito proinde & carnis prudentia ( mors siquidem & ipsa ) inimica est Deo; & saeculi quoque prudentia stultitia nominatur. Quid enim? Christus utique, qui non fallitur, elegit quod carni molestius est. Id ergo melius, id vtilius, id potius eligendum, & quisquis aliud doceat, vel suadeat, ab eo tanquam à seductore

Isaia 7. 15.

Bern. ser. 3. de Natali Domini.

Bern. ser. 3. de Natali Domini.

1. Cor. 3.



caendum, iam verò etiam nocte voluit nasci. Vbi sunt qui tam impudenter ostentare gestiunt semetiplos: Christus elegit, quod salubrius iudicat, vos eligitis, quod reprobatur ille. Quis prudentior è duobus? Cuius iudicium iustus: Cuius sententia sanior? Denique tacet Christus, non se extollit, non magnificat, non prædicat, & ecce annunciat eum Angelus, laudat multitudo cælestis exercitus. Et tu ergo, qui Christum sequeris, inuentum absconde thesaurum. Ama nesciri, laudet te os alienum, sileat tuum. Adhuc autem in stabulo nascitur Christus, & in præsepio reclinatur. Et nonne ipse est, qui dicit: Meus est orbis terræ, & plenitudo eius? ] Quid ergo stabulum elegit? Planè ut reprober gloriam mundi, damnet sæculi vanitatem. Nec dum loquitur lingua, & quæcunque de eo sunt, clamant, prædicant, euangelizant. Ipsa quoque infantilia membra non silent. In omnibus mundi iudicium arguitur, subvertitur, confutatur. Quis enim hominum, si daretur optio, non magis eligeret robustum corpus, & ætatem intelligibilem, quam infantilem? O sapientia, quæ de occultis traheris, ò verè incarnata & velata sapientia! Et tamen, fratres, ipse est promissus olim per Isaiam paruulus [sciens reprobare malum, & eligere bonum.] Malum ergo, voluptas corporis, bonum verò, afflictio est. Siquidem & hanc eligit, & illam reprobatur puer sapiens, Verbum infans. Verbum enim caro factum est, ] caro infirma, caro infantilis, caro tenera, caro impotens omnis operis, omnis laboris impatiens. Hactenus ille. Si ergo humilitas, est cibus noster & vestis, omni cura à nobis sectanda est, nam sine illa, fame peribimus, & nudi in conspectu diuinæ maiestatis apparebimus. Adam nudus, & à Domino ad iudicium vocatus, se præ magnitudine doloris abscondit: & nos hac veste spoliati, quæ comes est charitatis, audebimus Domino stare, & sententiam non damnationis, sed absolutionis exposcere? Nemo erit tam perfida frontis, ut talia audeat, quòd si fuerit, non miserationem, sed indignationem Domini, quandiu in superbia perseverauerit, promerebitur.

Sed aliud est quod nos ad hunc humilitatis cibum, & ad hoc propriæ despicientiæ vestimentum quærendum inuitat. Id scilicet, quod sibi corporis pretiosi, & vestes pulchræ magno pretio, atque adeò non facile coëmuntur. Humilitas autem licet tam salubris & pulchra sit, facillimè comparatur. Habemus enim multa vilia, multa probrosa, multa ignominiosa, quorum non tam traditione, quam consideratione ad humilitatem adigimur. Nam quis, quæso, suam originem, suum statum, & suum finem consideret, qui non se sentiat ad humilitatem & sui contemptum incitari? Quòd si facile est, hæc meditari, quæ in prospectu sunt nostro, & quæ nunquam è nobis abiicimus, facile etiam erit ad humilitatis studium perimoveri. David rex sapiens, & à Deo dilectus aiebat: Adolescentulus sum ego & contemptus, iustificationes tuas non sum oblitus. ] Sequè ipsum non semel pauperem & mendicum appellat. Et quis difficile existimabit humiliter de se concipere, & se ipsum vilem, & nullius pretij reputare? Non illum efferebat potentia regalis, non sapientia extollebat, non dona accepta dementabant; & nos infirmitate superbiemus, infipientia gloriabimur, & ipsa mendicitate tumidi & elati incedemus? Hoc si attentè inspicatur, apparet difficile, facile verò in tantis miseris humiliari. Nec dum quod superbia in paupertate nos facit ridiculos & viles; & humilitas in sublimitate honorabiles, & magnos reddit, & facile est eam virtutem amplecti,

A cuius honor comes est. Vnde Gregorius omnia, quæ hactenus dicta sunt, quasi in compendium redigens, & superborum vitiatem, humiliumque sublimitatem exponens, ita ait: Aliter admonendi sunt humiles, atque aliter elati. Illis insinuandum est quàm sit vera excellentia, quam sperando tenent, istis verò intimandum est quàm sit nulla temporalis gloria, quam & amplectentes non tenent. Audiant humiles quàm sint æterna, quæ appetunt, quàm transitoria, quæ contemnunt. Audiant elati quàm sint transitoria, quæ ambiunt, quàm æterna, quæ perdunt. Audiant humiles ex magistra voce veritatis: Omnis qui se humiliat, exaltabitur. ] Audiant elati: Omnis, qui se exaltat humiliabitur. ] Audiant humiles: Gloriam præcedit humilitas. ] Audiant elati: Ante ruinam exaltatur spiritus. ] Audiant humiles: Ad quem autem respiciam, nisi ad humilem, & quietum, & tremementem sermones meos? Audiant elati: Quid superbis terra & cinis? Audiant humiles: Deus humilia respicit. Audiant elati: Er alta à longè cognoscit. Audiant humiles: Quia Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare. Audiant elati: Quia initium omnis peccati superbia est. Audiant humiles: Quia Redemptor noster humiliavit semetipsum, factus obediens Patri usque ad mortem. Audiant elati, quod de eorum capite scriptum est: Ipse est rex super omnes filios superbia. Occasio igitur perditionis nostræ, facta est superbia diaboli; & argumentum redemptionis nostræ inuenta est humilitas Dei. Hostis enim noster inter omnia conditus voluit videri super omnia elatus, Redemptor autem noster magnus manens super omnia, fieri inter omnia dignatus est paruulus. Dicatur ergo humilibus, quia dum se deiciunt, ad Dei similitudinem ascendant. Dicatur autem elatis, quia dum se erigunt, in apostatæ Angeli imitatione cadunt. Quid itaque elatione deiectus, quæ dum supra se tenditur, ab altitudine veræ celsitudinis elongatur? Quid autem humilitate sublimius, quæ dum se in ima deprimit, auctori suo manenti super summa coniungitur? Hactenus ille. Si ergo humiles honorantur, facile est homini ad honorem proclini ei studere, eiusque amplectum præoptare. Vnde & hic cibus, sine quo non viuimus, & hæc vestis, sine qua nudi & contemptibiles apparemus, paruo pretio emitur, & suauiter pro illa laboratur.

D Tu, ò iuste, qui vitæ spiritualis cultor es, qui perfectionis amator, & vniuersarum virtutum diligens, auidusque sectator, humilitatis iter magno animo ingredi, sine qua nec vitam spiritualem aditices, nec ad perfectionem peruenies, nec virtutes possidebis. Humilitas est fundamentum omnium virtutum, quam oportet in imo cordis iacere, ut securè structura sanctissimorum Dei donorum assurgat. Ipsa est custos, proteatrixque virtutum, quia virtus cito evanescit, quam non humilitatis cura custodit. Et sicut Gregorius ait: Qui sine humilitate virtutes cõgregat, quasi in ventu puluerem portat. Ipsa est quasi finis fastigiumque virtutum, quia perfectus quisque ab humilitate inceptit, & in perfecta charitate nunquam humilitatè deseruit, & charitas quanto illum perfectius Deo iungit, tanto verius propter Deum hominibus subiicit. Humilitatis disciplinam Christus edocuit, quæ tam mirabilis & illustris est, ut ab alio, quàm à Filio Dei tradi nõ poterit. Denique tanta est humanæ humilitatis utilitas (auctore Augustino) ut eam suo commendaret exemplo etiam diuina sublimitas: quia homo superbus in æternum periret, nisi illum Deus humilis inueniret. Venit enim Filius hominis quærere; & saluum facere,

Psal. 49. 12.

Isaia 7. 15.

Ioan. 1. 14.

Pf. 118. 147.

Gregor. 3. p. Pa. flor. admonit. 3.

Lucæ 18. 14.

Prover. 15. 33. 6. 16. 8.

Gregor.

August. tract. 55. in Ioann. 10. 9.

quod

De Praecono Humilitatis Tom. I



quod perierat. Perierat autem superbiam deceptoris secutus, ergo humilitatem redemptoris sequatur inuentus. Qui haec scientiam didicerit, totius vitae Christianae summam comparauit, quia non potest homini ex toto subici, nec Deo perfecte submitti, qui legem non impleuerit, & se ab omni (quo erigitur contra Deum) peccato subtraxerit. Ea quoque & gratus Deo, & Angelis amabilis, & hominibus honorabilis iustus efficitur, quia non potest à Deo ille non diligi, qui sermones eius obseruat, nec possunt Angeli, & homines, absque iniuria, non honorare, & amore prosequi illum, quem ipse omnium creator & Dominus amat. Humilitatem Deus in suis quarit, mille artibus ad eam mouet, & iam muneribus, iam uerberibus huius gemmae amoris suadet. Humilitas sapientia est; nam quid nescit, qui & se ipsum omnium creaturarum compendium, &

A Deum eorum auctorem agnoscit? Vas est, uniuersa Dei dona recondens, quoniam in eo Deus dona sua collocat, à quo superbia non eripiet. Fons est summae dignitatis: nam ille qui mortificat, & uiuificat, qui pauperem facit & dicit; qui humiliat, & subleuat, prius per humilitatem deprimat, quem ad magnam sanctitatem exaltare decreuit. Humilitas tandem est uirtus magnarum, & nobilium regni Dei, & in eo quisque, quo maior est, & excellentior, eo inuenitur humilior. Ipsaque humilitate maiora ac difficiliora praesumit, & feliciter complet, quia Deo ipsi, & non sibi fidit. Tu ergo, Domine, per infinitam bonitatem tuam, & sanctissimam humilitatem tuam, hanc uirtutem infere, & perfice in nobis, ut tibi semper placeamus, & in te omnium bonorum auctore, & non in nobis gloriemur. Amen.

## PARS SECVNDA

De Humilitate cognitionis, siue de cognitione sui.

**D**VAS supra humilitates ex Bernardo distinximus, alteram cognitionis, alteram affectionis: illa initium humilitatis est, ista res ipsa, illa radix, ista substantia. Sicut enim uolentibus turrinam aedificare, primo cura est altam fossam aperire, & mobilem terram egerere, quousque ad petram uiuam & firmam perueniant, & super eam fundamenta iaciunt, quae domum turrinam sustineant: ita & nos, qui cupimus pulchram turrinam perfectionis erigere, prius (se sapientes architecti sumus) profundam fossam aperiemus, & petram stabilem inquiramus supra quam humilitatis fundamenta iaciamus. Fossa autem, fundamentum humilitatis excipiens, est cognitio, siue notitia sui, & merito fossa, quae usque ad profundum cordis humani penetrat, & ipsum nihilum humanae conditionis reuelat. Hoc nihilum, o res mirabilis & oculis superborum abscondita, petra uiua: lapis fortis & stabilis est, potens templum perfectionis sustinere, & uniuersas partes tanta molis à ruina vindicare. Quod licet nihilum sit, atque adeo omni stabilitate, immò & omni esse carens tamen luce diuinitus data à nobis cognitum, ita omnem uanam confidentiam depellit, & ita nos Deo niti, & fidere facit, ut eius dona ex quibus perfectio constat, capere, & sine elationis periculo sustinere possimus. Appendit Deus terram super nihilum, ut est in Iob, id est, eam super suam stabilitatem fundans, quasi nihilo ipsi inniti fecit. Sic etiam possumus audire, & dicere quod fundauit Deus sanctitatem super nihilum, quia prius debet homo suam uilitatem & nihilitatem agnoscere, & postea ex ea ad Dei imitationem, & sanctitatis participationem euolare. Quia ergo cognitio sui, non aliter quam fossa, fundamentum, praecedat humilitatis substantiam, ideo ea prius in temptationem uocanda est, ut nos ipsos cognoscentes, & abyssum miseriarum nos esse scientes, facilius & uerius humilitatem concipiamus.

Iob. 26. 7.

Cognitionem sui ipsius esse difficilem,  
& quid ipsa sit.

CAPVT I.

**E**LEBRIS illa sententia: Nosce te ipsum, ab antiquis Philosophis (ut putatur) inuenta, ab omnibus sectatoribus rectae & sanae fidei retenta, & à uiris sanctis ac perfectis ope-

B re completa, executioni mandata, unicuique mortalium sui ipsius notitiam praecipit, & illum non aliena, non sua tantum, sed semetipsum inspicere, & inuestigare monet. Quae notitia, siue cognitio sui, cum sit quasi primus uita spiritualis ingressus, & humilitatis exordium, solerti meditatione inquirenda est, & non solum inquirenda, uerum & tota mentis contentione sectanda, ut ex illa tanquam ex primo interioris domus introitu ad



Libro hoc p. 1. c. 1.

Aug. 4. de Trinit. in proemio.

1. Cor. 3. 1

Eccles. 1. 18. Bern. 2. de consi. der. c. 3.

Bonaue. tract. de septem do. nis. dono. 6. c. 3. To. 1. Luca. 17. 20.

alias eius partes transeamus. Cognition ergo sui est (vt iam supra cepimus dicere) scientia illa omnium vtilissima, ab spiritu Dei tradita, qua homo ad mouendum affectum suum, se ipsum quoad naturalia & moralia cognoscit, & quid ex se habeat, quid vero ex Deo possideat, attenta mentis consideratione discernit. Hanc scientiam, qua homo sine disputationibus, sine argumentis, se ipsum non ad loquendum, sed ad se ipsum vilipendendum agnouit, omnium scientiarum esse vtilissimam, ex vtilitatibus eius, quas infra proferemus, perspicuum erit, & ex Augustini ac Bernardi sententia lector eliciet. Augustinus enim sic ait: Scientiam terrestrium caelestiumque rerum magni aestimare solet genus humanum, in quo profecto meliores sunt, qui huic scientiae praepouunt nosse semet ipsos: laudabiliorque est animus, cui nota est vel infirmitas sua, quam qui ea non respecta vias syderum scrutatur, etiam cogniturus, aut qui iam cognitus tenet, ignorans ipse qua via ingrediatur ad salutem ac firmitatem suam. Qui vero iam euigilauit in Deum, spiritus sancti calore excitatus, atque in eius amore coram se viluit, ad eumque intrare volens, nec valens, eoque sibi lucente attendit in se, inuenitque se, suamque aegritudinem illius mundiciae contemperari non posse cognouit, flere dulce habet, eumque deprecari, vt etiam atque etiam miseretur, donec exuat totam miseriam, & precari cum fiducia, iam accepto gratuito pignore salutis, per eius vnicum saluatorem hominis & illuminatorem. Huc ita agentem & dolentem [scientia] non [inflatur, quia charitas edificat] praeposuit enim scientiam scientiae, praeposuit scire infirmitatem suam, magis quam scire mundi moenia, fundamenta terrarum, & fastigia caelorum: & hanc apponendo scientiam apposuit dolorem. Dolorem peregrinationis suae ex desiderio patriae suae, & conditoris eius beati Dei sui. Bernardus vero sic: Noueris licet omnia mysteria, noveris lata terrae, alta caeli, profunda maris: si te nescieris, eris similis aedificanti sine fundamento; ruina, non structuram, faciens. Quicquid extruxeris extra te, et incinstar congesti pulueris ventis obnoxium. Non ergo sapiens, qui sibi non est. Sapiens sibi, sapiens erit, & bibet de fonte putei sui primus ipse. Hae illi. Ecce causas, quare scientia haec vtilissima est, quia homo eius studio sibi ipsi vilescit: quia aegritudines suas intus animam cruciantes & depalescentes agnoscit; quia salutare gemitus & intentas deprecationes auget; quia elationem deprimens, humilitatem promouet: quia patriae caelestis desiderium ingerit; quia hominem sapientem aliis, sibi ipsi (quod optabilis est) sapientem efficit: & aquas salutare alii subministrans, ne ipse pra se sit pereat, primus bibit.

Huius autem disciplinae spiritum sanctum auctorem esse diximus, cuius vocem qui non intus loquentem audiuit, nunquam se fructuosum & perfectum cognouit. Meritoque Bonauentura notitiam sui secundo spiritus sancti dono, scilicet dono intellectus, ascribit. Hoc donum, inquit, facit nos penetrare velamina, siue tenebras mentis nostrae, donec ad notitiam propriam perueniamus, & imaginem sanctae Trinitatis nobis co creatam cognoscamus, cum Dominus dicat: Regnum Dei intra vos est. Id est, in imagine sua. Spiritus ipse Dei est, qui primus hanc sententiam protulit: Nescite te ipsum. Licet enim sapientes huius saeculi, sacerorum librorum ignari, dictum hoc celebre atque mirabile, Apollini aut Pythagorae, aut alij ex sapientibus antiquis tribuerint, certum tamen sit, illud ab spiritu sancto fuisse prolatum. Nam quid est illud, quod statim post peccatum dictum est homini: Puluis es, & in puluerem

reuerteris, nisi: Nescite te ipsum? Quid est illud Dauidis: Sciant gentes, quoniam homines sunt, nisi: Nesciant se ipsas? Quid illud Isaiae: Vae, qui contradicit fictori suo, testa de famis terrae. Nunquid dicit lutum figulo suo: Quid facis? nisi: Nescite te ipsum? Quid tandem illa? Sicut lutum in manu figuli, sic vos in manu mea domus Israel. Quid superbis terra & cinis? nisi: Nescite te ipsum. Profecto Ambrosius scientiam hanc notitiae sui in Deutoronomio secundum versionem septuaginta virorum, atque in Canticis canticorum legit. Sic enim ait: In lege scriptum est: Attende tibi ne fiat verbum absconditum in corde tuo. Tibi, inquit, attende, non vti que dicit pecuniae tuae, non possessionibus tuis, non viribus corporis, sed animo tuo, ac menti tuae, vnde omnia consilia, facta, cogitationesque manant. Tibi ergo attende, ibi, vbi potiore esse te nosti. Nescite te ipsum, quod Apollini Pythio assignant gentiles viri, quasi ipse auctor fuerit huius sententiae, cum de nostro usurpatum ad sua transferant, & longe anterior Moyles fuerit, qui scripsit librum Deutoronomij, quam Philosophi, qui ista finxerunt. Vnde & Salomon oraculum diuinum secutus, scripsit in Canticis Canticorum: Nisi scias te decoram inter mulieres. Hoc est, nisi cognoscas te mortalem, rationalem, & cito tua peccata fatearis, cito dicas iniquitates tuas, vt iustificeris, nisi conuerteris, & prior accusas delicta tua: venit dies mortis, & iam nullum conuersionis remedium est, praueueris dum cogitas. Accende faciem tuam priusquam sponi tibi claudatur ianua, qui expectare diu non solet negligentes. Nisi scias te, inquit, decoram inter mulieres, & dicas: Fulca sum, sed decora: Fulca sum, quia peccavi, sed decora quia diligo, quia genus sum Abrahae, electum genus, dilectum Deo; nihil tibi proderit Patrum gratia. Potens est enim Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahae. Et alibi in Euangelio legitur: Quia [Abrahae filiam] ligant diabolus nequitiae suae vinculis, quam soluit Dominus die sabbati. Nisi ergo scias te, nihil tibi proderit. Hae Ambrosius. Ex cuius dictis constat, hanc sententiam: Nescite te ipsum, a Domino in scripturis sanctis fuisse profectam, falsoque saeculi Philosophos eius sibi inuentionem arrogasse. Qui eam quidem a nostris mutuam suis scriptis inseruerunt, nunquam tamen veram, ac vtilem sui notionem compararunt. Quibus sicut Dei auctoris supernaturalium rerum, & gratiae eius cognitio defuit, ita & propria notitia, quae humilitatem pareret, & quae ad Deum pro adiutorio ad felicitatem aeternam consequendam recurreret, ab eis longe fuit. Dignitas enim conditionis humanae non cognoscitur, nisi Deus, ad cuius visionem homo creatus est, cognoscatur. Et vilitas hominis laetetur, nisi a quanta dignitate possit cadere, & nisi miseria perdentis Deum, comperta sit. Est homo sine gratia Dei, omni creatura imbecillior; est cum gratia, omni creatura potentior; quomodo ergo, qui gratiam ignorarunt, se ipsos homines cognoscere valuerunt? Nec solum cognitio sui ipsius quoad mores, sed etiam quoad naturam ipsam, scientia Dei est; quoniam humana natura originali peccato, si non penitus destructa, at vulnerata permansit. Vnde qui peccatum per originem transfusum nescierunt, non poterant naturae propriae causas infirmitatis agnoscere, & quid naturae, quid vitio tribuendum esset, apte sapienterque distinguere.

Deus itaque auctor est huius vtilissimae scientiae, qua homo se ipsum agnoscit. Qua non ad speculationem tantum, sed multo magis ad componendam propriam vitam, & corrigendos mores, animam suam

Genes. 3. 19. Ps. 9. 21. Isa. 45. 9. Ierem. 18. 13.

Ec. 1. 9. 20.

Ambros. ad Psal. 118. ser. 2.

Cantic. 1. 7.

Isa. 43. 26.

Matth. 3. 9. Luca. 11. 16.

& corpus



& corpus intelligit. Vires suas inspicit, & an vitis, an virtutibus afficiatur, discernit: passiones & affectus expendit, ut quod minus ordinatum sit, mortificationis censura castiget: actiones advertit, & malas ac inutiles sibi assignat; bonas & sanctas auctori omnium bonorum tribuit. Denique omnia interiora, & exteriora sua, quid sint, à quo sint, & propter quid sint, attenta consideratione perlustrat, & luce veritatis examinat. Cognitio sui est, quæ hominem statuit apud se ipsum, ut quis, & qualis, & quantus sit, videat, & ab eo, qui ipsum corrigere & perficere potest, emendationem & perfectionem exquirat. Est, quæ à peccato cohibet, peccantem compungit, timorem Dei ingent, odium peccati parit, & vniuersa vitia detestatur. Est, quæ cogitationum vanitatem, desideriorum inutilitatem, verborum redundantiã, operum multiplices imperfectiones oculis mentis videt, & rationi emendanda offert.

Humilitas, posita cognitione sui, facilissima est, (quis enim suam immensam vilitatem agnoscens, non se despiciat?) at ipsa cognitio sui est valde difficilis. Facies aliorum videmus, nostram non videmus: & si aliquando in speculo eam viderimus, post paululum nostræ deformitatis non recordamur: ita facile est, aliorum vitia cognoscere, mores reprehendere, actiones iudicare, difficile verò nostras trutinã discretionis appendere; quòd si nos ipsos interdum luce discretionis inspicimus, post non multum temporis propria vilitatis obliuiscimur. Sua quemque latent vincula, inquit sanctus Ephraem, & laqueos sibi paratos ignorat, ebriorum instar, qui vino persufi, nec se vinciri sentiunt, neque obiectos sibi laqueos præ ebrietate vident. Et Basilii obedientiæ necessitatem exponens, ex eo probat præfecto obediendum esse, quòd quisque difficulter se ipsum agnoscat, ac proinde non ut oportet, sibi ipsi medeatur. Nouit, inquit, qui modò intelligens moderator est, vniuersiisque mores, & affectus, & animi motus diligenter exquirere, & ad hæc accommodatum etiam in singulis remedium adhibere. Quocirca nullo modo est eius statutis aduersandum, sed illud nimissimum tenendum, rem omnium esse difficillimam, se ipsum cognoscere, & curare, propterea quòd naturaliter se ipsum quisque amat, & quilibet, propterea quòd in se ipsos propensi sunt, in veritatis iudicio fallantur: porò ab alio cognosci, curarique facile est: cum iis, qui ceteros iudicant, ad discernendam veritatem nequaquam obstat amor sui ipsorum.] Hæc Basilii. Sed gratum erit, Richardum Victorinum audire, & ex ore eius quantis nos medijs Deus ad nostri cognitionem adducat, ediscere, quæ proculdubio non ponerentur, nisi difficile esset homini hac sui notitiã cumulari. Ille sic inquit: O quotiens necesse est loca murare! quàm sæpe castra higrere! quot tentationes tolerare! omnia probare! quòd bonum est, tenere! abstinere ab omni specie mala! O quotiens necesse est ire & reuerti, & quæ retro sunt, obliuisci, & in anteriora extendi: & item post tergum redeundo capere experientiam sui: & per proprium defectum, propriam infirmitatem edoceri! O quotiens necesse est, tot errorum deuia, tot ambiguitatum opaca, tot vitiorum monstra incidere, perlustrare, aspiciere, antequam quis extrema eremi teneat, & ad humilitatis vitium perueniat, & ad summum sui contemptum perfectè attingat! O quotiens necesse est ad Dei misericordiam confugere, & inter tot pericula deprehensum, diuinam misericordiam querere, & gratiam impetrare! O quàm stupenda magna!ia: o quàm iucunda miracula, o quàm admiranda beneficia in tot diuinis re-

**A** uelationibus, in tantis visitationibus, in talibus consolationibus experiuntur, mirantur, venerantur. Quos eremi vastitas, & propria infirmitatis magnitudo docuit, nil de sua virtute confidere, sed totam de Dei pietate præsumere: iactare in Domino curam suam, & ponere in Domino Deo spem suam. Ibi experiri licet in cælestis cibi dulcedine, quàm magna multitudo dulcedinis, quàm abscondit Deus diligentibus se: gustare, & videre quàm suavis est Dominus: & quàm bonus Israël Deus his, qui recto sunt corde. Ibi, qui ascendunt in montem Domini, & appropinquant pedibus eius, accipient de doctrina eius, probantes & profitentes quàm magna virtus eius: & sapientiæ eius non est numerus. Nouit itaque hoc quicumque in illa terra deserta, & in aquosa sic in sancto apparuit ei, ut videret virtutem suam, & gloriam: illius sententiæ experimentum capiens: quàm magnus Dominus, & laudabilis nimis; & magnitudinis eius non est finis. Sed quis enumerare sufficiat, quàm innumera huiusmodi alternantium vicissitudinum, nunc desolationum, nunc consolationum experiri oporteat, quàm multa humanæ infirmitatis iudicia, quàm multa diuinæ pietatis argumenta eremi habitatoribus, Deique cultoribus videre contingat, antequam eremi extrema attingant, perfectæque humilitatis metas apprehendant; antequam Iordanis vnda venientibus cedat, cursumque retorquens in fontem redeat, humanusque animus sua spernens, seseque contemnens totus in Deo transeat, & in illum, à quo omne datum optimum, & omne donum perfectum, per desiderium currat, & ad Deum fontem viuorum amoris sui impetum retorqueat. ] Hactenus Richardus.

**B** Si ergo tanta Deus operatur in nobis, ut post tot vicissitudines, post tot dona, post tot flagella, nos ipsos agnoscamus, & per cognitionem nostri ad humilitatem veniamus, non est facile, hanc scientiam addiscere, & inter multa impedimenta, quencumque veram sui notitiam acquirere. Proprius amor, nubes terra, & caliginosa, inter oculos mentis nostræ, & nos ipsos, posita est; hanc salutarem notitiam impediens. Tumultus rerum externarum, & multitudo necessitatum, & cupiditatum, perstrepat, ne mens nostra hanc doctrinam audiat. Ea, quæ nos circundant, & ornant, scientiæ, diuitiæ, dignitates, contegunt miseriam humanam, ne suam vilitatem aduerat. Et sicut si sterquilinum auro, & gemmis, & serico operias, non est facile eius indignitatem videre; ita dum te scientia, & virtute, & donis multis rectum consideras, quæ non abeunt, & redeunt, sed semper in te immota, aut aucta perseverant, non est facile, te ipsum ab illis secernere, & quàm pauper, quàm nudus, quàm ignobilis, quàm insipiens, & planè cæcus sis, probè intelligere. Si itaque hæc disciplina cognitionis propria ex vna parte tam necessaria est, ut sine illa virtus perfecta haberi non possit, ex alia tam difficilis, ut à paucis obtineatur, & propriis viribus non acquiratur, quid superest nisi ut eam à Domino postulemus, & ab eo, qui magister hominum fieri voluit, magna cordis contentione petamus? Dicat quisque nostrum illi cum sancto Dauide: Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in morte; ne quando dicat inimicus meus: Præualui aduersus eum. ] Nam certè quasi in morte dormit, qui initium cognoscendorum, scilicet se ipsum non agnoscit. Et periculo casus exponitur, qui per notitiam sui demoni mala suggerenti non reluctatur. Orationi verò adiiciamus laborem, illud Salomonis audien-

Ephoram de vobis lingua.

Basilius. Conf. m. n. c. 23.

Richard. tract. 1. de extor. minar. mal. c. 13.

Psal. 12.





Proser.  
20.13.

tes: Noli diligere somnum, ne te egestas opprimat; aperi oculos tuos, & satiare panibus. ] Qui enim se ipsos ignorant, egestate premuntur; nam putantes aliena esse sua, nihil, quo ditentur, acquirunt: qui verò se sciunt, & suam pauperatē aduertunt, labori intendunt, ac fructu sui laboris cum exultatione saturantur.

Quae bona ex sui cognitione exoriantur.

CAPVT II.



QVAM necessaria sit homini haec sui ipsius notitia, ex maximis bonis, quae ab illa oriuntur, potest agnosci, quorum nonnulla hoc loco tractanda sunt, ut desiderium huius scientiae nobilissimae excitent, & nos ad incumbendum in eam, & pro illa laborandum inflamment. Quam, si admodum necessaria non esset, nunquam Deus tantis modis à nobis exquiret, nunquam tam sollicitè ad eius nos studium incitaret. Naturae humanae manifestat originem, peccata, & casus deregit, imbecillitatem ad agendum bonum, & instabilitatem in eo quod coeptum est, aperit, & multitudinem miseriarum nostrarum saepe ob oculos ponit, ne nos ignoremus, & nostram vilitatem nesciamus. Saepe (quod mirum est) quasi resistit bonis desideriis nostris, & magnos in virtute, & praesertim in contemplatione veritatis progressus impedit, ne ob magnam superbiam, & caecitatem nostram, exaltationem ruina subsequatur. Dominus apud Iob de productione terrae loquens inquit: Quis posuit mensuram eius, si nosti? vel quis tetendit super eam lineam? ] Quis, inquam, ait, nisi ego in amplissima, sed certa, ac mensurata magnitudine orbem terrae feci? Quis, nisi ego terrae partes ad lineam directionis exegi, & certo limite, ac terminata quantitate conclusi? Sed in hac terra aliam terram, cor videlicet humanum, intueor, post magnos conatus in quibusdam donis à se desideratis exiguum, & post desideria non nimis accensa, in donis minus ardentè quaesitis magnum, ut dona, dona esse, & non propriam indultiam inspiciat. Concludit ipsum Deus nonnunquam angustis quibusdam virtutis terminis, & post multos labores pauperem derelinquit, ut hanc salutarem scientiam propriae cognitionis acquirat. Meditatus est id Gregorius hunc eundem locum explanans, ubi sic ait, Nonnunquam clandestina elatio etiam sollicitis cordibus surrepere solet; ut bonorum cogitatio licet subtilis sit, ac pressa, cum valde in virtutibus crescit, oblita infirmitatis propriae, nequam ad memoriam reuocet quid in vitis fuerit. Vnde & omnipotens Deus quia augeti infirmitatem etiam de remediis salutis conspicit; mensuram ipsis nostris profectibus imponit, ut habeamus quaedam virtutum bona, quae nunquam quaesiuimus: & quaeramus quaedam, nec tamen habere valeamus: quatenus mens nostra dum haec non potest habere, quae appetit; & illa se intelligat de se metipsa non habere, quae habet: & per ea, quae ad sunt, considerentur illa, quae desunt; & per ea, quae vtiliter desunt, seruentur humiliter bona quae ad sunt. ] Sic ille. Magna profectores est, quam Deus in nobis tam caro pretio mercatur, ut etiam exiguitate profectus nostri velit ad humanae imbecillitatis notitiam excitare. ] Et summo pete nobis expedit haec scientiam addiscere,

Iob. 38. 5.

Greg. 28.  
mor. c. 6.

A ob cuius absentiam saepe multis bonis concupitis priuamur, diuina familiaritate vacuumur, & pauperes & nudi derelinquimur. Deus enim, qui summè bonus est, & nunquam mala, nisi propter aliquod bonum, permittit, iudicat melius, nos in sterquilinio tepiditatis, & in caeno imperfectionum relinquare, quam in sublimi perfectionis positos, ob elationem ex defectu propriae notitiae conceptam, bono, quod receperamus, vacuare. Sed iam sigillatim exponamus, quam magna commoda sui cognitio pariat, & ad quantam sublimitatem animam semet ipsam cognoscentem & despicientem adducat.

B Qui se ipsum cognoscit, iam quandam gradum ascendit, ut perueniat ad cognitionem Dei. Imago namque rei, quam repraesentat, cognitionem infert, & causa per effectum suum patet, & fluuius ad fontem ducit. Est autem homo, imago Dei, est effectus illius inter res corporeas praecipuus, est riuius ab illo perenni fonte bonitatis emanans. Ac ideo vnusquisque per notitiam sui mirificè ad Dei contemplationem & notitiam paratur. Sacerdos ad sancta sanctorum intrabat per exteriorem basilicam, quae appellabatur sancta: Sic iustus ad sacrosanctum mysterium cognitionis Dei non sine medio accedet, sed per sui notitiam penetrabit. Ad tertium caelum ascendendum est per secundum, & ad secundum per primum; primum caelum sit cognitio sui, secundum, cognitio aliorum operum Dei, tertium, cognitio creatoris. Nemo audeat in hoc secretum irumpere, nisi prius se ipsum agnoscat, & in hoc primo cognitionis gradu pedem figat. Gradus, inquit Bernardus, ad notitiam Dei, est cognitio tui, & ex imagine sua, quae in te renouabitur, ipse videbitur. ] Profusus gradus nunquam transiliendus, sed omnino nostri consideratione ascendendus. Deus enim in illa aeternitate videbitur sicuti est, at in hac mortalitate videndus est in enigmate, sive in imagine: à qua qui oculos auertit, ab eo tollit, qui ita nunc absconditus est, ut in sola imagine videatur. Et fortassis hoc petit ab ipsa, dum ait: Auerte oculos tuos à me, quia ipsi me auolare fecerunt. ] Ne, inquit, me irreuerenter aspicias, ne in me sine velamine nunc oculos intendas, quia mei contemplationem à te subtrahit hic temerarius aspectus. Sed potius oculos ad te ipsam conuertere, remet ipsam agnosce, & sic non auolabo, non fugiam, & in te, atque ex te meam vtrumque maiestatem intelliges. Hunc sensum attingit Ambrosius, dum hunc locum euoluens, sic ait: Noli contra me intendere deuotione nimia, ac fide possibilitatem naturae, & conditionis propriae supergressa, quia lucem inaccessibilem intueri, est graue. Auerte oculos tuos à me, eo quod plenitudinem diuinitatis eius, & splendorem veri luminis sustinere non poteris. ] Quid animae vile crit, ut lumen inaccessibile contempletur, nisi ut medio velamine, id est, media cognitione sui ipsius ad videndum tantum lumen assurgat? Nam quanto plenius se cognouerit, tanto perfectius, & sublimius Deum intelliget.

C In hac autem notitia sui, ac notitia Dei, quid habet homo, nisi quoddam initium salutis, quae ab illuminatione mentis sumit exordium? Itaias certe Christi saluatoris aduentum praedicans, & fructus eius enarrans, hoc eos ordine numeravit, Tunc aperientur oculi caecorum, & aures surdorum patebunt. Tunc saliet sicut ceruus claudus, & aperta erit lingua mutorum, quia scissae sunt in deserto aquae, & torrentes in solitudine. ] Veniet, inquit, mundi saluator,

D

E

Bern. ser  
36. an  
Cant.

Cat. 64.

Amb. lib.  
de 1. par.  
c. 7.

Isaia. 35.  
5.

erum

De...  
Tom. I



erumpent in Ecclesia aquæ gratiarum, & in ea, quæ erat instar solitudinis, fluet largiter vnda baptismatis. Tunc hoc ordine homines ad iustitiam adueniunt. Primò aperientur oculi eorum, qui per incredulitatem, aut ignorantiam cæci erant, vt se ipsos, ac Deum agnoscant. Deinde aures eorum, vt per duriciam cordis surdi erant, patebunt, vt diuinorum mandatorum sensum excipiant. Postea iidem ob peccata claudi, & vitiorum nexibus compediti, per Christi gratiâ dissoluentur, & iam sani facti, subsilient. Tandem qui in cœlestem patriam, ac in perfectionem tendere non curabant, & ideo necessitatem auxilij diuini nesciebant, eam clarissimè perspicientes ad auxilium hoc postulandum ora laxabunt. Quare, rogo, prius aperiuntur eorum oculi, nisi quia hoc negotium salutis nostræ notitia nostri, ac Dei debet precedere? Sed quid quod Paulus scripsit: Quomodo credent ei, quem non audierunt? Quomodo autem audient sine prædicante? ] Vbi functionem auditus priorem facit, & actum videndi postponit. Sed considerata est sacrarum literarum altitudo. Nam iustificatio nostra prius à doctore proponitur, & postea ab homine excipitur. Prius ergo homo audit, quid sibi faciendum sit, cum verò ad opus accedit, prius se ipsum videat, Deumque cognoscat, & deinceps ad alia iustitiæ munia procedat. Est itaque notitia sui quoddam salutis exordium: & sicut aurora indicium est aduenientis solis, qui plantas omnes viuificat, auiculas ad canendum excitat, & homines ad suas functiones vocat: ita hoc diluculum, aut hoc lucis initium, quo homo se ipsum agnoscit, signum est, iam prope nos esse iustitiæ solem, qui tenebras pellat, & vitam nobis ac vitæ opus attribuat.

Ex hoc gradu cognoscens homo se ipsum, ascendit ad timorem & amorem Dei. Nam qui se ipsum nescit, & quàm magnis peccatorum debitis prematur, ignorat, nullo creditoris sui rigidè satis sua poscentis debita, timore tægetur. Similiter, qui se ipsum nescit, Deum nesciat necesse est; & cum non nisi cognita diligamus, nunquam, quandiu Deum ignorat, eius amore donabitur. Quare notitia sui est velut ianua, per quam homo ad hos duos affectus præstantissimos possidendos timoris, & amoris ingreditur. Noueris te, inquit Bernardus, vt Deum timeas: noueris & ipsum, vt æquè ipsum diligas. In altero inuicem ad sapientiam, in altero consummatis; quia initium sapientiæ timor Domini est, & plenitudo legis, est charitas. ] Hæc duæ notitiæ sui & Dei, sunt illi duo pulcherissimi sponsæ oculi, quorū vno sponsum cor sibi fatetur esse surreptū. Vulnerasti, inquit, cor meum, soror mea sponsa, in vno oculorū tuorum, & in vno crine colli tui. ] Vel, vt Septuaginta transtulerunt, cor mihi vno tuorum oculorum surripuisti, id est, vehementer me ad amorem prouocasti. Sed quo oculo, o anima, putas sponsum fuisse vulneratum, quo oculo putas cor eius fuisse surreptum? An oculo notitiæ tui, quo dum te cognoscis, te despicias, & dum te despicias, eius miserationes promeraris? An oculo notitiæ ipsius, quia dum illum agnoscis, eum diligis, & dum diligis, eum ad diligendum impellis? Puto sanè, quia vtroque oculo vulneras cor sponsi Dei, & ipsum ad te allicis, sed dictum est, in vno oculorum tuorum, quia quilibet oculus per se potens est sponsi amorem accendere. Vulneras enim cor eius, dum illum amanter intelligis, quia amor erga eum ad incitandum amorem præcipuum locum habet. Et vulneras cor eius, dum te contemptim agnoscis, quia humilitas ad promerendum amorem, non infimum locum obtinet. Denique vulnerasti cor meum, inquit, in vno crine colli tui. Quis iste

A crinis, nisi humilitas, ex sui notione progenita? Quid vno crine gracilius, inquit Rupertus, & quid humilitate subtilius? Quid crine flexibilius, & quid humilitate conuictus? Crinis vnus vix comparet, humilitas vix consentit, vt inter homines computeris. ] Prius verò Deum ad sui amorem allicies humili cognitione tui, quàm alta cognitione Dei, quia hoc ordo rectus expostulat, vt prius priora quæras, & ex infimo gradu ad altiorem ascendas. Hæc alta, ac profunda cognitio Dei non solet dari nisi propria peccata lugentibus; nemo autem propria peccata lugebit, nisi ea ipsa, ac se qui perpetravit, agnouerit. Dixit Dominus: Ex Basan conuertam, conuertam in profundum maris. ] Basan interpretatur, confusio & ignominia; maris verò profunditate compunctionis magnitudo signatur. Ex notitia igitur ignominie tuæ Deus compunctionem extrahet, & compunctione oculos illuminabit: & ad Dei cognitionem attollet.

Nec solum cognitor sui ipsius, horum duorum particeps est præstantissimorum affectuum, verum & alios duos fructus magni momenti lucratur, sine quibus Dei timorem & amorem non possidebit, quod scilicet à corde suo elationem, superbiamque reuellit, & ad veram humilitatem se disponit. Omnis elatio, omnisque superbia oritur ex ignorantia, aut ex inconsideratione sui. Quis enim vel leuiter se cognoscens, & proprias miseras inspiciens, & saniam, ac pitorem cordis sui tangens, audebit efferi, aut ita insaniet, vt commodum sibi putet superbire? Iob percussus vlterè pessimo, à plâta pedis vsque ad verticem eius, testa saniam radebat, sedens in sterquilinio. ] Et mirum valdè esset, si improba lepra contactus, se sanum ac validum æstimaret, & non eam ad remedium raderet, sed ad augmentum pestiferi morbi contegeret. Ita mirabile esset, si quis dum in sterquilinio suæ vilitatis sederet, & lepram suorum peccatorum edacem attriceret, se ipsum vt sanum & sanctum supra alios efferret. Hunc autem esse nucleum, ac spiritum huius literæ, Gregorius patenter ostendit, qui de testa sancti Iob sic philosophatus est. Pensabat vir sanctus, vnde sumptū fuerat, quod gestabat, & fragmento vasis fictilis contactum vas fictile radebat. Quo facto patenter ostenditur, corpus suum quomodo sibi sanum subdidit, quod & percussum sic despiciens curauit: quam ille mollior sanè suæ carni cōcessit, qui non vestè, non digitos, sed testam etiâ vulneribus admouit. Testa ergo radebat saniam: vt semet ipsum & fragmento considerans, etiam de extersione vulneris sumeret curam mentis. De sterquilinio verò sic. Quia verò sæpe per ea, quæ circa corpus sunt, animus inflatur: & per hoc, quod erga nos agitur, fragilitas nostri corporis ab oculis cordis amouetur (sicut nonnulli sæculares cum temporalibus dignitatibus fulciuntur, dum locis altioribus præsidet, dum multorum obsequia sibi suppetere ad votum vident: fragilitatem suam inuerti negligunt, & vas fictile, quod gestant, quàm sit velociter conterendum, obliuiscunt, omnino non attendunt) beatus Iob vt considerationem suæ fragilitatis etiam ex circumstantibus traheret, & ante oculos suos vim suæ despectionis auerget, non qualibet in terrâ, quæ penè vbique munda reperitur, sed in sterquilinio sedisse perhibetur. In sterquilinio ponebat corpus, vt ex terra assumpta, quæ esset carnis substantia bene proficiens perpenderet animus. In sterquilinio ponebat corpus, vt etiam ex loci foetore caperet, quod festinè corpus ad foetorem rediret. ] Sede itaque, o homo, in sterquilinio miseriæ tuæ; accipe manu non carnis, sed mentis testam fragili-

Ruper. lē  
3. in Cāt.Psal. 67  
23.

Iob. 2. 7.

Grego. 3.  
mor. c. 17.

tatis

Roman. c.  
10. 14.Bern. ser.  
37. in Cāt.Canti. 4.  
9.



tatis tuæ, & putorem superbiâ à corde rades, omnemque arrogantiam præsumptionemque repelles. Tunc cum sancto Dauide, non in te, sed in Domino gloriaberis, dicisque: Domine non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei, neque ambulavi in magnis, neque in mirabilibus super me. ] Quia scilicet meas miseras expendi, meam vilitatem consideravi, me ipsum agnovi, ideo cor humilitate depressi, & in humilitatis signum oculos in terram demisi. Nunquam me ad altiora supra datam facultatem extendi, neque ultra meam capacitatem difficiliora præsumpsi; quia iste humilis propria imbecillitatis aspectus superbiam procul abiicit, & viles intra metas meæ paruitatis me continet.

Si autem notitia sui superbiâ dissipat, consequens est, vt humilitatem gignat: nam dum elatio abiicitur, loco illius affectus sapiens, & sanus humilitatis ingreditur. Nec potest homo se ipsum agnoscere, vilitate de se sentire, quin se ipsum (quod humilitatis est) verè & ex corde despiciat. Ac proinde meritò Bernardus quodam loco ait. Ergo tenetis memoria, quòd teneam assensum vestrum, neminem absque sui cognitione saluari: de qua nimirum mater salutis humilitas oritur. Et rursus alio loco vberius: Puto quia inuenimus etiam quomodo humiliat homo se ipsum. Dico autem vt adhæreat humilianti se veritati: nec dissimulet, sed cooperetur ei deuoto pietatis affectu. Proinde cauebo deinceps, quàm sollicitè poterò, duritiam cordis sentiam, & plangam dolorem meum; ne si fortè insensibile fuerit, sit etiam insanabile vulnus meum. Ero vir videns paupertatem meam, in virga indignationis eius, ne veniat anima mea in consortio eorum, de quibus veritas ait: Percussisti eos, & non doluerunt. ] Et item: Curauimus Babylonem, & non est sanata. ] Grauis curatio, humiliatio hæc; sed grauior morbus superbia est, quæ vti nam sic curetur, vt sanetur hac cura. Consentiam itaq; aduersario meo, acquiescam iudici meo, cedam denique virgenti aculeo, ne bis pungat. ] Sic ille.

Quando itaque à Domino propria vilitatis notitia donamur, tunc ad humilitatem, & nostri despicientiam mouemur. Cognoui, Domine, inquit Dauis, quia æquitas iudicia tua, & in veritate tua humiliasti me. ] Iudicia tua, rationes prouidentie tuæ occultæ esse possunt, & absconditæ ab oculis hominum, sed iniustæ esse non possunt. Non potest ab æquitate (quæ tu ipse es) nisi rectitudo & æquitas exoriri. Veritate ipsa me deiicis, & ad humilitatem trahis, quia dum me ipsum agnosco, dum abyssum meæ impotentie considero, statim (te donante, & iudicia tua exercente) me ipsum ex humilitate despicio. Drachma periit, inquit Hieronymus, sed inuenitur in stercore. ] Quam putabis drachmam, nisi humilitatem? Quod putabis stercore, nisi propriam vilitatem? Humilitatè ergo inuenies, si tuam vilitatem agnoueris.

At homo ex cognitione sui, amore Dei timorèque ditatus, & humilitate cumulatus, quàm Deo charus (qui humiles sui amatores diligit) quàmque pretiosus existet? Certè Sancti hac sui cognitione, qua ad sui contemptum, Dei autem amorem incitabantur, locum ad diuinam familiaritatem obrinendam, & misericordiam impetrandam, inuenerunt. Hinc illa vox Abraham: Loquar ad Dominum, cum sim puluis, & cinis. ] Hinc illa Dauidis: Memento, quia puluis sumus: homo sicut fœnum dies eius. ] Hinc illa Iobi: Memento quæso, quòd sicut lutum feceris me, & in puluere deduces me. ] Ad quid, ò viri Dei, apud Dominum luti & pulueris memotiam facitis? Ad quid vestram paruitatem inducitis? Quid luto, & cælestibus donis, vt illius commemoratione, ista

A consequamini? Magna quidem luti & diuinatum miserationum cognatio est: quia misericordia misericordiam respicit, & summa misericordia summam miserationem, cui subueniat, exposcit. Quid ergo viri isti potuerunt Deo ad miserationes eius impetrandas efficacius obicere, quàm fœnum, & lutum, & cinerem, & vno nomine, miseria propria confiteri? O magnam sapietiam se ipsum inspicere, atque cognoscere! Quæ ita Dei ingenium (vt sic dicam) penetrare nouit, & eius benignitatem ad dandù allicere. O quàm apè se ipsos ignorantes iumentis comparantur, quorum inter animalia terrestria notissima soliditas est! Verè homo cum in honore esset, non intellexit. ] Quid non intellexit? An cælum? An terram? An Angelos? An homines reliquos? Sanè non intellexit se ipsum, & ideo [ comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. ] Si enim alia ignoraret, obtusum visum haberet; at dum se ipsum, proximum sibi, non videt, omni visu caret, cæcus est, & planè insipiens, ac meritò iumentis insipientibus comparatur. Anima itaque sui notitiam habens, accessum habet ad Deum, vt ipsum alloquatur, & miserationibus eius ac donis multiplicetur. Eo enim ipso quòd sibi vilescit, eam Deus, tamquam rem pretiosam sibi que gratam, aspicit. In quo sensu accepit Gregorius illud Iob: Omne pretiosum vidit oculus eius; ] oculus scilicet Dei. Vnde ait: Sciendum magno opere est, quia tanto vnaquæque anima fit pretiosior ante oculos Dei, quanto præ amore veritatis despectior fuerit ante oculos suos. Hinc ad Saul dicitur: Nonne cum paruulus esses in oculis tuis, caput te constitui in tribus Israël? ] Ac si apertè diceret: Magnus mihi fuisti, quia despectus tibi; sed nunc quia magnus tibi es, factus es despectus mihi. Vnde & per Prophetam dicitur: Væ, qui sapientes estis in oculis vestris, & coram vobis met ipsis prudentes. ] Targo sit quisque vilior Deo, quanto pretiosior sibi: tanto pretiosior Deo, quato propter eum vilior sibi, quia [ humilia respicit, & alta à longè cognoscit. ] Hic sit ergo, ò iuste, conatus tuus te ipsum agnosceret, hæc scientia tua, tui ipsius ac Dei, notitiam habere. Ita enim notitia eruditus peccata vitabis, pericula fugies, te ipsum increpabis, & paruitatem ac imbecillitatem tuam, virtutum ac bonarum actionum studio suffulcies. Quamobrem Laurentius Iustinianus doctrinam notitiæ sui concludens, ait: Hæc profectò se agnoscentium in veritate est disciplina optima, se videlicet condemnare, se peccatores intelligere, se cecos, se infirmos, se que ad omne malum procliuos existere, absque vlla dubitatione sentire. Hinc timent casum, præuarcationem metuunt, exigua, quantum valent, delicta denitant, in disciplinatum hominum consortia fugiunt, superborum colloquia obadiunt, atque amatorum sæculi desideria vana esse non dubitant. Vnde sic in cunctis sententè custodiunt, ac si essent quotidie morituri. Claret igitur ex his quàm operatoria, quàmque ad salutem sit necessaria cognitio sui; quæ præstat lumen ad cognoscenda huius peregrinationis pericula, & spirituales mundi istius laqueos calcandos, quos proculdubio perepere ac ignorare conuincitur, qui ignorat se. Quamobrem beatum esse dixerim, qui de se non qualencumque sed veram cognitionem habere meruerit. ] Nihil amplius ad sui notitiam amplectendam exigi potest, quàm vt homo sciat se hac cognitione beatum esse, quia ad beatitudinem sibi aditum parat, & eius absentia (vt nunc dicemus) se miserum & infelicem reperiri.

Psal. 130. 1.

Bernard. ser. 37. in Cant.

Idem in illud. Omnis, qui se exaltat, &c.

Ieremia 5. 3. 5. 9.

Psal. 118. 75.

Genes. 18. 27. Psal. 102. 14. Iob. 10. 9.

Psal. 48. 13.

Iob. 28. 10. Greg. 18. mor. 620.

1. Reg. 15. 17.

Ipsa 5. 21.

Psal. 137. 6.

Iustinian. lib. de Humilit. cap. 2. m. fine.

Quæ



*Qua mala ex propria cognitionis defectu  
proveniunt.*

**CAPUT III.**

**N**on est profectio est miseria hominis; & cecitas eius assiduis gemitibus deploranda; qui cum satis pronus sit ad cognoscenda alia a se, valde negligens & incuriosus est; dum veritatem aliquam deo velis relinquitur se. Philosophorum sententia est: Omnis homo si apte natura appetit seipsum, ut naturalis propensione ad sua & aliena cognoscenda, in credibili feruore ductus, se ad seipsum cognoscendum non nisi raro; & validissimis stimulis percussus, sic itaque. Inquit ille satis amide natiq. ita elementorum; qualitates metallorum, proprietates arborum, virtutes herbarum. Seruatur dies antiquos, & annos atreptos in meritis habet, & nihil est in natura; nihil supra naturam; nihil in latibis proximo in, quod non supra se inuestigat; se autem in seipsum preterit, & id, quod precipue ad se pertinet, in seipsum agnoscere, & scrutari, contemnit. Philo facti illi superbia tumidi; & falsa exificatione: propterea amoris inflati, Ioanem Baptistam interrogauerunt: Tu quis es? Responsum: Prophecia es qui? Huiusmodi curiosi alterius latens, & conditionis interrogatores, nunquam se ipsos interrogauerunt. Nihil quidem; & quales sumus? Quibus virtus fondemus? Qua intentione istum interrogamus? Ita vnusquisque disputat super lignis a cetero, quae est in Libano; & quae ad hyssopum, quae egreditur de pariete; & dicitur ferit de iumentis, & volucibus, & reptilibus, & piscibus; & autem ipsum incognitum praetermittit. Scitit Basilium mentem oculis corporis comparati; vt quemadmodum illi omnia visibilia vident, se ipsos non vident; sic & mens omnia inquit, & vnusquisque ad vnum adducit; se autem ipsam videre negligit; & propriam miseriam inuestigare non curat. Verba eius sunt: Reuera difficillimum esse omnium videre se ipsum agnoscere. Non solum enim oculus, ea quae sunt foris, conspiciens, in seipsum cernendum, haud vixit facultate videndi, sed ipsa mens etiam nostra peracue percipiens alienos errores, tarda est; & cunctantior ad proprios suos cognoscendos defectus. Sic ille. Malum hoc ex peccato primi parentis traxit originem; quo ad imaginem & similitudinem Dei creati, tantum bonum, quodammodo deposuimus, & ei dissimiles facti sumus. Deus namque primò se ipsum agnoscit, verbum sui quod est ipse Filius Dei; siue imaginem formam, in modum & omnia alia in se ipsum videt, atque intelligit. Homo è contra alia a se inquit, alia perultra, & sui ipsius penitus obliuiscitur. Aut si aliquando se considerat, non se in semetipso, sed in aliis inuenit, se cum aliis confert, & proprio amore exaequat se illis praefere non erubescit. Ego, ait, sum illo nobilior, & illo fortior, & illo sapientior. Ego non fecissem, quod ille abius fecit, non cecidissem, vt ille cecidit, maiori sollicitudine a peccato cauissim. Haec sunt cogitationes hominis cum ad se ipsum oculos vertit, sua bona iactat, mala contemnit, aliorum vero mala versat, & bona praeterit, vt decipiat seipsum, & ceteris anteponat. Quare siue alios, siue seipsum inspicit, nunquam se cognoscit, quia non notitiam propriae vilitatis, sed aliena inuoluit, aut in se bonitatis existentis, inquit. De omnique homine dicere possumus, quod de quodam heretico animam de Petro Abate

**A** lardo, Bernardus scripsit: Nihil nescit omnium, quae in caelo, & quae in terra sunt, praeter seipsum. Vnusquisque eorum, quae profus aliena sunt, rationem reddit, sui vero ipsius rationem reddere nescit. Improbò: Cum vitio datum est, quod fratris sui notitiam non habuit, aut se non habere simulauit. Nam interrogatus a Domino: Vbi est frater tuus, respondit: Nescio. Num cultus fratris mei sum ego? Quamto magis vniquique probro dabitur, si iam non fratrem, sed seipsum nesciat, & in quanta miseria sit positus non aduertit. Vnde dicitur: Non habetis in seipsum obliuionem hostri conemur vincere, hanc ignorabimur nitamur superare, & ceteris nos ipsos agnoscere. Quod si bona ex notitia sui prouenientia (quae supra commemorauimus) ad hanc contumaciam extorquendam non sufficit, saltem mala ex abiectione huius notitiae manantia nos auocent. Miser quidem est, qui se inter infelices computandus; qui seipsum ignorat. Summa enim felicitas est adhaerere Deo; nam [militi adhaerere Deo bonum est] & summa infelicitas ab eo auellere, ac separari. Illud quod est summi malum reproborum, quibus dictus est Dominus: Discedite a me maledicti in ignem, etc. Hinc autem malo percutitur ille, qui non seipsum agnouerit. Nam sponsa domum ac lectum sponsi quaerenti dicitur: Est tibi signos te, & abi post verticem sedaberis, sine dubio peruenies. Gratum tamen erit audire Bernardum, hunc locum interpretantem. Dura, inquit, & aspera in reparatione, quod dicit, [egredere]. Hoc quippe vnusquisque, qui audire solet a valde irascens, & indignus, tribus dominis: vel ancillae a dominabus suis, cum grauius illas offenderit. Exi hinc, exi a me, egredere a conspectu meo, & a domo ista. Hoc ergo verbo aspero, & amaro satis, nimiumque increpatorio, vtiur modo sponsus contra dilectam, sub conditione tamen si seipsum ignorauerit. Nil quippe validius efficaciusve ad deterrendum potuit in eam intendere, quam vt egredi minaretur. Quod & tu aduertere potes, si bene attendas, vnde quod egredi iubetur. Vnde enim quò putas, nisi de spiritu ad carnem, de bonis animi ad saecularia desideria, de interna requie mentis ad mundi strepitum, & inquietudinem curarum exteriorum? In quibus omnibus non est nisi labor, & dolor, atque afflictio spiritus. Et post pauca, Terribilis proinde, & nimis formidolosa comminatio: [Egredere, & pascere haedos tuos]. Quod est, indignam te noueris illa tua familiaria & suauia rerum contemplatione caelestium, intelligibilium, diuinorum. Quamobrem egredere de sanctuario meo, corde tuo, vbi secretos sacrificiique veritatis ac sapientiae sensus dulciter haurire solebas; & magis, tanquam vna de saecularibus, pascendis & oblectandis tuae carnis sensibus inuicere. Haedos quippe (qui peccatum significant & in iudicio collocandi sunt a sinistris) dicit vagos, & petulantes corporis sensus, per quos peccatum, tanquam [mors per fenestras] intravit ad animam.

Bernard. epist. 193.

Gen. 4. 9.

Supr. c. 2.

Psal. 72. 28.

Mat. 23. 41.

Can. 1. 7.

Bern. ser. 35. in Cant. Can. 1. 7.

Mat. 23. 32.

Mat. 23. 32.

Ioann. 1. 10.

3. Reg. 4. 33.

Basil. h. 9. Exam. m.

Mat. 23. 32.





Delectus  
Tom. 11

Cui & bene congruit quod sequitur in scriptura : [ Iuxta tabernacula pastoru. ] Non enim supra, sicut agni, sed iuxta tabernacula pastorum herdi pascuntur. Pastores siquidem, qui veri pastores sunt, licet tabernacula habeant de terra, & in terra, corpora videlicet sua, his diebus, quibus nunc militant, non tamen de terra, sed de celestibus pascuis greges dominicos pascere consueverunt; neque enim suam eis, sed Domini predicant voluntatem. At herdi (qui sunt corporis sensus) celestia non requirunt, sed iuxta tabernacula pastorum, in omnibus videlicet bonis sensibilibus huius mundi ( quae est regio corporum ) sumunt, vnde de sua de sidera non tam satiant, quam iritant. [ Haec tenet Bernardus. ] Licet igitur verba sint dissimilia, tamen sensus est similis: Discedite a me: Et [ Egrederet, & abi; ] nisi quod prima illa sententia reprobis dicta, absoluta est; secunda vero iustus inculcata, a conditione pendens, si propter caritatem reproborum induerint; & sui ipsorum notitiam abiecerint: Illa mali in infernum mittuntur, in cuius poenas multitudinem suorum peccatorum incurrerant. Haec vero boni post concupiscentias suas ire permittuntur, si se non noverint ex quibus ad grauiora peccata; & ex illis ad similes poenas pertinerent: O infelicem statum ignorantium se ipsos, si quidem a Domino repelluntur, qui omnium vera est felicitas, & cum impiis numerantur.

Hanc terrificam vocem [ Egrederet, & abi; ] intellexit optime Petrus; cum audiens Dominum dicens: Nam quid & vos vultis abire? Respondit: Domine ad quem ibimus? Verba vitae aeternae habes. Tu vitam in mortem ibimus, si a te discedimus: Tu salutem in agrotationem ibimus, si a te separamur. Tu omnia bona; si te relinquimus, in abyssum omnium malorum proficiscentur. In illam arcam non admitti, quam Noe ad seruandam humani generis vitam fabricauit, omnes sine remedio perierunt; & a te, qui vera es arca Testamenti, repulsi, absque remedio peribunt. Quod a te ibimus, Domine? Tu pastor, & nos oues; quod autem ibunt oues a caulis pastoris eiecitur, nisi ubi eas lupus dilaniet: Tu dux, & nos milites imbecilles, quod verobunt milites sine duce, nisi ubi eos hostis interimat: Tu pater, & nos filij; sed quod ibit filius a genitoris domo proturbatus, nisi ubi suam substantiam dilapidet, & nec porcorum filijus famem exatiet? Intellexit & parricida Cain; quam terribilis esset huius fulminis ictus, qui eiecitur a Domino, ita de sua infelicitate querebatur: Ecce eiecisti me hodie a facie terra, & a facie tua abscondar, & ero vagus, & profugus in terra. Omnis igitur, qui inuenit me, occidet me. Pellis me, inquit, a solo natali meo, vel in odium ac detestatione mortalium eiecitur: quod quidem esset tolerabile, nisi aliam poenam grauiorem adiceres, quod me a te repellis, & faciem tuam protectionis abscondis; quid nisi mala omnia, & ipsam mortem malorum postremum expectem? Impius hic septem crimina ( vt ait Chrysostomus ) immania commiserat. Primum, inuidet damnatum allaturus. Secundo, fratrem suum occidere destinat. Tertio, fraudes conluit. Quarto, eadem opere implet. Quinto, fratrem occidit. Sexto, primus mortem operatus est. Septimo, Deo mentitus est. Horum autem eorum vna poena est: [ Egrederet, & abi; ] quae ea omnia, immo & vniuersa hominum peccata, abunde castigat. Haec vero poena fueritima se ignorantes, & hanc ignorantiam vincere nolentes; perpetuo puniuntur. Superbus Nabuchodonosor non nouit se, sibi, & non Deo suam dignitatem & suas opes ascriptas Deo deseritur, & in lignum huius electionis, humana facie, & omnibus bonis exiit. Nesciuit se

Joan. 6. 69.

Genes. 4. 14.

Chrysol. hom. 19. in Genes.

Dan. 4. 28.

A Adam, & a Deo repulsus est, & quousque ad se rediret, in magnas miseras calamitatesque relictus. Ignorauit se Lucifer, & a Deo in abyssum inferni precipitatur. Quis non timebit te, o Rex gentium, quis se ipsum ad despicientiam, & te ad amorem non agnosceret, siquidem hanc geminam ignorantiam tam seuerissima poena castigat? Quis si illa bona non diligit, at tam erit temperatus, vt hanc terribilem poenam non metuas iusta quidem, & apta tanto peccato, vt qui in eam desert, & ignorantiam amplectatur, exilio a vera & summa luce castigetur.

Ex hoc autem suo malo, quo se ipsum ignorans percellitur, quae mala non exoritur: Profecto, nescius sui ipsius non cognosceret Deum, sicut oportet. Nam constans est Philosophorum sententia, quod proxima virtutes causa non attingat, remota non attinget. Si autem, o homo, te ipsum, tibi usque propinquissimum, non intelligis, quomodo Deum a te in infinitum natura distantem agnosces? Non est haec ratio cinatio contemptui habenda, cum similia sit illi, quae vsus est Ioannes Apostolus: Qui non diligit fratrem suum, quem videt, Deum, quem non videt, quomodo potest diligere? Si tu te ipsum, quem oculis corporeis certis, non intelligis, quomodo Deum, quem non certis, intelliges? Par enim est intellectus voluntatisque conditio, vt facilius facilius, difficilius difficilius aut ille percipiat, qui ista diligit. Caret etiam ignorans suae aeternae salutis exordio: Qui mala sua nesciens, & quanta iniquitas sit, viliissimam creaturam in Deum insurgere non agnosces, nec peccata detestabitur, nec Deum placare conabitur, nec in eius gratiam redire contendet. Scito, & vide, ait Dominus exercituum, quia malum, & amarum est reliquisse te Dominum Deum tuum. Scito, & videtur malum hoc, vt illud detestetur, vt detestatione peccati ex gratia habitata peccatum deiecas, & vt Deum tibi concilies. Si autem nescis, si autem ignotas, peccata non abicies, & ob ignorantiam ignoraberis. Nesciens quoque se ipsum, nec timore Dei, nec amore donabitur. Non timebit Deum, quia dum se ignorat, quanta mala poena, quamque tremendam vltionem de manu Dei, ob peccata venite soleant, ignorat. Non diligit Deum, quoniam dum sui notitiam non habet, nec maiestatis Dei, nec beneficiorum eius, propter quae est diligendus, notitiam habebit. Et autem, quem non diligit, proculdubio non obediens. Vnde egregie Bernardus: Videtur quam sit vtile homini scire se hominem, vt proinde sit paratus ad mandatorum obedientiam, & tolerantiam flagellorum, ac deinceps studeat, vt qui nec laborem in terra potest effugere, nec dolorem, sic saltem laboret, & doleat, vt haec sibi in cibos transeant salutare? Quomodo hic, qui mandata praeterit, superbiam effugiet, quae in visceribus cuiuscumque criminis laet? Quomodo humilitatem dicet, quae in agro propriae notitiae nascitur, & in corde ignorantis se ipsum nunquam exoritur? Quomodo gratus erit Deo humilium amator, qui disciplinam salutis, & semitas humilitatis non nouit? Est ergo, inquit Philo, Iudaeorum disertissimus, principium inuisibilis sapientiae, non ob huius sui ipsius, & habere semper praeculis suas origines. Sic enim superbia, vitium cum primis exosum Deo, potest elui. Quis enim cogitans se aquam, & cinerem, iam indiget a creationis suae primordiis inflabitur, & vitas tollet per arrogantiam? Ideo sacrificaturus etiam ad hunc modum alpergi legislator iubet, neminem censens dignum his muniis, qui sibi non sit notus antea, & ignoret vilitatem hominis, quam ex elementis, & quibus constat, coniectando intellexisse debuerat. Non

1. Joan. 4. 20.

1. Joan. 2. 19.

Bern. ser. de obedientia, patientia, & sapientia.

Philo. lib. de somniis.

tum est



est ergo, eum, qui seipsum non novit, non posse superbia maculam eluere, nec posse vestem Deo factis inuisam primi parentis exuere, ac ideo nec posse apud Deum nisi vilissimum & abiectissimum reputari.

Ne ergo, o homo, tempus in hoc impendas ut aliena cognoscas, ne totam vitam præcipiat meditatio elementorum, & cælorum, consideratio naturalium causarum, sed partem saltem illius in hoc colloca, ut illum cognoscas, propter quem alia facta sunt. Nec etiam ad te perueniens scruteris tua, sed potius (quod vilissimum est) enitere ut scruteris te. Noli considerare, nec admirari opes tuas, ingenium tuum, scientiam tuam, virtutes tuas, quæ omnia aliunde tibi venerunt, sed hæc omnia consideratione præteriens, & tegumentum stercoris aufertens, cura intelligere te. Si te intelligas, ex quadam parte te ipsum præ humilitate despicias; ex alia vero, ad reformandam in te Dei imaginem magni reputabis, & non in infimo loco constitues. Ad quod pulchra sunt illa verba Basilij: At ne vnus vspiam comperitur, qui studium suum in hoc collocet, se ut nouerit. Naturæ enim procliuitate prægestimus nosse cælum quid sit, quam quid nos ipsi. Ne tu itaque contemnito quod in te admirabile lucet. Tuo quidem arbitratu parui es, & exilis momenti: at magnum quid esse te deprehendes, si primæ tuæ conditionis inuertis rationem. Ob hoc eminentis sapientiæ vir ille Dauid, quod probè nosset ad exactam iudicij librilem se appendere, & discutere, ait: Mirabilis facta est scientia, siue cognitio tua ex me.]

Basil. h. 20. ex. mer.

Psal. 138. 6.

Iuan. 9. 6.

Psal. 138. 6.

Artis enim tuæ solertiam, Deus, quæ in me conspicitur, simulatque sum oculis animi contemplatus, nimirum quanta sapientiæ corpus ipse meum compegeris, ex istius qualicumque opificij perpensa apud me consideratione, opificem te esse eximium agnoui, & profus admirabilem. Sic Basilij. Vides hic, o homo, quodammodo cæci nati iteratum miraculum. Nam quomodo, si meministi, Dominus illi visum restituit? Fecit, inquit Ioannes, lutum ex sputo, & liniuit lutum super oculos eius, & dixit ei: Vade, & laua in natatoria Siloë.] O stupendum miraculum! Abiit cæcus ab ipso ortu suo, lauit, & statim vidit. Quid sputum, nisi lucem verbi Dei; quid terra, nisi humanæ conditionis vilitatem; quid lutum ex sputo & terra factum, nisi cognitionem nostri significat, quam Domini beneficio adipiscimur? Hoc lutum illinc Dominus super oculos cæci, cum homini suimet notitiam immitit. Eodem autem visum restituit; quia dum homini hæc sui notitia conceditur, ex hoc luto mirificè ad veram sapientiam, & ad Dei notitiam effertur. Mirabilis, inquit, facta est scientia tua ex me; nam dum me ipsum agnosco, ex hac notitia mei, ad tui, o Deus meus, notionem, siue contemplationem, assurgo. Lutum autem in Siloë, quod missus interpretatur, lauo, quia in te, Domine, qui missus fuisti ad redimendum nos, maculas meæ humilitatis abstergo. Hanc ergo notitiam habere curabo, ut ex me ipso alia à me fructuosè cognoscat, & te Deum meum ad amorem tui, & vitæ meæ emendationem intelligam.

Quanam ratione homo seipsum agnoscat.

CAPVT IV.



Si ergo res summi momenti notitia sui, qua à tot tantisque malis liberamur, & tot tantisque bona conquirimus. Quam te vni sancti, qui non minori sollicitudine vera

A bona cupiunt, quam falsa bona contemnunt, solliciti sunt ut hoc bonum cognitionis sui habeant, atque possideant. Et licet apud homines sapientissimi cogitentur, se tamen ipsos sapientes non iudicant, nisi cognitioni aliarum rerum sui notitiam tanquam vtiliorem adiciant. Scit vnusquisque eorum, se esse mysticum illud animal, de quo ab Ezechiele dictum est: Ipsum est animal, quod videram iuxta fluiuium Chobar; cui quadruplices vultus, quadruplicisque oculi inerat. Vnde subdit: [Quatuor facies habebat vnum,] scilicet vnumquodque animal. [Facies vna facies Cherub,] id est, bouis, nam cherub significat, agens curum: [ & facies secunda facies hominis: & in tertio,] nimirum aspectu eiusdem animalis [ facies leonis, & in quarto facies aquilæ: ] quibus indicatum est debere iustum omnia quidem cognoscere, si potuerit; at inter alia se nequaquam ignorare. Sed o mira atque recondita facierum quadruplicium commemoratio! Facies vna, id est prima, facies Cherub, vel facies bouis, qui in terram aspiciens, ut eam aratro profcindat, indicat, o iuste; cognitionem tui. Primo namque debes te ipsum aspicerere, & aratro mortificationis euoluere, ut alia à te valeas vtiliter intelligere. Secunda facies hominis, proximi notitiam designat, quem, si prius tuas miseras deprehenderis, scies humaniter aspicerere, & non ad contemptum, sed ad benignitatem & ad misericordiam contemplari. Tertia facies leonis, ad notionem huius sæculi impuri refertur, quod leoninis oculis, id est atrocibus, aspiciendum est, ne suauiter conspectum ad suum te amorem alliciat. Quarta facies aquilæ, Dei notitia signata est, quem, postquam te cognoueris, postquam proximo compassionem, & mundo odium tribueris, oculo puræ contemplationis intelliges. Sciunt ergo spirituales viri se hoc mystico animali depingi, ideoque primo loco sui notitiam exoptant, ut alia postea non ad ostentationem, sed ad animæ profectum intelligant. Et apud quidem hanc notitiam sui facie cherub audiunt esse signatam, quæ plenitudo scientiæ interpretatur. Quia summam sapientiam adepti sunt, si seiplos penitus agnoscant, ex qua tanquam ex basi cognitionis, per alias res quasi per quosdam gradus ad Deum cognoscendum ascendunt. Volo proinde, animam, ait Bernardus, primò omnium scire seipsam, quod id postulet ratio & vilitatis, & ordinis. Et ordinis quidem, quoniam quod nos sumus, primū est nobis: vilitatis verò, quia talis scientia non inflat, sed humiliat, & est quædam preparatio ad ædificandum.] Quid autem putas ædificandum esse? Non aliud certè quam virtutes ipsas, quæ humilitati superpositæ te ad Dei contemplationem habendam disponunt.

Ezech. 10. 14. 15

B Nec solum vnà ex quatuor faciebus animal illud sui notitiam, quam iustus habere debet, sed & ipso motu designat. Vnumquodque, inquit, eorum animalium coram facie sua ambulabat. Quid enim est coram facie ambulare, nisi quenquam se sibi metipso præsentem habere: In quo iusti (auctore Gregorio) ab impiis seceantur, quod illi coram facie sua ambulant, quia seiplos agnoscent: isti verò coram facie sua non ambulant, quia seiplos nesciunt. Eius verba sunt: Omnis etenim iustus, qui vitæ suam sollicitus aspicit, & diligenter considerat quantum quotidie in bonis crescat, aut fortasse quantum à bonis decrescat, iste quia se ante se ponit, coram se ambulat, quippe qui vigilanter videt vtrum surgat, an desinat. Quisquis verò vitæ suæ custodiâ negligit, discutere quæ agit,

Bern. ser. 30. in Cant.

Ezech. 12.

Greg. h. 4. in Ezechiel. 12.

C D E



quæ loquitur, quæ cogitat, aut despicit, aut nescit, coram se iste non ambulat, quia qualis sit in suis moribus, vel actibus ignorat. Nec sibi metipsum præsens est, qui semetipsum quotidie exquirere atque cognoscere sollicitus non est. Ille autem veraciter se ante se ponit, sibi que in præsentia est, qui se in suis actibus tanquam alium attendit. ] Et post pauca. Peruersi autem, sicut paulo antè iam diximus, coram facie sua non ambulant, quia ea, quæ agunt, nunquam considerant, ad interitum tendunt, in pravis actibus exultant. De quibus scriptum est: Qui lætantur cum malè fecerint, & exultant in rebus pessimis. ] Sæpe verò iustus, qui eos conspiciat, deflet: sed ipsi phreneticorum more plangunt, & rident. Alij indigentibus de rebus propriis multa largiuntur, sed cum occasionis tempus inueniant, indigentes opprimunt, eosque, quibus voluerint rapinis, deuantant. Ponunt ante oculos cogitationis suæ bona, quæ faciunt, & non ponunt pessima, quæ committunt. Hi videlicet coram facie sua non ambulant, quia si sibi metipsis præsentem essent, cuncta subtiliter, quæ agunt, viderent, qualiter bona opera malis actibus perdant, agnoscerent, sicut scriptum est: Et qui mercedes congregauit, misit eas in sacculum pertusum. ] De pertusulo quippe sacculo aliunde exit, quod aliunde mittitur, quia indiscretæ mentes mercedem, quæ ex bono opere acquiritur, non aspiciunt, quo ex malo opere perdat. Hæc vsque ille. ] Si nos itaque iustis annumerari cupimus, iustorum more coram facie nostra ambulemus. Animus sollicitus puritatis suæ, semper sibi præsens sit, seipsum consideret, seipsum inspiciat, vt valeat suæ salutis prospicere. Sicut enim medicus prius ægroti qualitatem, & conditionem naturalem attendit, vt eius morbis medeatur: ita animus medicus sui, debet seipsum attendere, suas propensiones & motus agnoscere, vt valeat se apto medicamento curare. Nec sapiens sui ipsius medicus est, qui ad medelam sui non prius attentè cogitat quid ipse est.

Psalm. 2. 14.

Agg. 1. 6.

Job. 13. 23.

Si ergo tam utilis est hæc scientia noscendi seipsum, tamque propria iustorum, quoniam modo quibusque medijs homo seipsum agnoscat? Accipe responsum. Duobus, oratione & consideratione: oratione, vt à Domino hanc sui notitiam petat: consideratione, vt seipsum, quis & qualis sit, diligenter expendat. Oratio necessaria est, quoniam hæc notitia sui (vt iam diximus) donum est Dei: dona verò non quasi ex iustitia à donante extorqueamus, sed humili & intenta precatione ex misericordia postulamus. Et, si omnis sapientia à Domino Deo est, hæc sapientia propriæ notitiæ, omnium scientiarum vtilissima, ab alio quam à Deo esse non potest. Si ergo illam cupimus, oculos ad Dominum leuemus, & stantes ante ostium miserationis suæ, sine vlla intermissione pulsemus. Sol tenebras dilicit; salutem, veritatis splendor; errores, substantiæ rei intuitus pellit. Ad iustitiæ itaque solem, ad primamque & summam veritatem recurrendum est, vt offusam caliginem propriæ cognitioni obsistentem auferat, & radium lucis suæ, quo eos inspiciamus, immitat. Orabat sanctus Iob pro hac notitia sui, quando ita aiebat ad Dominum: Quantas habeo iniquitates, & peccata? Scelera mea & delicta mea ostende mihi. ] Multa, & grama patior, ô Domine, & tot calamitatibus afflictus intereo. Aperi igitur me mihi, & quid in me lateat, quod tuam maiestatem prouocet ad indignationem, ostende. Homosum, humani à me nihil alienum puto. Scio

A homines sæpe iniquitates admittere, quibus lædunt proximos; aut peccata, quibus suam naturam dedecore afficiunt, seipso occidunt: aut scelera, quorum malitiâ quasi ex professo in tuam maiestatem insurgunt: aut delicta: nam quæ facere debuerant, omittunt. Quid horum ego feci, vt sic me punias, vt sic me multiplici amaritudine & dolore consumas? Obuerfentur ante oculos meos excessus mei; pateat iam mihi ingratitude mea, vt mala mea iusta detestatione reiciens, tuam miserationem; ac tantorum malorum depulsionem promerear. Si autem nihil fortassis horum admisi, innocentiamque seruaui, [cur ita faciem tuam abscondis,] cur ita mihi indignaris, & opere, ac vltione terribili, [arbitraris me inimicum tuum?] Ecce quomodo sanctus hic vir sui cognitionem postulabat? sicque & nobis petenda est, vt in hac disciplina proficiamus, & ad Dei notitiam euolemus. Neque enim incongruè dixit quidam doctor, montem, in quo Christus transfiguratus apparuit, esse homini cognitionem sui, quia si iste seipsum agnoscat, seque despiciat, saluator, vt eum releuet, illi suam gloriam reuelat. Qui verò præit, & ducit Apostolos ad cliuum montis huius, non est alius quam ipse saluator, quia nisi ipse nos doceat, & nostram vtilitatem aperiat, nunquam nobis plenè innotescet. Ac proinde orandus est, vt ad montem nos ducat, & lucem ad hanc scientiam salutarem capessendam ipse concedat.

C Consideratio etiam conditionis propriæ ac propriæ miseriæ nobis opus est, vt nos ipsos cognoscamus. Aliarum enim rerum notitiam attendita earum meditatione conquirimus, & ille melius eam assequitur, qui attentius naturam & qualitates rerum cognoscendarum perferatur. In hoc autem similis est cognitioni aliarum rerum nostra cognitio, quod vt habeatur, altam & intentam meditationem requirit. Docet autem optimè Hugo Victorinus, quid homo de seipso meditari debeat, vt aliqua ex parte seipsum agnoscat. A te, inquit, incipiat cogitatio tua, & in te finiatur: nec frustra in alia distendaris, te neglecto. Præter salutem tuam nihil cogites: quoniam in acquisitione salutis tuæ nemo est tibi germanior, nemo propinquior teipso. Si verò aliud cogitationi tuæ se offerat, quod non quoquomodo ad tuam ipsius salutem pertineat; illico despice, & expue: vt semper te possis inspiciere, & de cognitione tui, venire ad cognitionem Dei. Agnoscere se debet homo, ad quæ bona sit naturaliter promptior, vel ad quæ mala procliuor; quibus studiis debeat vehementius insistere, contra quæ mala debeat instantius vigilare: quibus exercitijs valeat melius promoueri: quibus vitis valeat facilius corrumpi, quibus culpis subiaceat; vel quibus meritis emineat, & quid pro his penæ vel præmij expectare debeat: quantum quotidie proficiat, vel deficiat: cum quanta animi industria satagat præterita mala flere, præsentia declinare, futura præuenire: cum quanta animi constantia studeat reparare bona amissa, custodire & multiplicare possibilia. O quam necessaria discussio, & quam miranda speculatio; tot animi virtutes, tot eius exercitationes, tot eius studia vel merita præ oculis habere, & huiusmodi contemplationi diutius inharere! Suspende ergo animum tuum, ab inferiorum amore; ne forte de sublimibus ciectus, & de loco voluptatis à propria concupiscentia abstractus, & illectus, post concu-

n. 14.

Fig. 3. de anim. c. 43.

piſcentias

De P. 2  
Tom. 11



PROV. 4  
13.

placencias tuas eat, & vagus fiat, & profugus super terram. Denique si cupis implere Dominicum praeceptum: Omni custodia serua cor tuum. ] Nescit enim quid de spiritu angelico, quid de spiritu diuino sentire debeat, qui suum prius non cogitat. Nihil recte existimat, qui seipsum ignorat. Nescit quam sub pedibus suis omnis mundana gloria subiaceat, qui conditionis suae indignitatem non pensat. Haecenus ille. ] Et quidem ex his iam habebit homo aliqua, quae de seipso cognoscat. Sed ad plenam sui notitiam, oportet ut non tantum mores suos, sed & naturam consideret. Nam mores nostri per se sumpti, satis nostrae paruitatis & imbecillitatis nos admonent, sed naturae adiuncti, multo efficacius ad propriam cognitionem & despicientiam inducent. Quid enim miserius, quam naturam infirmam, vitiis, quibus impotentior fit, subiaceret, & virtutibus, quarum praesidio aliquantulum roboratur, non affici? Quid calamitosius, quam hominem rerum temporalium onere pressum temporalia diligere, & rerum caelestium amore a multis malis exoneratum eas non appetere? Quid magis ristu, aut potius fletu, dignum, quam creaturam, statu ac conditione paruulam, suam exiguitatem, pro posse, contegere, & sublimitatem, quam non habet, ostentare? Duo igitur de homine inquirenda sunt; alterum, quis & qualis sit in natura: alterum, quis & qualis in moribus inueniatur.

Duobus autem modis possumus naturam & mores hominis inuestigare; primo quidem absolute (ut aiunt) & in se secundo vero, per comparationem ad alia. Haec secunda consideratio longa satis est, & non admodum difficilis, si modum huius inuestigationis manifestemus. Qui in hoc constitutus est, ut considerata aliarum rerum perfectione multiplici, inquiramus quantum aut omnino, aut ex parte aliqua hominis perfectionem excellat. Conferat se homo cum Deo, & si aliquid vilius nihilo excogitare, aut fingere poterit, eo se viliorem & abiectiorem reperiet. Est namque hominis ad Deum prorsus infinita distantia. Ille, insipiens, hic infinita sapientia; ille, iniquitatis plenus; hic, infinita bonitas, & immensa sanctitudo; ille, supra quam cogitari queat, impotens; hic, infinitè potens; ille, vanitas, quia vniuersa vanitas omnis homo viuens; hic, prima & summa veritas; ille ipsum non esse, quoniam de se nihil est; hic, ipsum esse, & plenitudo omnis entitatis & perfectionis, qui de se ab aeterno & in aeternum est. Et hunc tu, o Domine, sustines, hunc expectas, illius flagitia dissimulas, supra quem [ multum valere tibi soli supererat semper, & virtuti brachij tui quis resistit? Quoniam tanquam momentum staterae, sic est ante te orbis terrarum, & tanquam gutta totis antelucani, quae descendit in terram. ]

Conferat se deinde homo cum angelis, & se vilissimum & abiectissimum inueniet. Angelus est incorporeus, & spiritus, natura purissimus; homo corporeus, aut (si mauis) spiritus imperfectus carni misus. Ille immortalis, iste mortalis. Ille, corporibus multis, quibus aliquando vestitur, ad obsequium vtens; iste, vnum corpus, quod partem sui gestat ad onus importabile vsque ad mortem ferens. Ille, habitator caeli, hic terrae; ille, vno impetu, & velocius quam in ictu oculi, mundum peragrans; iste, tardis passibus, & non sine lassitudine & necessitate vectoris, itineris tantillum conficiens. Ille; sapientissimus simplici quodam intuitu, & similitudinibus rerum ab ipsa creatione habitis, omnia naturalia & vniuersa ex supernaturalibus sibi reuelata cognoscens; iste rudissimus cum discursu, & magno labore, & speciebus per sensus ac-

**A** quisitis vix aliquas veritates intelligens. Ille, voluntate rectissimus, nihil vile, nihil terrenum diligens; iste, voluntate volubilis, rebus impuris & terrenis inharens. Ille, creatus in gratia per breues morulas immensam beatitudinem meruit; iste, post lapsum primi hominis generatus in culpa, post multos annos, & non sine magnis periculis ex gratia felicitatem acquirit, & saepe per culpam & oleitantiam in aeternum amittit. Ille, naturaliter in bono, quod semel voluit, perstat stabilis; hic, omni aura leuior, & palea instabilior, bonum millies deserit, millies reperit, & nunquam in eodem proposito & voluntate perstat. Ille tandem diues est sapientia, diues potestate; diues rectitudine, qui apud Deum, locum amici familiarissimi, & iudicis, ac gubernatoris suae domus obtinet; hic omnibus bonis indigus reus est, & multorum peccatorum sibi conscius ab illo tanquam a custode, a paedagogo, a iudice pender. **Quis non apud angelum se deiciat, quem Ioannes Euangelista, & Apostolus Domini, post tam illustres reuelationes acceptas, & post tantam lucem diuinae maiestatis habitam adorare voluit, nisi ab ipso angelo fuisset prohibitus? Et postquam audissem, inquit, & vidissem, cecidi ut adorarem ante pedes angeli, qui mihi haec ostendebat. ] Prohibitus est autem illis verbis: [ Vide ne feceris. ] Vel, ne aliquod signum adorationis Deo debita daretur illi (ut Augustinus & Thomas Aquinas indicant) vel, ne ante se procumbentem aspiceret illum, qui licet natura minor, tamen erat aequalis in gratia.**

**C** Ac si conferat se homo non iam cum angelis beatis, sed etiam cum ipsis daemionibus, in multis, his impuris & miseris creaturis supponitur. Si enim naturas rerum spectes, certum est, daemionem naturam esse homine superiorem, siquidem per culpam, nec naturam angeli perdidit, nec vires naturales intelligentiae, voluntatis, aut potestatis amisit. Si vero mores intuearis, saepe homo est ipso daemone infelicior atque miserior. Nonne infelicior diabolo, qui seruit diabolo, & mancipium est diaboli? Et quidem: quoniam in statu infelicitatis, nihil infelicius quam misero & infelici seruire. Nonne infelicior daemone, qui cum possit eius damnationem euadere, vltro se in damnationem ingerit? Et sane, quoniam magna miseria est miseriam contra voluntatem pati, sed maxima miseria est miseriam voluntarie complecti. Nonne infelicior daemone, qui pluribus modis peccandi in Deum suum creatorem insurgit? Sed talis est homo, nam licet omnia peccata possint esse in daemionibus secundum reatum, & secundum desiderium, non tamen secundum actum: qui cum corpore careant, peccatis luxuriae & gulae fœdari non possunt, nec etiam peccatis auaritia aut accidia infici, quia nec opes nostras, sibi nec necessarias, nec vtilis, cupiunt, & in his quae agunt, laborem ex corpore prouenientem non sentiunt. At homo praeter peccata merè spiritalia superbiae, & inuidiae, & irae, quorum actus sunt in daemionibus, luxuria & gula fordidatur, & auaritia atque accidia inficitur, ut quanto maior est in eo peccatorum copia, maior etiam quodammodo sit ipsius calamitas atque miseria. Ac tandem homo si à Deo deferatur, nocentior est daemone. Idque sonant illa verba Chrysostomi: Homo malus, peior est quam ipse diabolus. Diabolus enim si videat iustum, non est ausus ad eum accedere; homo autem malus quamuis hominem sanctum viderit, non solum illum non timet, sed adhuc magis contemnit. Non enim diabolus homini praestat virtutem, sed homo diabolo. Atma enim diaboli est malus homo.

**D**

Apo. 22.  
8.9.

Aug. 99.  
in Gen. 1.  
61. & lib.  
20. cont.  
Faus. c.  
21.  
D. Thom.  
2. 2. q. 84.  
ar. 1. ad 1.

Vide D.  
Thom. 1.  
P. 2. q. 63. ar.  
2. in cor.  
Pore.

Chryss. in  
imperfe.  
Ho. hom.  
24.

Sap. 11.  
22. 23.



Sicut enim homo sine armis non potest aliquid facere contra hostem, sic diabolus etiam sine homine non valet aliquid contra sanctos. Sic ille. Nec poteris, o homo, te excusare, & daemone praefere, ex eo quod nunquam in has & similes iniquitates incurteris. Aliud enim est quod ex gratia & beneficio Dei te protegentis habes; aliud vero quod ex natura tua a protoparente infecta possides. Ex parte enim naturae in qua regnat fomes peccati, & ardor malae concupiscentiae, ad haec & maiora flagitia propensus es, quibus ipsos daemones imitatis, & aliquando malitia praecellis. Si vero Deus per gratiam suam his te malis exemit, & virum bonum & studiosum effecit, non est cur in te ipso glories. Da igitur gloriam Deo, & te ex te daemone imitatore, ex Dei vero gratia, Christi membrum agnosce.

Nec solum ex comparatione ad res superiores, verum & ad res se inferiores homo sui cognitionem, & materiam humilitatis eliciet. Nam si sui & brutorum animalium collationem faciat, necesse est ut in multis primatum eis tribuat. A nonnullis animantibus aliquibus virtutibus naturae superatur. Nam, ut Augustinus ait: Multae bestiae vincunt nos homines acrimonia sensuum, & motu facillimo, atque celerissimo, & valentia virium, anuosissima firmitate corporum. Quis hominum videndo aequabitur aquilis & vulturibus? Quis odorando, canibus? Quis velocitate leporibus, cervis, omnibusque aibus? Quis multum valendo, leonibus & elephantis? Quis diu viuendo, serpentibus, qui etiam deposita tunica senectutem deponere, atque ad iuuentutem redire perhibentur: Sic ille. Sed si generaliter animalia consideremus, illa ex utero matris vestita nascuntur, homo nudus: illa, ad sui defensionem, & ad hostes propellendos armata hic, inermis, & periculis magnis ac multis expositus illa, naturaliter notitia ciborum, & medicamentorum sibi necessariorum, instructa; hic, tam ignarus, ut paruulus fame pereat, nisi vberibus illum nutrix admoveat, & adultus saepe noxia, & mortem afferentia, pro vitibus & vitam seruantibus fumar: illa, aut illorum plurima, vitam satis diuturnam habetia, ducentorum aut trecentorum annorum, ut Philosophus, de elephantibus & cervis affererat; hic, per breue tempus, & plenus malis, perdurat: illa denique, tanquam robustiora & ditiora, paucis egent; hic vero, tanquam infirmus & pauper, multis indiget. Sed si imaginem reipublicae in quorundam animalium congregationibus aduertamus, manifeste videbimus eas nostrarum rerum publicarum esse magistras. Quis enim non miretur ordinem apum, sollicitudinem formicarum, ad quas sapiens pigros mittit, ut sapientiam discant; & locustarum agmina, sine villo rege, aut duce, ita composita, ut ab imperatore expertissimo instructa videantur? Quando reipublicae nostrae tam indurptum ordinem, tam indefessum laborem, tam seueram otiosorum punitionem custodierunt? Quando scita sua, & leges a maioribus latas, tam sine vlla transgressione seruarunt? Perspectis quoque in animalibus vitorum ac virtutum vmbis, reperiemus, animalia vitiis ab hominibus vinci; e contra vero homines ab animalibus, virtutibus superari. Est enim homo saepe leone crudelior, tigride audacior, mulo insolentior, equo inanior, lupo rapacior, lepore timidior, vulpe versutior, asino stolidior, haedo fastidiosior, atque salacior. Rem exaggero si non Chrylostomum mea dicta confirmantem adduxero. Exponens enim illud: Attendite vobis ab hominibus, sicut ait: Ita dixit, attendite vobis ab hominibus quasi a quibusdam pessimis malis, & super omnia mala malis. Nam si non quasi homines acculans dixisset, sufficeret illi dicere,

Aug. 8. de ciuit. c. 15.

Matt. 10. 17. Chrys. ho. 24. in Matt. in imperfect.

A attendite vobis, tradent enim vos. Nunc autem addidit, attendite vobis ab hominibus ostendete volens, quia praeter omnibus malis homo est pessimum malum. Nam si bestiis comparare volueris eum, peiorem inuenies eum. Bestia enim, quamuis sit crudelis, tamen quia est irrationabilis, declinabitur ab homine crudelitas eius. Homo autem crudelis cum sit, & rationabilis, non facile euadetur crudelitas eius. Si comparaueris hominem serpenti, peiorem inuenies hominem; quoniam serpens etsi maliciam habet, tamen hominis timorem habet. Ideo si quem absconsae potuerit, mordet: si autem non potuerit, fugit. Homo autem & maliciam habet serpentis, & timorem non habet, sicut serpens. Ideo quamuis non habet tempus, latet sicut serpens; si autem inuenierit, irruit sicut bestia. Adhuc autem anguis, si quidem iritata non fuerit, in silentio transiit. Homo autem & non irritatus insanit, & magis superciliosus insanit, a quibus non fuerit irritatus. Haec ille. Quod autem dictum est de vitorum imagine in animalibus reperta, dici potest & de vmbra virtutum, quod scilicet nunquam, aut raro virtutes verae nostrae, virtutes illorum fictas affe-

B ciantur. Prudentia animalium in cauendis malis atque periculis, & in quaerendis bonis, & ad sustentandam & seruandam vitam necessariis, est admirabilis, & nullis defectibus subiacens, cum tamen nostra incerta sit, & saepe nos fallat, atque decipiat. Iustitia eminent, & nobis se praefertunt, quia nihil proprium possident, & sine aliorum iniuria sunt paucis, & ad vitam necessariis, contenta. Fortitudine excellunt, quia sine vlla timiditate se ab aduersariis tuentur, & multorum nos fugat, & nobis timorem incutiunt. Temperantia superant, siquidem ad solam necessitatem comedunt cibos a natura sibi paratos, non vt nos qui ad voluptatem saepe delicias manducamus, salutis corporis officentes, & coquorum arte dispositas: & solo proliis generandae appetitu, certis temporibus, & moderatè, mas & foemina in vnum coeuiunt. Quid de eorum pace dicam, cum nunquam animalia cum aliis sui generis bellum gerant? Quid de fidelitate, qua equi, & canes nos rubore suffundunt? Quid de gratitudine, qua exigua beneficia, multo melius quam nos ingentia, recompensant? Siliceret nobis in his enarrandis expacari, longum satis tractatum cuderemus. Legat, qui vult Origenem, Basilium, & Ambrosium, in his libris, quos super Genesim ediderunt, & Philosophos de rerum naturis disputantes, & mirabilia, quae ipsum humilient, inueniet.

C Res tandem inanima in multis hominem longe post se relinquunt. Caeli superant eum magnitudine, perpetuitate, loco, lumine, ordine, pulchritudine. Elementa, excellunt agendi efficacitate, resistendi potestate, contrarij sibi proximi sustententia, & obsequij nobis exhibitae utilitate. Mitta, tum imperfecta tum perfecta eminent decore, duratione, contrariarum qualitarum, quae ea destruant, vacuitate. Quid enim cadidius niue, simplicius pruina, illustrius gradine? Quid fortius ferro, durabilius argento, incorruptibilis auro? Quid lapidibus pretiosis purius, aut gemmis illibatiis, quas nulla insolens qualitas fuscet? Arborea, & plantae, quae cum animantibus computantur, praestant multiplici virtute languores curandi, frondibus, floribus, fructibus, quarum semina non sunt visui foeda, nec cogitationi horribilia; quarum generatio est pura; quarum augmentum & conseruatio sine aliorum iniuria.

D Homo igitur seipsum ad humilitatem, facta sui ad res creatas collatione cognoscat, & in quo superetur, peruideat, & in quo erudiat, aduertat. Quem quidem modum cognoscendi, a diuinis scripturis ac-

E cepimus.

De P. 12  
Tom. 11



*Prov. 6. 67. 8.* cepimus. Id enim sonant illa verba: Vade ad formicam, & piger, & considera vias eius, & discite sapientiam: quæ cum non habeat ducem, nec præceptorem, nec principem, parat in æstate cibum sibi, & congregat in messe quod comedat. *Et illa: Miluus in cælo cognovit tempus suum: turtur, & hirundo, & ciconia custodierunt tempus aduentus sui: populus autem meus non cognovit iudicium Domini.* *Et rursus illa: Considerate lilia quomodo crescunt, non laborant, neque nent: dico autem vobis, nec Salomon in omni gloria sua vestiebatur sicut vnum ex istis.* *Et paulo antè: Considerate coruos, quia non seminant, neque metunt; quibus non est cellarium, neque horreum, & Deus pascit illos.* *Et iterum illa: Terra sæpe venientem super se bibens imbrem, & generans herbam opportunam illis, à quibus colitur: accipit benedictionem à Deo: proferens autem spinas ac tribulos, reproba est, & maledicto proxima; cuius consummatio in combustionem.] Et sic sunt alia sexcenta. Hæc cognitio nostri per comparationem ad alia siue animata, siue inanimata, vtilissima est, sed longè vtilior ea, quæ seipsum in specie aut absolute cognoscit. Ad quam notitiam habendam considerandum est tria esse in homine, naturam, potentiam, & actionem, quæ magnopere eius inquisitioni seu perscrutationi deseruiunt. Quæ cum non sint perpetua, sed temporalia, ad tria tempora, præteritum, præsens, & futurum referenda sunt. Quodlibet igitur horum trium sub his tribus temporibus consideratum, tres interrogationes excitat; atque adeo nouem erunt interrogationes, quibus si verè respondeamus, nostri cognitionem satis manifestam eliciemus. Inquirat ergo quisque apud semetipsum quid fuerit homo? Quid sit homo? Quid futurus sit homo? Ac deinde quid poterit homo? Quid nunc possit homo? Quid posthac poterit homo? Ac tandem, quid fecerit homo? Quid nunc faciat homo? Quid in futurum facturus sit homo? Si homo nouem veritates sub his interrogationibus latentes inuenierit, satis habebit ad manum vnde se cognoscat, & vnde se apud Deum hominè que deiciat.*

Quid fuit Homo.

CAPVT V.



**V**t aliquem laudare, aut vituperare agrediuntur, ab eius progenitoribus filium orationis incipiunt, vt vel illorum nobilitatem, & gesta præclara illi tanquam gemini optimæ radicis tribuant, vel ob ipsorum flagitia sempiternam ignominiam notam inurant. Licet autem nos nec hominè laudatione prosequi, nec vituperatione afficere, sed synceram veritatè propalare velimus, viâ hanc ab aliis tritam ingredimur, vt conditionis nostræ notitiam assequamur. A quasi parentibus ergo, & auis, & proavis hominis incipiat oratio; qui, & quales illi fuerint omnibus innotescat, videatque ille, & iudicet an ex hac parte aliquam habet materiam glorianti. In parentibus ac progenitoribus fuit homo tanquam in illis, à quibus naturam accepit, at in seipso est; & quia prius est fuisse, quam esse, expendamus serid quid fuerit, vt postea videamus quid sit. Constat autem homo corpore corruptibili, & animo corruptionis experte; ex quibus velut ex duabus partibus coagmentatur. Et certum est, causam effectricem vtriusque partis, perinde atque omnium aliarum rerum tum visibilibus tum inuisibilibus, esse Deum, qui hominem, vt ipsi seruiret, ipsoque fuereetur, efformauit, & ad sui imaginem fecit. Scitote, in-

**A** quit Plaltes, quoniam Dominus ipse est Deus: ipse fecit nos, & non ipsi nos.] Et sanctus Iob: Vocabis me, & ego respondebo tibi: operi manuum tuarum porriges dexteram.] Postquam ex hac vita decessero, & multis sæculis in sepulchro iacuero, & animus meus à corpore separatus in loco à te præparato subsiterit, tandem adueniente resurrectionis die, vocabis me [in iussu & vocè archangeli, & in tuba Dei,] & ego libentissimè tuæ voci parebo, atque vt tibi altem, resurgam. Libenter, inquam, obediam, quoniam vox non erit ad damnationem (vt spero) sed ad salutem, meque, qui opus sum manuum tuarum, singulari amore proteges, & quasi data dextera ad eum subleuandum, cui casus imminebat, ab æterna pena impiis præparata defendes. Est igitur homo opus Dei, quemadmodum & reliqua creata omnia, licet ad finem altiore, quàm res rationis expertes, & ad æqualem cum angelis ordinatus, vt scilicet Deum suum agnoscat, eum diligat, ei obediat, & visionem ac possessionem eius in præmiû sui laboris obtineat. Ex quo profectò non modicam ansam habet homo suæ iniquitatis cognoscendæ, & humilitatis captandæ, qui inter vniuersas res creatas suo creatori solus ingratus est, qui cognitionem eius, quem inanimata sentiunt, perdidit, & opera manuum suarum pro diis coluit, qui amorem suum, spreto summo bono, in fictis bonis collocauit, qui Domino suo obedire contempsit, & tandem hæreditatem illam æternam, & optimam, sibi paratam amisit. Sed de hoc aliàs. Nunc verò omiſſa esse cetera causa, ad id, ex quo factus est homo, oculos conuertamus, & quid fuerit repetiemus.

**C** Homo, quoad corpus, ex vtilissima quadam materia factus est, quam ob honestum pudorem nominare non licet. Eam generali nomine omnibus initiis ex parte materiae communi semen appellamus, & ad maiorem expressionem humanum semen dicimus. Hoc nomine ad hanc rem explicandam vsus est Salomon. Decem mensium tempore coagulatus sum in sanguine, ex semine hominis, & delectamento somni conueniente.] Sanguis maternum semen significat, quod subrubicundum esse dicitur, cum paternum sit albius atque candidius. Vtrumque autem non sine impura delectatione deciditur, quæ proinde somno comparatur, quia & rationem ligat, & pro eo spacio temporis generantes similes belluis facit, & instar somni citò perficitur, & euanescit. Istam materiam Bernardus ita descripsit. Quid sum ego? Homo de humore liquido. Fui enim in momento conceptionis de humano semine conceptus: deinde spuma illa coagulata, modicum crescendo caro facta est.] Et quamuis non deceat in re tam fœtida diutius consideratione immorari, sed potius ab ea citò transire; tamen parcendum est tãtisper rubori, & hoc cœnum paululum mouendum, etiã fœteat, vt homo naturale solum suum, ac egregia initia cognoscat. Materia huic multis nominibus arborum & plantarum femina præferuntur. Primò, quod hæc munda sunt, & sine vllò horrore in sinum mittuntur, oculis videntur, & manibus atteruntur: illa verò materia adè impura est, & fœtida, vt nec manu tangi, nec oculis sine rubore aspici possit. Secundò, arborum femina purissima quadam emanatione procedunt, sed materia hæc emanat nõ sine pruritu carnis, feruore libidinis, & fœtore luxuriæ. Ideo conceptio hominis tenebras amat, & tanquam res obscœna, & quæ genitori ignominia est, lucè fugit, & aliorum etiam familiarissimorum aspectum exhorret. Tertio, femina arborum, atque etiam animalium nullo peccato, nullaque iniquitate inficitur: at hæc materia, eiusve emanatio, sæpissime aliquo peccato, saltè leui, fœdatur, quod parètes ex nimia

Iob 14. 15.

1. Theſſ. 4. 15.

Sap. 7. 2.

Bern. in meditat. c. 2.

Psal. 99. 3.



delectatione solent contrahere. Quarto, illa femina durabiliora sunt, & multis diebus, & mensibus, & annis incorrupta seruantur; nam & nos vidimus aliqua in has postremas orbis regiones ex Hispaniis aduecta, post tres aut plures annos germinasse: hoc verò semen quasi momentaneum, quod post modicum temporis corruptionem subit, & in corruptelam pertransit. Quintò tandem arborum femina semel putrefacta, & in arbusculam, vel plantulam versa, purissimo terræ humore concrevunt: at semen hominis in corpus humanū coagulatum cibo spurcissimo augetur. Sed attende, inquit Innocentius, quo cibo conceptus nutriatur in vtero. Profecto sanguine menstruo, qui cessat in femina post conceptum, vt ex eo conceptus nutriatur in fecmina, qui fertur esse tam detestabilis, & immundus, vt ab eius contactu fruges non germinent; arescant arbuta, moriantur herbae, & amittant arbores fructus, & si canes inde comederint, in rabiem efferantur. Ecce homo parentes tuos, ex quorum dignitate gloriaris, duo hæc femina viri & feminae libidinosè commixta, in quibus nominandis iam inepre parentes tui vocantur. Quoniam si pater est, qui efficienter generat, & mater, quæ quasi patiendam materiam subministrat, sic se habent hæc duo femina, quòd illud ad generationem efficiendo, istud autem passiuè concurret.

Innoc. li. 1. de consuetudinibus. c. 4.

Gen. 2. 7.

Innoc. lib. de consuetudinibus mundi. c. 2.

Eccles. 3. 19. 20.

Afcende nunc paulo superius ex parentibus ad auos, & quis qualisque fuerit auus tuus, attentè considera. Nam si iam ex femine hominis, atque ex ipso homine qui te proximè generauit, discedas, & ad illum primum hominem, qui totius humani generis origo est, pennis meditationis accedas; videbis, eum ex cæno, siue ex luto, fuisse formatum. Hic iam possumus liberiùs loqui: quia lutum non ita nos rubore suffundit. Formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ. Ille, qui ante formationem hominis, aliud vocatur; post eius formationem Dominus Deus vocatus est, vt homo se effectum, vt sit seruus, intelligat. Fuisse autem magna hominis gloria, si Domino Deo suo fideliter seruissset, (quid enim gloriosius quàm illi supremo regi fanulari, cui debita sunt ab omnibus rebus creatis omnia possibilia fidelitatis obsequia?) sed vt seruus malus, & infidelis, statim atque conditus est, seruire noluit, obsequium denegauit, & à domo sui heri, per peccatum aufugit. Id verò eo insolentius & probrosius fuit, quòd homo non erat mancipium solum prelo emptum, aut bello captum, sed ipsissimis manibus Domini fabricatum. At fecit Dominus hunc seruum non de alia nobiliori materia, quàm de limo terræ. Planetas & stellas, ait Innocentius, fecit ex igne: flatus & ventos fecit ex aëre; pisces & volucres fecit ex aqua: homines & iumenta fecit de terra. Considerans igitur aquatica, se vilem inueniet. Considerans aërea, se viliozem agnoscet. Considerans ignea, se vilissimum reputabit: nec se parificabit cælestibus, nec audebit se præferre terrenis; quia parem se iumentis inueniet, & similem recognoscet. Vnus est enim hominum & iumentorum interitus, & æqua vtriusque conditio, & nihil potest homo iumento amplius. De terra orta sunt, & in terram pariter reuertentur. At terram istam ex qua factus est homo, exquisitiùs discutiamus. Nam qui litteras Hebræicas nouerunt, pro certo aiunt, vocem, cui in nostra versione respondet limus, significare minutissimum ac vilissimum puluerem, qui adiecta aqua (vt notauit Tertullianus) coaluit, & formationi huius statuz luteæ aptam materiam præbuit. Huius formationis cor-

poris nostri ex luto meminit Iob; nam Deum alloquens, ait: Memento, quæso, quòd sicut lutum feceris me, & in puluerem reduces me. Lutum namque non siccat terram, & dissolutam, sed humore temperatam designat, quæ primùm in statuam figurata, & postea veluti calore solis exiccata, aliquam consistentiam haberet, nec ob molliciem huc illucque diffunderet. Meminit & Eldras, aut quisquis fuit auctor libri non canonici, sed eruditi: Dedisti, inquit, Adà corpus mortuum (id est, inanimè, & quod nunquam vixerat, è terra formatum) sed & ipsum figmentum manuum tuarum erat, & insufflasti in eum spiritum vitæ, & factus est viuens coram te. Fecit igitur Deus hominem de limo terræ, vt disceret quid esset, quemadmodum ait Laurentius Justinianus; ne de se superbiendo præsumeret, qui se de limo vilissimo sciret esse plasmatum. Fecit de limo, quia id hominis natura posebat, vt caro eius ex luto & cæno fingeretur, cui anima rationalis vnita, nobilior luto & excellentior esse præstaret. Fecit ex luto, vt in exaltanda materia vilissima suam potentiam & largitatem ostenderet. Fecit ex luto, vt suauiter hæc inferiora regeret, & lutum luto præficeret. Fecit tandem ex luto, vt arrogans & superbus hominis spiritus quasi luto mersus, & suæ conditionis vilitate compeditus, disceret Deo obtemperare.

Multis autem modis, quia vilissimum est, à Deo est homo huius suæ naturalis vilitatis admonitus. Vocat Deus seipsum figulum, cum opus creationis humane commemorat; cuius circa argillam & lutum defudar industria. Ecce, ait per Ieremiam, sicut lutum in manu figuli, sic vos in manu mea domus Israël. Et per Isaiam: Nunquid dicit lutum figulo suo: Quid facis? & opus tuum absque manibus eius? Et Paulus: Nunquid dicit figmentum ei, qui se finxit; Quid me fecisti sic? An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud verò in contumeliam? Sæpe etiam in scripturis suis nos Deus figmentum appellat, quod propriè est opus ex luto; vocat etiam terrenos, & terram. Hoc indicant illa verba: Et nunc, Domine, pater noster es tu, nos verò lutum: & fictor noster tu, & opera manuum tuarum omnes nos. Ipse cognouit figmentum nostrum. Sum quidem ego mortalis homo, similis omnibus, & ex genere terreni illius, qui prior factus est. Primus homo de terra, terrenus. Terra, terra, terra, audi verbum Domini. Et sic alia multa. Actandem hæc luti nostri memoria hominis nomini affixa est, vt in venturis sæculis nunquam deleatur. Vocauit namque Dominus hominem Adam, quod nomen terra significat, non quancumque, non sterilem, sed pinguem atque fructiferam, vt sciat homo se terram esse, atque ex luto & cæno in hanc, quam habet, naturam emerisse. Diceris ergo, ô homo, Adam, quia terra vilis es: diceris homo, quia humus. Terra nomen tuum, ex terra corpus tuum, in terra habitatio tua, in terram conuersio tua. Diceris terra, quia ex terra compositus. Sicut enim apud nos Hispanos, Iudæi, aut Mauri, solent vocari, qui à Iudæis, vel Mahometanis originem habuerunt, non quia nunc tales sunt, sed quia fuerunt in parentibus suis, in quorum lumbis continebantur: ita & tu terra, in lutum vocaris, quia corpus tuum ex terra ortum habuit, & quasi ex luto in lacem erupit. Iam consoletur nos Philo Iudæus, dicens, hominem non ex quauis terra, sed ex selectissima fuisse compositum. Non, inquit, ex quauis terræ parte sumpta humo videtur Deus hanc humana specie statuam formare voluisse,

Iob. 10. 9.

4. Esdra. 3. 5.

Insti. ser. Gregorij Marty. 1.

Ieremia 18. 6.

Isa. 45. 9.

Rom. 9. 20. 21.

Isa. 64. 8. Psal. 102. 14. Sap. 7. 1.

1. Cor. 15. 47. Ierem. 12. 19.

Philo. lib. de Opificio.

De P. 2. Tom. 11



sed selecta vnde quaque optima, ex pura materia purissimum excelsis accuratè, quod maximè ad hoc opus aptum erat. Consoletur & nos Augustinus, allens, quatuor litteris nominis Adam, quatuor terræ partes contineri, Orientem, Occidentem, Septentrionem, & Meridiem, quasi primus homo ex quatuor pugillis terræ sumptis à quatuor mundi partibus fuisset compositus. Quod clariùs docuit Cyprianus, qui postquam dixisset, nomina Hebraica eo consilio fuisse indita, vt proprietates hominum, quibus imponebantur, designarent: hæc addit: Ex ipso protoplasto probamus veritatem, Nomen accepit à Deo Adam. Hebraicum Adam in Latino interpretatur, terra caro facta, eo quod ex quatuor cardinibus orbis terrarum pugno comprehendit, sicut scriptum est: Palmo mensus sum cælum, & pugno comprehendit terram, & finxi hominem ex omni limo terræ, ad imaginem Dei feci illum. Oportuit illum ex his quatuor cardinibus orbis terræ nomen in se portare Adam. Sed ò quam exigua, & à longè petita consolatio? Quid enim refert si homo ex terra munda fuerit effectus, cum ex eo terra vilis esse non desinat? Certè si superfluum est (vt dicebat sanctus Hilarion) mundiciam in cilicio quarere, multo delicatius est eam in luto, in cæno, & in stercore quarere. Quid etiam prodest si ex pugnis terræ à quatuor orbis partibus sumptis fuerit compactus, cum ex hoc solum habeamus; quod ex quatuor lateribus (vt aiunt) nulla nobilitate insignitur, sed vndiquaque conspectus humillimo genere natus reputatur? Fiar, fiat ex quatuor pugnis terræ à quatuor plagis orbis acceptis, vt in toto vniuerso cunctæ creaturæ notionem vilitatis hominis habeant, & nullo loco, licet homo velit, & conetur, suam vilitatem abscondat.

Iam ex auo ad proauum hominis ascendamus, non efficientia, sed ordine, quia scilicet tertio gradu separatur à genito, & ideo, vt minus improprie loquamur, quasi proauum appellemus. Cænum ergo illud, siue lutum, à quo homo sumpsit exordium, ex quo factum est? Profectò ex nihilo factum est. Cælum enim, & elementa, atque adeo terra, & aqua, ex quibus lutum factum est, ex nihilo facta sunt. In principio, ait scriptura, creauit Deus cælum, & terram. Create autem, si vox pressius accipiat, est rem totam, siue ex nihilo, producere. Et quamuis verbum, quo facta Scriptura vitur, latiore significationem habeat; tamen certum est, cælum & terram ex nihilo fuisse creata, neque enim productionem cunctorum aliquid præcessit, ex quo aut cælum, aut terra, aut quicquam aliud fieret. Vnde illa septem Machabæorum mater fortissima vnum eorum ad mortem pro patriis legibus sustinentem exhortans, dixit, Peto, nate, vt aspicias ad cælum, & terram, & ad omnia, quæ in eis sunt: & intelligas, quia ex nihilo fecit illa Deus, & hominum genus. Hoc autem initium est animæ nostræ, corporique commune: nam animam non ex se ipso, vt aliqui hæretici impiè & stultè finxerunt, sed ex nihilo in lucem eduxit. Aliter tamen corpus, quam anima hominis ex nihilo facta sunt. Anima quippe nullo interiecto medio, corpus verò ex nihilo mediis aliis erupit. Corpus factum est ex semine, semen ex cæno, cænum ex nihilo: & animus non ex semine, neque ex cæno, quia materiæ expers est, & immortalis, sed à Deo extructus ex nihilo. At nunc perscrutemur quid sit hoc nihilum. Sed certè inanis erit perscrutatio nostra, quia nihil, nullum esse, nullamque naturam habet, sed est defectus; aut (vt propius loquamur) negatio omnis essentia, & naturæ, quare

A neque intelligi quidem potest. Quia cum intellectus solum versetur circa id quod habet esse, vt visus circa colorem, & lucem; auditus, circa sonum, & vocem: non potest capere & intelligere id quod non est. Si verò interroges, Quare dicimus, hoc nihil est, & esse addimus ei; quod non est, neque esse potest? Augustinus hanc quæstionem excitauit, & soluit. Sic ille ait: cum dicimus, nihil, nomen in substantiale nominamus; cum verò addimus, est, rem significamus. Cur ergo nomen in substantiale, id est, nihil, tamquam verè aliquid sit, dicimus; addendo, est? Omne enim, quod dicimus, est; esse aliquid æstimamus. Tamen cum aliquoties dicimus, nihil est, pro consuetudine locutionis addimus, est; ad nihil cum nomen tantum sit nihil, & non res. Hoc itaque nomen, nihil, nullam rem significat: atque adeo si tu, ò homo, factus es ex nihilo, factus es ex nulla re, & fuisti nulla res. Quid ergo fuisti, ò homo? An lignum? Sed minus quam lignum. An lapis? Sed minus quam lapis. An puluis? Sed minus quam puluis. An stercus? Sed minus quam stercus. An umbra? Sed minus quam umbra; quia illa priuatio est lucis in subiecto apto lucem recipere. At te in prima creatione nullum subiectum præcessit; fuisti igitur quod nec amari, nec æstimari, nec intelligi, nec concipi potest, scilicet nulla res. Fuisti quasi in quadam abyssu æternæ obscuritatis, in qua nulla lux; in lacu summæ miseriæ, in quo nullum leuamen; in profundo infelicitatis, aut (quod est amplius) non felicitatis, à quo tamen te potentissima Dei manus extraxit, & totum hoc esse, quod habes, sine eo quod aliquid eius præcessisset, attribuit.

O igitur insignis humanæ elationis profapia, ò illustris generis humani nobilitas, ò clarissimi progenitores hominis stercus, cænum, & nihil! Et superbiat terra, & cinis, & effereat stercus, & eleuabitur cænum, & inflabitur nihil. Et non sufficient indumenta purpurea, & serica, & aurea, & gemmis contexta, ad inuoluendum stercus? Et non satis erit tot genera pretiosorum ciborum, & tot esculenta, & pigmenta ad satiandum cænum? Et non sufficient tot dignitates, tot honores, tot plausus, & laudationes, ad implendum nihilum? O nihil, nihil, quantum Deo displices, cum inflaris; quam dignum es in nihilum redigi, cum eleuaris; quam infamia & risu dignum quando post auram popularem curtis, & honore affici concupiscis. O stercus, quid de primatu contendis? Quid de alienis donis tibi mutuo datis gloriaris? Quid amas primos accubitus in cænis, & psimas cathedras in synagogis, & vocari ab hominibus Rabbi? O cænum quid ea, quæ apud alios splendeant, quaris? Quid tanta sollicitudine præesse appetis? Quid videri maior concupiscis? O nihil, quid tibi & laudi? quid nihilo, & honori? Quid nulli rei, & magni nominis desiderio? An non poterit stercus sine honore putrescere, & cænum sine laude sordere, & nihil sine fama, & gloria perdurare? Sape hanc tuam originem, sanè dedecoris & ignominia plenam, in memoriam reuoca; numquam committas, vt huius primæ vilitatis tuæ obliuiscaris, qua subortæ ex quacumque causâ admirationi respondebis. Corporis doloribus ægritudinibusque vexaris, & ad tumulum iam festinare videris? Cogita apud te met ipsum: sum lutum; & quid mirum si ad lutum properet caro mea, vt lutum luto cohareat? Angoribus & tristitibus animi pulsaris, & timoribus vndiquaque circumdaris? Dic: sum lutum, quid mihi lutum his miseris conculcetur, & ab omnibus despici vereatur? Tentationes te cingunt, & ad malum, quod numquam fortè expertus es, nec vquam co-

August. tract. 9. in Ioan.

Cyprian.

Isaia. 40.

Genes. 1. 1.

1. Mach. 7. 23.

August. 1. Hypo. gnosis. c. 5.

1. Mach. 23. 7.

1. Mach. 23. 7.

1. Mach. 23. 7.





Job. 30.  
19.

gitali, pertinaciter inducunt? Eandem vocem in-  
culca: Sum lutum, & cœnum foetidum: fœtor verò  
fœtorem diligit, & ab omni puritate & mundicia  
mentis abhorret. Sic Iob omnem admirationem  
ex suis miseriis exortam excluderat. Comparatus  
sum, inquit, luto, & assimilatus sum fauilla, &  
cineri.] Quid mirum, inquam, si tantis consumar  
doloribus, si tantis morbis conficiar, si tam despe-  
ratis tristitiis & afflictionibus conterar, cum sim lu-  
tum fœculentum, cum sim fauilla leuissima, & ci-  
nis adustus, cui deest facultas, vt alicui malo resi-  
stat? Lutum fit ex puluere & aqua, vtroque man-  
nente: fauilla & cinis, ex ligno & igne, vtroque  
deficiente. Sum ergo lutum, in quo propensio ad  
terram regnat, & aqueus prauæ concupiscentiæ  
humor exundat. Sum fauilla & cinis, à quo si  
mea naturæ relinquer, omnis fructus bonorum  
operum abfuit, & omnis spiritalis calor, & retum  
cœlestium desiderium amorque defecit. Bene pro-  
fectò sanctus Ephraem meam conditionem descri-  
psit, dicens: Quid est homo? Nihil. Quid homo?  
Cinis, ac puluis. Quid homo? Somnium. Quid  
homo? Vmbra.] Est quippe homo nihil, quia ex ni-  
hilo sumptus est. Est vermis, quia ex putredine fa-  
ctus est. Est cinis, quia facillimè dispergitur. Est pul-  
uis, quia in luenim commutatur. Est somnium, quia  
non subsistit, sed citò euanescit. Est vmbra, quia in  
momento pertransit. Sed satis sit nunc dixisse quid  
homo fuerit, quia fuit stercus, & lutum, & nihil:  
iam verò quid sit, explicare pergamus.

Ephraem.  
serm. in  
eos, qui  
in Chri-  
sto dor-  
muerunt.  
1049. 3.

De...  
Tom. II

Quid est Homo.

CAPVT VI.



**S**OLENT aliqui in terrena republica  
ex initiis exiguis ad magnas dignitates  
prouehi, & ob virtutis meritum, aut  
ob res præclare gestas, celebre nomen,  
gloriosam famam, & ingentes diui-  
tias comparate. Inquiramus ergo num homini ita  
contigerit, vt ex stercore, & luto, & nihilo factus,  
aliquam nobilissimam naturam, & ab omni mi-  
seria & labe alienam sortitus sit? Et quidem sanctus  
Dauid, satis euidenter ostendit, hominem  
esse conditione vilissimum, adeo vt contemplan-  
s eum à Domino dilectum, in admirationem rapi-  
piatur. Alloquens ille Dominum, sic ait: Quid  
est homo, quòd memor es eius, aut filius homi-  
nis, quoniam visitas eum? Mira res, & ma-  
gnam excitans stuporem, quòd tu Deus supremus  
omnium rerum gubernator, & Dominus, memor-  
sis hominis scelestissimi peccatoris, eumque ad te  
trahas; & quòd non obliuiscaris iusti, etiam si  
sanctus sit, & perfectus; immo innumeris & præ-  
tiosis eum beneficiis multiplices. Quoniam tam  
hic quàm ille, sic sunt exigui & viles natura &  
conditione sua; & hic, comparatione tui, tam  
meritis suis paruus, & ille tam omnibus donis in-  
dignus; vt mirum sit valde, si in eos velis eximia  
beneficia conferre, & tantæ vilitatis recordari. Iu-  
sta est, & digna sapientis hæc Dauidis admiratio:  
qui enim vilitatem hominis ex vna parte, & ex  
alia immensam Dei maiestatem & gloriam attentè  
fuerit contemplatus, non poterit non horrore  
perfundi, cum videat hanc maiestatem de tanta  
exiguitate sollicitam, & hanc exiguitatem diuinæ  
maiestatis beneficio ad tanta bona sublimatam.

Psalm. 8. 5.

**A** Quanta eniam sit exiguitas, & vilitas hominis, non  
multis verbis. Seneca in hunc fere modum ex-  
pressit: Quid est homo? Quodlibet quassum vas,  
& quodlibet fragile iactatu; non tempestate ma-  
gna, vt dissipetis, est opus. Vbicumque arietan-  
tis, solueris. Quid est homo? Imbecillum cor-  
pus; & fragile, nudum, suapte natura inerme,  
alienæ opis indigens, ad omnem fortunæ contu-  
meliam proiectum: cum bene lacertos exercuit,  
cuiuslibet feræ pabulum, cuiuslibet victima, ex  
infirmis fluidisque contextum, & lineamentis ex-  
terioribus nitidum, frigoris, ætus, & laboris im-  
pariens, ipso rursus situ & otio iturum in tabem,  
alimenta metuens sua, quorum modum inopia  
rumpit. Anxiæ sollicitæque tutelæ, precarij spiritus,  
& malè inhaerentis, qua parum repentinum audiet,  
ex improuiso sonus auribus grauis excurit. Soli  
semper sibi nutrimentum vitiosum, & inutile. Mi-  
ramur in hoc mortem vnus, qua singulis opusest.  
Namquid enim, vt concidat, res magni momenti  
est? Odor ille, saporque, & lassitudo, & vigilia,  
& humor, & cibus, & sine quibus viuere non po-  
test, mortifera sunt. Quocumque se mouet, infirmi-  
tatis suæ statim conscium, non omne cœlum ferens,  
aquarum nouitatibus, flatuque non familiaris au-  
ræ, & tenuissimis caulis, atque offensionibus mor-  
bidum, putre, cassum, à fetu vitam aufpicatum.  
Cæterum quantos tumultus hoc tam contemptum  
animal mouet: in quantas cogitationes oblitum  
conditionis suæ venit? Hæc ille. Ad quantam  
verò homo dignitatem subleuetur, postea dice-  
mus, & interim ille perspiciet, qui intellexerit, ho-  
minem ad Dei vnionem destinatum, ad possessio-  
nem cœlestium bonorum creatum, & ad intimam  
cum Deo familiaritatem admissum. Sed nunc relin-  
quantur hæc sublimia hominis, quæ sanè non mi-  
nus quàm abiecta & humilia ipsum humiliant, &  
ad hæc crassiora, quæ apertiori modo ad humilita-  
tem conferunt, nostra se conuertat oratio. Vt ergo  
misericordia hominis sit nobis vtrumque perspecta, illud  
in primis aduertamus, hominem ex corpore & spi-  
ritu, ex carne & anima esse compositum, & ex na-  
tura visibili, quæ belluis communis est, atque ex  
natura inuisibili cœlestibus spiritibus proxima co-  
agmentatum. In vtraque verò natura quàm pluri-  
mis est miseriis necessitatibusque subiectus, quarum  
aliquas necesse erit explicare.

D

Homo igitur secundum inferiorem partem sui  
caro est, quem Dominus Deus ex puluere procrea-  
uit. Nonne, inquit sanctus Iob, sicut lac multisti  
me, & sicut caseum me coagulasti? Pelle, & carni-  
bus vestisti me; ossibus & neruis compegisti me.]  
Acceptit Deus puluerem, & aqua subegit, ac mul-  
sit, vel tractabilem & fluidum fecit. Deinde ad  
modum casei lutum illud ex puluere & aqua con-  
cretum pressit, & quasi coagulauit, & forma hu-  
mana vestiuit. Ac tandem illud in pellem, carnem  
humanam neruósque conuertit. Non simpliciter  
terram accepit, ait Chrysostomus, sed puluerem,  
& tenuissimum, vt quis dixerit, de terra. Et hunc  
puluerem terræ suo præcepto in corporis naturam  
vertit. Nam sicut substantiam terræ, cum non esset,  
produxit: ita & nunc, cum vellet, puluerem terræ  
in corpus vertit. Hic exclamare iuuat pulchrum il-  
lud Beati Dauid dictum: Quis loquetur poten-  
tias Domini, & auditas faciet laudes eius? Quia  
de puluere tale animal produxit, & tanto honore  
venustauit, tantisque beneficiis statim ab initio pro-  
sequutus est, monstrans per omnia suam misericor-  
diam? Similis autem est huic primæ formationi ex

Seneca.  
lib. de co-  
solar. ad  
Maritiam

Iob. 10.  
10.

Chryst.  
hom. 13.  
in Genes.

Psalm.  
105.  
2.

luto



luto facta, cuiusque corporis humani formatio. Semen enim femininum quasi lac subigitur, & semen virile, quoad aliquam saltem partem, vicem gerens coaguli, naturalis virtute cum aliqua materia densatur, & in catnem, pellem, ossaque convertitur. De hac formatione sic scribit Augustinus. Dicitur conceptio humani corporis sic procedere, & perfici, ut primis sex diebus quasi lactis habeat similitudinem; sequentibus novem diebus connertatur in sanguinem; deinde duodecim diebus solidetur: reliquis decem & octo diebus formetur; usque ad perfecta lineamenta omnium membrorum; & hinc reliquo tempore usque ad tempus partus magnitudine augetur. ] Jam autem homo nuper conceptus in ipso matris utero incipit, miseris incomparabiles experiri. Concipitur in olido carcere; generatur in tertio & caliginoso ergastulo, nempe in ventre matris, in eoque novem mensibus clausus & compeditus tenetur. Membrana illa, quibus obvoluitur, quae secundae, vel secundinae dicuntur, quod nascentem infantem sequantur, illi pro cippo sunt: pro compedibus vero ipsa dispositio naturae, nam ad modum glomiculi, siue orbiculi, in utero manet ac pro catenis ipsa imbecillitas infantilis, quae eum moveri vix sinit. Illud ergastulum numquam radii vel minimum lucis vidit, numquam vocem consolatoris audiit, nec aliquid levanæ ad ferendas illas angustias accepit, sed semper in perpetua caligine & horrore permansit. Offeritur misero infanti in illo carcere alimentum, ut vivat; sed quod alimentum? Quam immundum, quam olidum, quam ab omni sapore alienum? Huiusmodi alimentum est sanguis mēstruus feminae, quæ supra ex Innocentio descripsimus, & hic iterum ad confusionem nostram eadem ex Plinio reperimus. Sed nihil facile reperitur, inquit, mulierum profluvio magis monstrificum; arescunt superveniente multa, sterilecunt tactæ fruges, moriuntur insita, exuruntur hortorum germina, & fructus arborum, quibus infedere, decidunt. Speculorum fulgor ipso aspectu hebetatur, acies ferri praestringitur, eborisque nitor: aluci apum emoriuntur; as etiam atque ferrum rubigo protinus corripit, odorque diuis aëra. Et in rabiem aguntur gustato eo canes, atque insanabili veneno mortuus infigitur. ] Hoc cibo reges & principes in utero matris aluntur, & quibus tanta & tam exquisita pretiosorum ciborum copia non sufficit, hac peste à morte seruantur. Ibi omnes parvi & magni; nobiles & ignobiles, angustia constingimur, turgiduli illius sordidi paruitate coarctamur, in numeris periculis, ac vitæ discriminiibus cingimur, & si viventes, at saepe signis infelicitatis nostræ notati in lucem prodimus. Quidam enim (ut ait Innocentius) tam deformes & prodigiosi nascuntur, ut non homines, sed abominatioes potius videantur, quibus fortè melius fuisset prouisum, si numquam prodissent ad visum: quoniam ut monstra monstrantur, & ostenduntur ostentui: plerique verò diminuti membris, & sensibus corrupti nascuntur, amicorum tristitia, parentum infamia, verecundia propinquorum. Quid hoc particulariter dixerim de quibusdam, cum generaliter omnes sine scientia, sine verbo, sine virtute nascantur? Flebiles, debiles, imbecilles, parum à brutis distantes, immò multo minus in multis habentes. Nam ut illa orta sunt, statim gradiuntur; nos autem non solum erecti pedibus non incedimus, verum etiam curvatis manibus non reptamus.

Sed adhuc miseriae calamitatēque natiuitatis nostrae sunt minutius indaganda. Tunc enim non sine iniuria matrum nostrarum, quas timore concutimus, dolore ingenti cruciamus, & corporis fractione di-

**A** scerpimus. De vipera à quibusdam memoriae prodium est à foetu suo in ipso partu petrumpi, & ob vitam nequissimis filius datam ab eisdem morte puniri. Alij id negant, & fallum putant, quod à vipera catulos recens natos ore expulsi deprehendunt. At si illud verum est, nos matribus nostris paulo minus nocui sumus, qui eas, si non interficimus, saltem periculo mortis exponimus. Si verò hoc postremum à veritate non deuiat, nocentiores inuenimur, quia matres inmensis doloribus perurgemus. Femina peccatum dolore partus mulctatur est: cui dixit Dominus: In dolore paries filios: ] quæ lex tam exactè seruatur, ut omnes (vna Virgine excepta, quia virgo concepit, & peperit) cum magno dolore partiant, & multæ earum præ doloris magnitudine pereant. Rachel ob difficultatem partus periclitari cepit, & in ipsa effusione factus vitam finivit. Vxor Phinees in ipso partu vitam cum morte commutauit. Et quotidie mortes feminarum videmus, quæ simul vitam peragunt, & infantes effundunt. Nec mirum, quia non est dolor sicut parturientis, cui voluptas in conceptione data, non sine sensu multiplicati doloris auferitur. Nos autem in tanta calamitate nati, & tantis doloribus circumsepti, quid mirum si à ploratu & lacrymis vitam inchoemus, & ad quantas miseras nati sumus, statim, ipsa natura docente, fateamur? Hoc autem esse primum opus infantis ex utero matris in hanc lucem egressi, asserit aperte liber Sapientia, aut potentissimus rex Salomon, qui introducit

*Vagis infans inter artia  
Conditus praesepia.*

Debit enim per omnia fratribus similari, ut misericors fieret. Et qui ad nostras miseras suscipiendas & leniendas nascebatur, æquum erat ut in ipso vitæ mortalis exordio, vagitus & lamenta nostra experiretur. Nam qui per omnia, vel in omnibus (si ignorantiam & culpam excludas) hominibus assimilatus est, sine dubio similem in mundum introitum, & similes vagitus & ploratus accepit, & qui pro nobis iam grandis factus, fatigari & mori voluit, in infantia euolare & flere non erubuit. Hos autem vagitus ploratusque nascentium esse calamitatum futurarum praesagia, falsus est Tertullianus, sic scribens: Mentior, si non statim infans, ut vitam vagitu salutauit, hoc ipsum se testatur sensisse, atque intellexisse, quod natus est, omnes simul ibidem dedicans sensus, & luce visum, & sono auditum, & humore gustum, & aëre odoratum, & terrâ tactum. Ita prima illa vox de primis sensuum vocibus, & de primis intellectuum pulsibus cogitur. Plus est quod de prospectu lacrymabilis vitæ quidam augurum incommodorum vocem illam flebilem interpretantur, quod etiam praesciens habenda sit ab ingressu natiuitatis, nedum intelligens. Hæc ille. ] Errat quidem ille dum sentit infantes intellectus usu pollere, qui visus robustiorem ætatem, & sensuum nonnullam perfectionem expectat, à quorum ministerio dependet. Sed in hoc verus est, quod patet, vagitus & ploratus infantium, futura vitæ mala, & aduersa portendere. Idque quidam ex Latinis Poëtis agnouit, in hunc modum canens:

**E**

Hierony  
epist. ad  
Prasidii.  
Plin. lib.  
10. c. 63.  
Philosfr.  
li. de vi-  
ta Apol-  
long.

Genes. 3.  
16.

Gen. 35.  
17.  
1. Reg. 4.  
10.

Sapient. 7.  
3.

Hebrao.  
2. 17.

Tertull.  
lib. de  
Anima.  
c. 19.

Aug. lib.  
83. 99. 9.  
50. 70. 4.

Plin. lib.  
7. c. 14.

Innoc. lib.  
1. de con-  
tempu  
munit. c.  
5.





Lucret.  
lib. 5.

*Tum porro puer, ut sauis proiectus ab undis  
Nautica, nudus humi iacet infans, indigus omni  
Vitali auxilio, cum primum in luminis oras  
Nixibus ex aluo matris natura profudit,  
Vagituque locum lugubri complet, ut equum est,  
Cui tantum in vita restet transire malorum.*

Duplex ergo instat in ipso ortu nostro futura-  
rum calamitatum indicium. Alterum, quod inter  
immensos dolores matris, & tristes timores pa-  
tris, ex compari discrimine prouenientes, nasci-  
mur. Alterum, quod eiulatu & fletu ab ipsa natura  
datis, & ab ipsa aëris intemperie, & habitationis no-  
uitate exortis, quæ nos aduersa maneat, porten-  
dimus.

Contemplare nunc infantem iam natum, & ex  
aluo matris effusum, & multa videbis, quæ te pudore  
suffundant. Apparet ille nudus, cum alia animalia  
vestimentis sibi congruis, nimirum pellibus, induta  
nascantur. Hanc suam nuditatem Iob deplorabat.  
Nudus, inquit, egressus sum de utero matris meæ, &  
nudus reuertar illuc. Hanc Paulus ad memoriam  
reducebat: Nihil intulimus in hunc mundum; haud  
dubium quod nec auferre quid possumus. Apparet  
inermis, cum & bruta armis fulcita in lucem pro-  
deant, & ubi robur habeant an in cornibus, an in  
unguibus, an in calcibus, an in ore, instinctu naturæ  
docta perferant. Vnde iuuenus vix angustias alui  
deseruit, & necdum cornibus erumpentibus, capite  
astantem adoritur; & pullus equi se ferientem calci-  
bus infestat. At homini vagitus pro armis dati  
sunt, quos emittens, suam infirmitatem omni pro-  
prio tutamine destitutam ostendit. Apparet gressi-  
bus & motibus conuenientibus destitutus. Alia  
quippe animalia recens nata statim ambulant, &  
post paululum subsiliunt, matrem sequuntur, & ne-  
cessarium alimentum inquirunt. Homo verò nec  
progredi potest, nec cibum quaerere, nec ori manum  
ad mouere, sed à matre, vel nutrice, debet à sordibus  
ablui; panniculis, ne frigore, aut alia temporis in-  
iuria offendatur, inuolui; lac ori ingestum sugere, &  
in omnibus adiuuari. Homo in matris utero mul-  
tis periculis circumdatus fuit (quare & plurimi prius-  
quam ad ortum veniant, ad occasum accedunt,) at  
statim ac natus est, magnam turbam periculorum,  
dolorum, & infirmitatum experiri incipit. Pericula  
ex hostibus, & ex amicis, ac propinquis exoriantur:  
ex illis, quia odio prosequuntur; ex istis verò, quia  
moderate amare nesciunt. Pericula ex cælo, ex  
terra, ex mari, & ex omnibus rebus creatis pro-  
deunt, omnia namque sunt nocua nascentibus, &  
cælum fulminibus, terra insolitis motibus, & steri-  
litate sua, mare tempestatibus sauis, aëri contagiis  
ex noxio vapore contractis, & reliqua innumera-  
bilibus modis homini aduersantur, in eiusque ne-  
cem agmine facto conspirare videntur. Pericula ex  
his saepe, quæ ad vitam seruandam accipiuntur,  
emergunt. Multi in cibo veneficia, in potu vene-  
na, in medicamine mortem ex alicuius malitia sum-  
pserunt. Multi ciborum dulcedine victi, & po-  
tuum suauitate superati morbos grauissimos con-  
traxerunt. Multi dum caute viuunt, & se ab omni  
nocumento custodiunt, ex ipsa nimia solitudine  
in amentiam inciderunt, & vnde nimis scioli esse  
volebant, inde alios ad risum prouocarunt. Dolo-  
res verò ex calibus, ex incurtibus, & idibus, ex pla-  
gis, ex vulneribus, ex multiplici corporis læsione, &  
offium contractione proueniunt, adeo ut nemo sit,  
qui non possit dici vitæ dolorum, sciens vulnera, &

Iob. 1. 21.

1. ad Tim.  
mot. 6. 7.

A nolcens multiplicem causam meroris. Ipsa cor-  
poris structura, & misera coagmentatio multorum  
est dolorum origo, dum humorum fluxiones nunc  
oculos, nunc pectus, nunc scapulas, aut alias corpo-  
ris partes inuadunt, & multiplici cruciatu sustinen-  
tem inuoluunt.

Quid nunc de agitudinibus dicam, quæ tot à  
medicis agnoscuntur, quot sunt dies vnius anni so-  
laris, præter eas (& fortè sunt innumerabiles) quas  
ab ipsis medicæ artis peritis necesse est ignorari?  
Tot sunt iam cognitæ, atque compertæ, ut nulla il-  
lucescat dies, in qua homo manifesto pœnæ malo  
non torqueatur. Et esset quidem tolerabile si ho-  
mo singulis diebus singulis tantum morbis impete-  
retur, at id miserrimum & molestissimum est, quod  
sæpe eadem die & hora, multis infirmitatibus cru-  
ciatur.

B Sed quid refert morbos humani corporis  
commemorare, cum tota vita hominis, etiam sani  
& robusti, non aliud sit quam indurpta quadam &  
contingens ægotatio? Pulchre id docuit Augusti-  
nus. Quis enim, inquit, non ægotat in hac vita?  
Quis non languorem longum trahit? Nasci hic in  
corpore mortali, incipere ægotare est. Quotidia-  
nis medicamentis fulciuntur indigentia nostræ:  
quotidiana medicamenta, refectiones indigentia-  
rum sunt. Fames nonne te occideret, nisi medica-  
mentum apponeret? Sitis non te perimeret, nisi  
eam tu bibendo non penitus extingueres, sed dif-  
ferres? Reditura est enim siccitas paululum tempera-  
ta. Temperamus ergo istis fomentis ærumnam ægri-  
tudinis nostræ. Stando lassatus eras, sedendo refice-  
ris. Ipsum sedere medicina est lassitudinis. In ipsa  
medicina rursus lassaris, diu sedere non poteris.

C Quicquid enim est ubi fatigationi succurrit,  
alia fatigatio inchoatur. Hæc ille. Aliud etiam  
est huius assidue infirmitatis indicium, nempe fæ-  
tor, & pædor ex humano corpore semper erum-  
pens; sed hanc infamiam notam non meis, sed In-  
nocentij verbis libet explicare. O vilis, inquit, con-  
ditionis humanæ indignitas! O indigna vilitatis  
humanæ conditio! Herbas & arbores inuelligas;  
illæ de se producunt flores, & frondes, & fructus;  
& tu de te lendes, & pediculos, & lumbriculos.  
Illæ de se fundunt oleum, & vinum, & balsamum;  
& tu de te spurum, vrinam, & stercus. Illæ de se  
spirant suauitatem odoris. Qualis est arbor, talis est  
fructus. Non enim potest arbor mala fructus bo-  
nos facere. Quid enim homo secundum for-  
mam, nisi quædam arbor inuersa? Cuius radices  
sunt crines, truncus est caput cum collo, cuius sti-  
pes est pectus cum aluo, rami sunt vlnæ cum tibis;  
frondes sunt digiti cum articulis. Hoc est [folium,  
quod à vento rapitur,] & stipula, quæ à sole siccat.  
Sic ille. Putrida igitur arbor est, quæ tales flores,  
frondes, & fructus profert, quæ tam tetrum & oli-  
dum liquorem effundit.

D Omnia, quæ hæcenus dicta sunt, ad corpus per-  
tinent. sed nunc animam contemplemur, & quid  
ipsa sit, & quæ iuncta carni patiat, & totus homo  
sustineat, inspiciamus. Creatur illa à Deo, sed in  
mortali & corruptibili corpore, quod informat, &  
in ipso momento creationis, peccato per originem  
traducto fædatur. Primus enim homo in gratia &  
amicicia Dei creatus, & iustitia originali ditatus,  
quam pro se & posteris vniuersis acceperat, si in ea  
permanisset, filios sui similes, gratos scilicet Deo, &  
iustitia cumularos generasset. At peccauit ille, &  
gratiam ac iustitiam, sibi & posteris perdidit. Vn-  
de illi gratia & iustitia priuati concipiuntur. Hæc  
verò priuatio gratiæ, & refectionis debita, illis pec-

Aug. ad  
Ps. 101.

Innocent.  
lib. 1. c. 7.

Luc. 6.  
43.

Iob. 13. 21.



catum est, quod licet non voluntate propria, at voluntate parentum; in quibus tamquam in initiis erant, acceptarunt. Nam si procurator, aut civitatis alicuius prepositus negotiis, apud comitia regni vestigal admittat, tota civitas vestigali subicitur: sic prorsus quia primus parens noster a Deo discessit, & tributum peccato pendit, ideo & nos a Deo auersos, peccatis sordidos, & iniquitatis tributo subiectos genuit. Flebat hanc hominis infelicem sortem sanctus Dauid, quando dicebat: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum; & in peccatis concepit me mater mea.] Nam hic vnum originale peccatum vocat iniquitates, atque peccata: quod licet vnum sit in quolibet puero, tamen omnium sequentium peccatorum, cunctarumque iniquitatum seminarium existit. Et alio loco ait: Alienari sunt peccatores a vulva, errauerunt ab utero, loquuti sunt falsa.] Ab ipsa, inquam, vulva peccatores nascimur, quia in vulva peccatores concipimur. Ab ipso utero erramus, quia in ipso utero impij & insidi gignimur: falsa loquimur: quoniam si iniquitatem proferimus, cum ipsa fallax sit, falsa loquimur; si vero iustitiam edicimus, falsa etiam loquimur, quia aliud est quod ore profertur, aliud autem quod cordis recessibus occultatur. Ex hac infecta radice o quanta mala saepe pullulare non cessant! Nam, ut scripsit Plutarchus, Si tua ipsius intestina aperueris, varium profectio, & multis refertum vitiis penuriam reperies, thesaurumque, ut Democritus ait, non foris illabentium sed quasi natiuis & indigenis praedictorum fontibus, quos effundit exundans & larga perturbationibus malitia. Sensus, & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua.] Inscius, & ignorantia plenus nascitur homo, & vix post multos annos, & multos labores, aliquali rerum notione decoratur. Sensibilia, & rationi, ac virtuti contraria ardentem appetit: intelligibilia, & celestia, & virtuti consona exhorret. Abiecta studia diuitias cumulandi, honores inanes autupandi, & voluptates experiendi, sectatur, & sublimes occupationes Deum contempnendi, & amandi, virtutesque exercendi, perimecit. Inspecito vicos & plateas ciuitatis; percurrito fora; domos maiorum minorumque, & palatia regum aduerito, & si aliqua luce perfundaris, videbis & audies, tot inania, tot futilia, tot inutilia, tot stulta, & hominum ingenio indigna, ut in admirationem rapiaris, & vix aliquid stabile & fixum inuenies. Verè [vniuersa vanitas omnis homo viuens,] quia si sibi relinquatur, non tantum de esse, quod habet, in non esse tendit, sed in omne id, quod inutile ac noxium est, sua volubilitate descendit.

Ex hac autem studiorum vanitate, & rerum labentium immoderata cupiditate; quid sequitur? Id sanè, ut tota vita hominis, angorum, mætorum, & inquietudinum plena sit; & vix omnis eius voluptas vnius momenti est si cum assidua afflictione conferatur. Hoc scio a principio, inquit Iob, ex quo positus est homo super terram, quod laus impiorum breuis sit, & gaudium hypocritæ ad instar puncti.] Quare laus, id est, exultatio & lætitia, impiorum breuis, & gaudium momentaneum vocatur, quod solet per aliquot dies, aut menses perdurare? Non solum profectio quia nulle anni aut oculos Do-

mini tamquam dies hesternæ, quæ præterit, verum etiam, quia si gaudia nostra tristitiis comparentur, non aliter quam guttula vini in magnum aquæ dolium iniecta, calamitatibus prorsusque merguntur. Scire Seneca miseras vite humanæ considerans, temperatè iudicat esse lugendum, ne fortè nobis lacrymæ ad omnia, quæ occurrunt, flenda deficient. Lacrymis nostris, inquit, ni ratio finem fecerit, fortuna non faciet. Omnes aegedum mortales circumspecte. Larva ubique flendi, & assidua materia. Alium ad quotidianum opus laboriosa egestas vocat. Alium ambitio numquam quæta sollicitat. Alius diuitias, quas optauerat, metuit, & voto laborat suo. Alium sollicitudo, alium labor torquet; alium, semper vestibulum obfidens, turba. Hic habere se dolet liberos, hic perdidisse. Lacrymæ nobis decurrunt, antequam causæ dolendi. Non vides qualem nobis vitam rerum natura protulerit, quæ primum nascentium hominum flentem esse voluit? Hoc principio edimur, huic omnis sequentium annorum ordo consentit. Sic vitam agimus; ideoque moderatè id fieri debet a nobis, quod saepe faciendum est: & respicientes quantum a tergo rerum tristitium imminet, si non finire lacrymas, at certè reseruare debemus. Nulli parcendum est rei, magis quam huic, cuius tam frequens vsus est. Sic ille.] Omnia igitur doloribus & angoribus plena sunt; diuitis nondum habitis, dolor debetur, quia absentes sunt; habitis, quoniam non sine molesta cura seruantur: amissis, quoniam quæ diligebamus, non sine dolore deseruntur. Honores & dignitates tristitiis & afflictionibus mersa sunt: si presentia, quia nimis occupationibus miseram animam obruant: si absentia, quia mentem superbia distentam, & eius, quod cupiebat, vacuum sine vlla miseratione dissumunt. Quid de voluptatibus dicam, quæ dum non præsto sunt desiderio; & dum præsto sunt, fastidio, & mortibus conscientia discruciant? Custodiatur itaque homo lacrymas suas, & eas non sine mensura profundat, ut habeat vnde suis malis aliqua ratione medeatur. Nam hæc vita hominis tam calamitosa est, ut non alio suauiori remedio quam assidua lacrymatione possit sibi ipsi leuamentum ministrare.

Hinc iam facile intelligitur descriptio hominis ore sancti Iobi prolata: Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miseriis. Qui quasi flos egreditur, & conteritur, & fugit velut umbra, & numquam in eodem statu permanet. Attende, o homo, tuam originem, ex qua prodisti. Mulier est. Quid mulier? Abyssus imbecillitatis: nam ut summam pusillanimitatem quorundam ostenderet. Ieremias, dixit: Deorum est robur eorum, facti sunt quasi mulieres. Quid mulier? Mare stultitiæ, & insipientiæ: [mulier enim seducta, velut stulta, & amens in prauidatione fuit.] Quid mulier? Totius malitiæ & iniquitatis inuentrix; quam Zacharias in medio amphoræ sedentem quasi digito ostendens, ait: Hæc est impietas; id est, omnium impietatum, & malorum origo. Attende vitam, qua fruoris. Breuis est. An non breuis, quam anni metantur, menses continent, dies abbreviant, horæ ac momenta decurrant? An non breuis, cuius omnia tranfierunt, tamquam umbra, & tamquam nun-

quidam dies hesternæ, quæ præterit, verum etiam, quia si gaudia nostra tristitiis comparentur, non aliter quam guttula vini in magnum aquæ dolium iniecta, calamitatibus prorsusque merguntur. Scire Seneca miseras vite humanæ considerans, temperatè iudicat esse lugendum, ne fortè nobis lacrymæ ad omnia, quæ occurrunt, flenda deficient. Lacrymis nostris, inquit, ni ratio finem fecerit, fortuna non faciet. Omnes aegedum mortales circumspecte. Larva ubique flendi, & assidua materia. Alium ad quotidianum opus laboriosa egestas vocat. Alium ambitio numquam quæta sollicitat. Alius diuitias, quas optauerat, metuit, & voto laborat suo. Alium sollicitudo, alium labor torquet; alium, semper vestibulum obfidens, turba. Hic habere se dolet liberos, hic perdidisse. Lacrymæ nobis decurrunt, antequam causæ dolendi. Non vides qualem nobis vitam rerum natura protulerit, quæ primum nascentium hominum flentem esse voluit? Hoc principio edimur, huic omnis sequentium annorum ordo consentit. Sic vitam agimus; ideoque moderatè id fieri debet a nobis, quod saepe faciendum est: & respicientes quantum a tergo rerum tristitium imminet, si non finire lacrymas, at certè reseruare debemus. Nulli parcendum est rei, magis quam huic, cuius tam frequens vsus est. Sic ille.] Omnia igitur doloribus & angoribus plena sunt; diuitis nondum habitis, dolor debetur, quia absentes sunt; habitis, quoniam non sine molesta cura seruantur: amissis, quoniam quæ diligebamus, non sine dolore deseruntur. Honores & dignitates tristitiis & afflictionibus mersa sunt: si presentia, quia nimis occupationibus miseram animam obruant: si absentia, quia mentem superbia distentam, & eius, quod cupiebat, vacuum sine vlla miseratione dissumunt. Quid de voluptatibus dicam, quæ dum non præsto sunt desiderio; & dum præsto sunt, fastidio, & mortibus conscientia discruciant? Custodiatur itaque homo lacrymas suas, & eas non sine mensura profundat, ut habeat vnde suis malis aliqua ratione medeatur. Nam hæc vita hominis tam calamitosa est, ut non alio suauiori remedio quam assidua lacrymatione possit sibi ipsi leuamentum ministrare.

Hinc iam facile intelligitur descriptio hominis ore sancti Iobi prolata: Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miseriis. Qui quasi flos egreditur, & conteritur, & fugit velut umbra, & numquam in eodem statu permanet. Attende, o homo, tuam originem, ex qua prodisti. Mulier est. Quid mulier? Abyssus imbecillitatis: nam ut summam pusillanimitatem quorundam ostenderet. Ieremias, dixit: Deorum est robur eorum, facti sunt quasi mulieres. Quid mulier? Mare stultitiæ, & insipientiæ: [mulier enim seducta, velut stulta, & amens in prauidatione fuit.] Quid mulier? Totius malitiæ & iniquitatis inuentrix; quam Zacharias in medio amphoræ sedentem quasi digito ostendens, ait: Hæc est impietas; id est, omnium impietatum, & malorum origo. Attende vitam, qua fruoris. Breuis est. An non breuis, quam anni metantur, menses continent, dies abbreviant, horæ ac momenta decurrant? An non breuis, cuius omnia tranfierunt, tamquam umbra, & tamquam nun-

quidam dies hesternæ, quæ præterit, verum etiam, quia si gaudia nostra tristitiis comparentur, non aliter quam guttula vini in magnum aquæ dolium iniecta, calamitatibus prorsusque merguntur. Scire Seneca miseras vite humanæ considerans, temperatè iudicat esse lugendum, ne fortè nobis lacrymæ ad omnia, quæ occurrunt, flenda deficient. Lacrymis nostris, inquit, ni ratio finem fecerit, fortuna non faciet. Omnes aegedum mortales circumspecte. Larva ubique flendi, & assidua materia. Alium ad quotidianum opus laboriosa egestas vocat. Alium ambitio numquam quæta sollicitat. Alius diuitias, quas optauerat, metuit, & voto laborat suo. Alium sollicitudo, alium labor torquet; alium, semper vestibulum obfidens, turba. Hic habere se dolet liberos, hic perdidisse. Lacrymæ nobis decurrunt, antequam causæ dolendi. Non vides qualem nobis vitam rerum natura protulerit, quæ primum nascentium hominum flentem esse voluit? Hoc principio edimur, huic omnis sequentium annorum ordo consentit. Sic vitam agimus; ideoque moderatè id fieri debet a nobis, quod saepe faciendum est: & respicientes quantum a tergo rerum tristitium imminet, si non finire lacrymas, at certè reseruare debemus. Nulli parcendum est rei, magis quam huic, cuius tam frequens vsus est. Sic ille.] Omnia igitur doloribus & angoribus plena sunt; diuitis nondum habitis, dolor debetur, quia absentes sunt; habitis, quoniam non sine molesta cura seruantur: amissis, quoniam quæ diligebamus, non sine dolore deseruntur. Honores & dignitates tristitiis & afflictionibus mersa sunt: si presentia, quia nimis occupationibus miseram animam obruant: si absentia, quia mentem superbia distentam, & eius, quod cupiebat, vacuum sine vlla miseratione dissumunt. Quid de voluptatibus dicam, quæ dum non præsto sunt desiderio; & dum præsto sunt, fastidio, & mortibus conscientia discruciant? Custodiatur itaque homo lacrymas suas, & eas non sine mensura profundat, ut habeat vnde suis malis aliqua ratione medeatur. Nam hæc vita hominis tam calamitosa est, ut non alio suauiori remedio quam assidua lacrymatione possit sibi ipsi leuamentum ministrare.

cus

mini tamquam dies hesternæ, quæ præterit, verum etiam, quia si gaudia nostra tristitiis comparentur, non aliter quam guttula vini in magnum aquæ dolium iniecta, calamitatibus prorsusque merguntur. Scire Seneca miseras vite humanæ considerans, temperatè iudicat esse lugendum, ne fortè nobis lacrymæ ad omnia, quæ occurrunt, flenda deficient. Lacrymis nostris, inquit, ni ratio finem fecerit, fortuna non faciet. Omnes aegedum mortales circumspecte. Larva ubique flendi, & assidua materia. Alium ad quotidianum opus laboriosa egestas vocat. Alium ambitio numquam quæta sollicitat. Alius diuitias, quas optauerat, metuit, & voto laborat suo. Alium sollicitudo, alium labor torquet; alium, semper vestibulum obfidens, turba. Hic habere se dolet liberos, hic perdidisse. Lacrymæ nobis decurrunt, antequam causæ dolendi. Non vides qualem nobis vitam rerum natura protulerit, quæ primum nascentium hominum flentem esse voluit? Hoc principio edimur, huic omnis sequentium annorum ordo consentit. Sic vitam agimus; ideoque moderatè id fieri debet a nobis, quod saepe faciendum est: & respicientes quantum a tergo rerum tristitium imminet, si non finire lacrymas, at certè reseruare debemus. Nulli parcendum est rei, magis quam huic, cuius tam frequens vsus est. Sic ille.] Omnia igitur doloribus & angoribus plena sunt; diuitis nondum habitis, dolor debetur, quia absentes sunt; habitis, quoniam non sine molesta cura seruantur: amissis, quoniam quæ diligebamus, non sine dolore deseruntur. Honores & dignitates tristitiis & afflictionibus mersa sunt: si presentia, quia nimis occupationibus miseram animam obruant: si absentia, quia mentem superbia distentam, & eius, quod cupiebat, vacuum sine vlla miseratione dissumunt. Quid de voluptatibus dicam, quæ dum non præsto sunt desiderio; & dum præsto sunt, fastidio, & mortibus conscientia discruciant? Custodiatur itaque homo lacrymas suas, & eas non sine mensura profundat, ut habeat vnde suis malis aliqua ratione medeatur. Nam hæc vita hominis tam calamitosa est, ut non alio suauiori remedio quam assidua lacrymatione possit sibi ipsi leuamentum ministrare.

Hinc iam facile intelligitur descriptio hominis ore sancti Iobi prolata: Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miseriis. Qui quasi flos egreditur, & conteritur, & fugit velut umbra, & numquam in eodem statu permanet. Attende, o homo, tuam originem, ex qua prodisti. Mulier est. Quid mulier? Abyssus imbecillitatis: nam ut summam pusillanimitatem quorundam ostenderet. Ieremias, dixit: Deorum est robur eorum, facti sunt quasi mulieres. Quid mulier? Mare stultitiæ, & insipientiæ: [mulier enim seducta, velut stulta, & amens in prauidatione fuit.] Quid mulier? Totius malitiæ & iniquitatis inuentrix; quam Zacharias in medio amphoræ sedentem quasi digito ostendens, ait: Hæc est impietas; id est, omnium impietatum, & malorum origo. Attende vitam, qua fruoris. Breuis est. An non breuis, quam anni metantur, menses continent, dies abbreviant, horæ ac momenta decurrant? An non breuis, cuius omnia tranfierunt, tamquam umbra, & tamquam nun-

quidam dies hesternæ, quæ præterit, verum etiam, quia si gaudia nostra tristitiis comparentur, non aliter quam guttula vini in magnum aquæ dolium iniecta, calamitatibus prorsusque merguntur. Scire Seneca miseras vite humanæ considerans, temperatè iudicat esse lugendum, ne fortè nobis lacrymæ ad omnia, quæ occurrunt, flenda deficient. Lacrymis nostris, inquit, ni ratio finem fecerit, fortuna non faciet. Omnes aegedum mortales circumspecte. Larva ubique flendi, & assidua materia. Alium ad quotidianum opus laboriosa egestas vocat. Alium ambitio numquam quæta sollicitat. Alius diuitias, quas optauerat, metuit, & voto laborat suo. Alium sollicitudo, alium labor torquet; alium, semper vestibulum obfidens, turba. Hic habere se dolet liberos, hic perdidisse. Lacrymæ nobis decurrunt, antequam causæ dolendi. Non vides qualem nobis vitam rerum natura protulerit, quæ primum nascentium hominum flentem esse voluit? Hoc principio edimur, huic omnis sequentium annorum ordo consentit. Sic vitam agimus; ideoque moderatè id fieri debet a nobis, quod saepe faciendum est: & respicientes quantum a tergo rerum tristitium imminet, si non finire lacrymas, at certè reseruare debemus. Nulli parcendum est rei, magis quam huic, cuius tam frequens vsus est. Sic ille.] Omnia igitur doloribus & angoribus plena sunt; diuitis nondum habitis, dolor debetur, quia absentes sunt; habitis, quoniam non sine molesta cura seruantur: amissis, quoniam quæ diligebamus, non sine dolore deseruntur. Honores & dignitates tristitiis & afflictionibus mersa sunt: si presentia, quia nimis occupationibus miseram animam obruant: si absentia, quia mentem superbia distentam, & eius, quod cupiebat, vacuum sine vlla miseratione dissumunt. Quid de voluptatibus dicam, quæ dum non præsto sunt desiderio; & dum præsto sunt, fastidio, & mortibus conscientia discruciant? Custodiatur itaque homo lacrymas suas, & eas non sine mensura profundat, ut habeat vnde suis malis aliqua ratione medeatur. Nam hæc vita hominis tam calamitosa est, ut non alio suauiori remedio quam assidua lacrymatione possit sibi ipsi leuamentum ministrare.

Hinc iam facile intelligitur descriptio hominis ore sancti Iobi prolata: Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miseriis. Qui quasi flos egreditur, & conteritur, & fugit velut umbra, & numquam in eodem statu permanet. Attende, o homo, tuam originem, ex qua prodisti. Mulier est. Quid mulier? Abyssus imbecillitatis: nam ut summam pusillanimitatem quorundam ostenderet. Ieremias, dixit: Deorum est robur eorum, facti sunt quasi mulieres. Quid mulier? Mare stultitiæ, & insipientiæ: [mulier enim seducta, velut stulta, & amens in prauidatione fuit.] Quid mulier? Totius malitiæ & iniquitatis inuentrix; quam Zacharias in medio amphoræ sedentem quasi digito ostendens, ait: Hæc est impietas; id est, omnium impietatum, & malorum origo. Attende vitam, qua fruoris. Breuis est. An non breuis, quam anni metantur, menses continent, dies abbreviant, horæ ac momenta decurrant? An non breuis, cuius omnia tranfierunt, tamquam umbra, & tamquam nun-

cus

Seneca l. de consol. ad Polyb. cap. 23.

Tob. 14. 1.

Ier. 51. 30

1. Tim. 2. 14.

Zach. 5. 8.

Sapient. 5. 9. 10. 11. 11.

Psal. 50. 7.

Psal. 57. 6.

Plutar.

Genes. 8. 21.

Psal. 38. 6.

Tob. 29. 4. 5.



cuius percurrentes, & tamquam naui, quæ pertransit fluctuantem aquam: cuius, cum præterierit, non est vestigium inuenire: neque semitam carinæ illius in fluctibus: aut tamquam auis, quæ transuolat in aëre, cuius nullum inuenitur argumentum itineris, sed tantum sonitus alarum verberans leuem ventum, & scindens per vim itineris aërem: commotis alijs transuolauit, & post hoc nullum signum inuenitur itineris illius: aut tamquam sagitta emissa in locum destinatum, diuisus aër continuè in se reclusus est, vt ignoretur transitus illius? ] An non tandem breuis, quæ finem habet, quo appropinquante omnes elapsi anni aspiciuntur, ac si nunquam fuissent? Attende in hac vita breui quàm longis ac multiplicibus miseris afficeris. Miseriæ à corpore profluunt, miseris ex intimo mentis insurgunt; miseris à loco, à tempore, à propinquis, ab amicis, ab extraneis, ab inimicis, & ab omnibus rebus creatis proueniunt. Omnia nos pungunt, vniuersa dilacerant, & nihil est tam charum, quod aut absentia, aut infortunis suis, aut timore amissionis non vulneret. Optimè Bernardus hunc eundem locum interpretans, sic ait: Quàm verum verbum hoc sit, non nos verba docuere, sed verbera. Homo (inquit) natus de muliere: ] nihil abiecius: & ne fortè ex ipsa sibi voluptate corporeorum sensuum, quam de sensibilibus hauriat, blandiatur; in ipso statim introitu de exitu quoque terribiliter admonetur, cum dicitur; [ breui viuens tempore. ] At ne spatiolum illud, quod inter ingressum & egressum relinquitur, sibi liberum putet, [ repletur, ait, multis miseris. ] Multis & multiplicibus (inquam) miseris corporis, miseris cordis, miseris cum dormit, miseris dum vigilat, miseris quaqua verum se vertat. ] Hæc ille.

At aliquid est in homine, quod non ad miseriam, sed ad felicitàtem videtur pertinere. Illud autem est corporis robur, carnis pulchritudo, adolescentiæ decor, sensuum oblectatio, diuitiarum possessio, sapientiæ splendor, honorum gloria, & si quid aliud est, cuius amor nos in hac vita teneat, cuius obtentio delectet. Sed hoc, quicquid illud sit, simul cum homine quasi flos egreditur, & conteritur. Quid fragilius flore? Quid magis labile, ac momentaneum, qui statim ac erumpit, flaccescit, ac deflorescit, & cadit, etiamsi nec aër decuat, nec forceps excidar, nec manus decerpat? Flores apparuerunt in terra nostra, ait sponsa, tempus putationis aduenit, ] quia è vestigio, ac egrediuntur; carpendi sunt, ne si aliqua intercedat mora, marcescant. Talia sunt omnia, quæ in vita hominis reperiuntur gloriosa, & splendida. Nunc lucent apud alios, & aliquantulum perstrepunt, & post modicum etanescunt. Sed hanc hominis gloriam non cuique flori, sed flori fœni Iacobus Apostolus similem fecit. Quoniam dives, inquit, sicut flos fœni transibit. ] In quo hominis fragilitatem adhuc magis expressam inuenio: Omnis enim flos fragilis est, sed flos fœni, sicut & ipsum fœnum, fragilissimus est, & vilissimus, qui cum genitore suo ad pabulum brutorum assumitur. Est igitur gloria hominis sicut flos fœni, quia in momento pertransit, & quandiu durat, debet haberi contemptui. Hancque

vilis gloriæ sensibilis, quam homo tam ardentè amare consuevit, scriptura sæpissime fœni appellatione describit. Omnis caro fœnum, ait Isaias, & omnis gloria eius quasi flos agri. ] Et Dauid: Homo sicut fœnum dies eius, tamquam flos agri sic efflorescit. ] Ac rursus Ieremias: Et cadet morticinum hominum quasi sterco super faciem regionis, & quasi fœnum post tergum metentis. ] Quare homo flos? Quia citò pertransit. Quare fœnum? Quia omnis decor eius apud veros sapientiæ cultores vilescit. Quare flos fœni? Quoniam ac si esset valis bestiarum fœca, aut natura pugnante, aut opibus abeuntibus, aut hostibus insurgentibus, euanescit. Viret enim, inquit sapienter Ambrosius, gloria hominis in carne quasi fœnum, & quæ putatur esse sublimis. exigua quasi herba est, præmatura vt flos, caduca quasi fœnum: germinat vitæ viriditatem in specie, non in fructus soliditatem, hilarioris vitæ quasi flos prætendens iuconditatem, breviori spatio occasura super herba fœni, quod prius quàm euellatur, arefcit. Quæ enim firmitudo in carne, quæ salubritas potest esse diuturna? Hodie videas adolescentem validum, pubescentis ætatis virtute florentem, grata specie, suauis colore: craftina die tibi facie & ore mutatus occurrit: & qui pridie tibi lautissimus de decore formæ visus est Gratia; altero die miserandus apparet ægritudinis alicuius infirmitate resolutus. Plerosque aut labor frangit, aut inopia macerat, aut cruditas vexat, aut vina corrumpunt, aut senectus debilitat, aut euiratos deliciæ reddunt, luxuria decolorat. Nonne verum est, quia aruit fœnum, & flos decidit? Alius ab auis atausque nobilis, & maiorum honestatus infans, prospiciæ veteris clarus insignibus, amicis abundans, stipatus clientibus, & vtrumque latus tectus, secum producens maximam ac redncem familiam, repente aliqua accidentis periculi mole turbatus destituitur ab omnibus, à sodalibus derelinquitur, impugnatur à proximis. Ecce verum est, quia sicut fœnum vita hominis priusquam euellatur, arefcit. Et etiam, qui dudum vbertate affluens copiarum, libertatis fama per ora volitans singulorum, clarus honoribus, præminens potestatibus, tribunali bus celsus, folio sublimis, beatus populis æstimatus, dum præconum clamore deducitur; subita rerum conuersione in eum carcerem rapitur, quò alios ipse deruserat, & inter reos suos imminenti pœnæ deslet ærumnam. Quanta pridie caterua plaudentium, & inuidiosa fauentis populi frequens domum pompa deduxit, & nox vna gloriosa illum splendorem deductionis aboleuit, ac repentinus lateris dolor, effusus gaudijs luctuosam grauis successiõnem mœroris admiscuit? Huiusmodi est igitur gloria hominis, vt flos fœni. Qui etiam deferretur, nihil operibus adiungit, in qua nullus fructus acquiritur, & cum amittitur, euanescit, omnem scenam hominis, & quam desuper obumbrat, repente destituens, & quam intus animabat. Hactenus Ambrosius. ] O ergo egregiam hominis gloriam, ob quam tam difficilia & molesta sustinet, quam tantis sollicitudinibus, & periculis corporis, & animæ discriminiibus mercatur, cuius hæc est miseranda

Isaia 40  
6.Ps. 102.  
15.

Ier. 9. 22.

Ambros. 3.  
Hexam.  
67.Bern. ser.  
in feria  
4. hebdo.  
sancta.  
Iob. 1. 4. 2.Canti. 2.  
12.Iacob. 1.  
10.

condi



conditio, quòd sicut flos, & fœnum, simul atque incipit viuere, incipit interire.

Sed quid est, [Et fugit velut vmbra, & numquam in eodem statu permanet? nisi quòd hæc gloria caduca hominis fallax est, & quòd maior, eò instabilior. Vmbra fallax est, quæ oculis insipientium aliquid esse videtur, cum nihil omnino sit, nisi maioris lucis absentia. Hanc nec oculus videt, quia non vmbra, sed modicam lucem videt; non auris audit; non odoratus percipit; non gustus capit; non manus apprehendit. Sic est homo, & omnis gloria eius, quæ nullam soliditatem, nullam stabilitatem habet, sed semper de vno in aliud se mouet, & tandem in mortem, & sempiternam obliuionem decidit. Idque sonant illa verba Chrysoctomi:

Quid efferis animo, cum sis homo, cognatus terræ, eiusdem substantiæ cum cinere, tum natura, tum animo, tum actionum delectu? Hodie diues, cras pauper: hodie sanus, cras ægrotus: hodie gaudes, cras doles: hodie iuuenis, cras senex. Num quid in rebus humanis consistit, ac non potius annium præterfluentium cursum imitantur omnia, simulatque apparuerunt citius nos quam vmbra relinquunt? Quid igitur cristas erigis homo, fumus, & vanitas? [Homo enim vanitati similis factus est, veluti fumus dies eius.] Exaruit grauen, & flos decidit. Hæc dico, non vt substantiam deiciam, sed vt arrogantiam refrænem.] Sed miserabilis est aliud, quod vmbra nomine denotatur; nimirum, quòd dum maior est homo, aut ætate, aut dignitate, aut honoris altitudine, eo est interitui propinquior. Crescunt vmbra ad vesperam, & longiores ac productiores fiunt, non metuas illas inhians infantule, quia vmbrae sunt, & per noctis præsentiam occumbent. Crescit honor, augetur dignitas, splendor mundanæ prouehitur, iride hæc, nili velis, ô homo, infantium more deludi, quia vmbrae maiores sunt, & eo ipso quòd maiores, in ictu oculi consumuntur. [Dies mei, inquit Dauid, sicut vmbra declinauerunt, & ego sicut fœnum arui.] Idem & tu dicito de vita tua, & de vita cuiusque, etiam si princeps sit potentissimus, quia vt vmbra nimium protracta, declinat, & ad nihilum properat, & vt vile fœnum, & flos agri, non aliud quam celerem casum expectat. Est igitur homo caro, est spiritus ignarus, & cæcus, est compositum quoddam ex corpore, & animo innumeris miseris, & calamitatibus, & ignorantibus, & peccatis subiectum; est flos, & fœnum; est vmbra; in quo, si quæ ex se habet, consideremus, omnia instabilia, omnia fallacia, omnia misera, & tumultuosa reperiemus. Exeat itaque ex se, & transeat in Deum, illique tota mente cohareat, vt ex propinquitate ad illum, qui est, & qui Beatus est, honorem acquirat.

Quid erit Homo.

CAPVT VII.



ONTEMPLATI sumus initium, & progressum hominis; initium vile, progressum miserabilem; nunc eius finem, si

A fortè præfata detrimenta resarciat, inquiramus. Solut enim contingere, vt abiecta & tristitia principia sublimes & lati fines emendent, & vt status adueniens prioris conditionis calamitates aboleat. & sequens felicitas acerbitatem præteritorum casuum amabilem reddat. Ioseph castissimus à carcere ad imperium elatus, & à paupertate ad diuitias, ad amplam domum, ad nobile coniugium, & ad turbam seruulorum, à quibus obsequium accipiebat, euectus, natum sibi filium Manassem vocauit, & lætæ obliuionis ei nomen imposuit, dicens: Obluisci me fecit Deus omnium laborum meorum, & domus patris mei.] An & nos post pædorem huius mundialis carceris aliquem exitum lætitiæ plenum expectamus, quo tantæ miseræ soluantur, & tot tantæque tristitiæ vastentur? O exitum terribilem, ô finem horroris plenum, quem natura mortalis expectat! Hic finis non est alius quam formidabilis mors, qua omnia nostra læta & tristitia finem aspiciunt. Sed priusquam quid in morte erimus, aperiamus, totius nostræ vitæ, ac eorum omnium, quæ dicta sunt, sapiens Philosophus quasi coronidem faciat, & ea in breuem summam, quòd aptius teneantur, colligat. Sic ille ait: In regnum fortunæ, & quidem durum atque iniuctum, peruenimus, illius arbitrio digna atque indigna passuri: corporibus nostris impotenter, contumeliosè, crudeliter abutetur: alios ignibus peruret; alios nudos mari iactabit, & luctatos cum fluctibus, ne in arenam quidem aut litus exploder, sed in alicuius ventrem imense belluæ detrudet. Alios morborum variis generibus emaceratos diu inter vitam mortemque detinebit, vt varia, & libidinosa, mancipiorumque suorum negligens domina, & pœnis, & muneribus errabit. Quid opus est partes dehere? Tota vita flebilis est. Vegebunt noua incommoda, priusquam veteribus satisfeceris.] His miseris & calamitatibus circumsepti, hisque periculis expositi, si non præmatura morte succindamur, omnes vitæ nostræ ætates decurrimus. Infantia tota in nutrimentis corporis agitatur, & in solidanda carne consumitur. Pueritia ludis, & subsaltationibus, & moribus præter omnem modum, & ordinem delectatur. Adolescentia (si non gratia Dei præueniente, & carnem frænante, dometur) cogitationibus impuris decipitur, & luxuriæ desideris sordescit. Iuuentus immensas sollicitudines, honores, & dignitates assequendi sustinet, & nimios labores rem familiarem augendi, & liberos ac familiam gubernandi volens aut nolens suscipit. Haic ætati, quæ vitales etiam annos complectitur, insidiatur senectus referta tristitiis, plena doloribus, & miris afflictionibus, amaritudinibusque subiecta. Tunc oculi caligant, aures grauius audiunt, sensus reliqui immoderatiis suis obiectis affecti languescunt. Tunc capilli fluunt, facies in pallorem mutatur, dentes & robore & numero minuuntur, cutis arefcit, halitus insuauiter olet, pectus suffocatur, tuillis cachinnat, genua tremunt, pedes tument, & tristem animam hæc turba malorum grauius premit. Verè cum homines sibi optant senectutem, non aliud optant, inquit Augustinus, nisi longâ infirmitatem. Nam si quis ad senectutem processerit, vt ait Innocentius, statim cor eius affligitur, & caput concutitur, languet spiritus, & fœret anhelitus, facies rugatur,

Gen. 41. 51.

Seneca lib de consol. ad Marcia. c. 10.

Aug. lib. de catechiz. an. rudibus. Innocent. lib. 1. c. 9.



& statura curuatur, & caligant oculi, & vacillant articuli; nares effluunt, & crines defluunt; tremit tactus, & deperit actus; dentes putrescunt, & aures surdescunt. Senex facile prouocatur, difficile reuocatur, citò credit, & tardè discredit: tenax, & cupidus: tristis, & querulus: velox ad loquendum, & tardus ad audiendum: laudat antiquos, spernit modernos: vituperat præsens, commendat præteritum, suspirat, & anxiatur, torpet, & infirmatur.] Inter has molestias & angores, homo, extremum malorum, scilicet mortem, expectat. Et licet tanta mala patiatur, tamen ad augmentum miseræ ab his eisdem malis, ne in aliud maius incidat, separari delectat.

Sed quantumuis sit homini formidabilis mors, quantumuis enitatur importunissimæ inimicæ sagittas effugere, sine vilo remedio ab ea victus prostratusque succumbet. Quid autem eris, ô homo, cum mors tibi fuerit dominata, aut iam tibi cæperit dominari, non verbis meis, sed alicuius sermonibus, qui iam morti manus dedit, ab ipsaque fuit victus, intelliges. Ecclesiasticus mortuum quendam introducit loquentem, ac te communis hominum fortis admonentem. Memor esto, inquit, iudicij mei, sic enim erit & tuum, mihi heri, & tibi hodie. ] O, inquam, homo, qui adhuc vitam agis; qui vitali actione moueris; qui lucis huius vltura perfrueris; qui tam es huius sæculi negotiis immerfus, & futuræ calamitatis oblitus, inanes quæso & noxias curas deponito, & conditionis meæ horribilis recordationem admittito, quia mihi & tibi vna est communisque conditio, nisi quòd me hesternò die, te verò hodie comprehendet. [ Memor esto iudicij mei, ] id est, sententiæ à Deo seculo iudice aduersum me prolatae, quam iam eius voluntas, cui nemo potest resistere, in me executioni mandauit, quia eadem certissimè aduersum te prolata est, nisi quòd vel vt emenderis, vel ob negligentiam tuam acius puniatis, ad tempus breue differtur. Recordare obsecro ad bonum tuum, miseræ fortis, cui me communis natura subiecit, quia non alia tibi quam mihi fors parata est, sed eidem te fragilis caro subiiciet. Mortalis es sicut & ego, igitur morieris. Luteum vas es, sicut & homines reliqui, igitur & confringeris. Viator es, qui quemadmodum & omnia caduca, ad finem tendis; ergo tandem mortis vmbra occupaberis. Ne longam & prolixam ætatem tibi promittas, nam mors mihi accidit heri, tibi verò hodie, quamuis sis imparatus, adueniet. Est magna domina, quæ vniuersis mortalibus dominatur, & ideo expectari vult, & paratos mortales ac dispositos ad iter faciendum esse cupit, ipsa verò nullum expectat, sed destinato tempore sine vlla mora ad egrediendum vocat. Hoc autem tempus non longè distat, sed hodie est, quia sicut hodierna dies citissimè transiet, etli longinquum videatur. Sed nunc audi iudicium meum, audi sigillatim sortem, ac conditionem meam, vt ex ea tuam valeas coniectare.

Ego quidem mortem certissimam, & incertissimam habui: certissimam, quia post peccatum irrefragabiliter morti fui adiudicatus: incertissimam, quia semper anceps fui quoniam

A tempore eram moriturus, & cuiquam generi mortis eram ex diuina ordinatione subiectus. Talem tu mortem certissimam atque incertissimam tibi insidiantem aduertito. Certissima illa est, quoniam non solum Adæ, sed omnibus quoque posteris eius dictum est à Domino.

In sudore vultus tui vesceris pane, donec reuertaris in terram de qua sumptus es. ] Et verissimæ sunt illæ scripturæ sententiæ: Scio quia morti trades me, vbi constituta est domus omni viuenti. ] Et: Quis est homo, qui viuere, & non videbit mortem, eruet animam suam de manu inferi? ] Et: Omnes morimur, & quasi aquæ delabimur in terram, quæ non reuertuntur. ] Et: A muliere factum est initium peccati, & per illam omnes morimur. ] Reges, ac principes sæculi mortis lege non sunt exempti,

B ac deposito diademate, relictisque diuitiis, & aliis regis insignibus, linteo funebri amicti hinc emigrare compelluntur. Omnes Sancti, & (quod amplius est) ipsa Virgo Deipara sine peccato concepta, & ipse Sanctus Sanctorum, ac Filius Dei mortem subierunt: & hic, quia voluit, alij verò omnes, quia ita natura statutum est, vitam istam cum morte commutarunt. Quis ergo te ab hac communi lege moriendi eximet? Quis in hac vita perpetuò seruabit? Quis vltra breue tempus inducias tibi concedet? An mors præ senectute (quia ab exordio mundi regnare cæpit) obliuiosa erit, aut fortè dum alios insequitur, te eius pallidum ac tristem vultum declinantem pertranabit? Nequaquam. Caput enim canis aspersum, corporis imbecillitas, dolores, morbi, humorum pugna, & ipsa carnis ostiumque coagmentatio, nuncij sunt mortis, ab ipsa ad te missi, qui manifestè profitentur, mortem tui recordari, & iam iam instare, ac ad te festinanter venire. Certissimum igitur est, venturam mortem, at quam incertum est tempus aduentus eius. Quidam in ipso ventre matris, alij statim atque in lucem editi sunt, vitam finiunt. Multi in infantia, multi in pueritia, plurimi in adolescentia, aut virili ætate mortem obeunt, & pauci comparatione prædictorum ad senectam perueniunt. Certumque est adolescentem etiam robustum, ac validum, citò mori posse, senem verò diu viuere non posse. Nec solum tempus moriendi, ac hora hinc emigrandi incertissima est, sed & ipsum genus mortis absconditum, ac penitus oculis nostræ mentis occultum. Quidam enim hinc decedunt longissimo morbo consumpti: quidam breui, sed acerba ægritudine pulsati: non pauci subita & inopinata morte prærepti. Ne nos, inquit Ephræm Syrus, in hodiernum vel crastinum diem impura relaxet cogitatio: quoniam multi, dum multa secum statuerent, ad crastinum non perueniunt: at subito rapti sunt, sicut passerulus ab accipitre, & velut agni à lupo, & quasi captiuus à latrone, nec loqui potius valentes, nec testamentum condere, neque vocem vllam edere. Alij enim vesperi cubitum sani concedentes, ad mane non perueniunt. Alij ad mensam accumbentes expirant. Alij inter ambulandum & ludendum repente sunt mortui. Alij in balneo morientes, idem lauacrum pro epitaphio ac sepultura habuerunt. Alij verò, dum nuptias celebrarent, in ipso thalamo nuptiali subito atque inopinatè abrepti sunt, & eadem sibi vestimenta pro nuptiis pa-

Genes. 3.  
19.

Job. 30.  
23.

Psal. 88.  
49.

1. Reg.  
14. 14.

Ecclesi. 25.  
33.

Ephræm  
ser. Athis,  
qui in Do-  
minos dor-  
muerunt.  
to. 3.

rarunt,



Matth. 24. 43.

rarant, atque pro funere : successeruntque in locum tubicinum lamentantes, & in locum saltantium atque tripudiantium, lugentes atque plorantes. ] Hæc ille. Merito igitur mors comparatur furi. Illud autem scitote, ait Dominus, quoniam si sciret paterfamilias qua hora fur venturus esset, vigilaret utique, & non sineret perfodi domum suam. ] Est, inquam, similitudo admodum apta; quia sicut fur horam sibi commodissimam, patri verò familias incommodissimam ad furandum captat: ita mors quasi nos suæ terribilitatis oblitos, & imparatos, & multa disponentes, & molientes expectat.

Memor itaque esto iudicij mei, quia sic erit & tuum: si forte non fui subita morte sublatu, at acerba, & grauis infirmitas prænuincia mortis me corripuit, & molestissima castigazione vexauit. Sic & tu nisi repente ad iudicium voceris, amara & dura agrotatione pullaberis. Iam te febris absument, iam immanis torquebit dolor, iam cordis immisericors angustia concludet, suauis cibus pro felle, & appetibilis potus pro absinthio erit, & cuncta, quæ leuamen afferre possent, abscedent. Sanguinem venarum tuarum pro salute dabis, & eo effuso, & quasi in pretium admisso, ac si esset pretium vilissimum, contemnetur, & salus optata non dabitur. Amarissimas poriones quasi sanitatis prænuincias, non sine nauæa & stomachi labore suscipies, & incolumitas, ac si tibi illuderet, non subsequetur; vnguenta renibus, cataplasmata iecori, & spleni, & diuersa malagmata aliis partibus admo- uebis, & importuna agrotatio non fugiet. Sed quid aio, non fugiet? in dies inualescet, & magis ac magis tuæ carni dominabitur, donec medici penitus de tua salute desperent. Tunc non cibus, non medicamina, sed linteamina ad cadauer inuoluendum parantur, & necessaria pro more ad funus peragendum quaruntur. Adhuc è vestigio satellites mortis; nam hebescentes oculi contabescunt, pectus palpitatur, rancum guttur anhelat, dentes nigrescunt, pallefcunt ora, & membra cuncta rigescunt. Inter hæc autem & alia magni doloris & horrois indicia anima tremebunda è corpore egreditur, & ab indiuiduo socio volens nolens separatur. Hæc separatio mors est, quæ vt suprema domina assignat duos hos socios, incredibili amore deuinctos, corpus scilicet & spiritum, domicilio suo. Illud terræ mandat, istum verò, secundum merita sua, aut bona aut mala, conuenienti loco commendat. Illud omnibus mundi huius rebus, parentibus, fratribus, cognatis, amicis, opibus, deliciis, honoribus spoliatur, istum, malis operibus onustum, aut bonis actibus adornatum, ad tribunal Iudicis manifestat. [ Siccine separat amara mors? ] Sic profectò separat, & corpus ab omnibus, quæ possidebat, & animam à corpore segregat.

1. Reg. 15. 32.

Psal. 48. 18. Iob. 27. 19.

[ Homo enim cum interierit, non sumet omnia; neque descendet cum eo gloria eius. ] Et [ diues cum dormierit, ] scilicet cum mortem obierit, [ nihil secum auferet, ] ex his, quæ in mundo possidebat: aperiet ] anima [ oculos suos ] è corpore iam egressa, se ipsam attentè considerabit, & felicitatis huius sæculi [ nihil inueniet. ] Sicut aqua de caelo cadens, hominèque in agro reperiens, sic vita functum assequetur, ac comprehendet inopia, & opprimet eum cumulus tribulationum quasi sæua tempestas. [ Tollet eum

ventus vrens ] diuinæ indignationis, [ & velut turbo rapiet eum de loco suo. ] Et mittet super eum ] miseriarum & calamitatum procellam, [ illi- que non parceret, ] & sine vilo emolumento infælix homo manus eius, scilicet Dei, [ fugiens, fugiet. ] Stringet super eum manus suas, & sibilabit super illum, intuens sepulchri locum eius. ] Hæc à Iobo de diuitibus impiis dicta sunt, quæ quodammodo cunctis hominibus competunt, quatenus scilicet omnibus terrenis spoliantur in morte, & in locum horrois & caliginis, nempe in sepulchrum, retrudantur.

Nunc ergo, ô homo, post mortem ( inquit quispiam vita functus ) attende quid eris, & si me aspexeris, ex me ipso tuam sortem addices. Memor esto iudicij mei, quia sic erit & tuum. Meditare seriò in me quid eris in corpore, & quid eris in animo, & fat scio te ipsum copiosè lugebis. Quid eris in corpore? Cadauer. Quid est cadauer? Corpus, quod antea fuit animalis, vita priuatum. Quid est cadauer hominis? Corpus hominis ab anima separatum, sine sensu, sine voce, sine motu, sine pulchritudine: corpus plenum foetoris, frater putredinis, initium cineris, destitutum in cibum vermium. Audi, ô homo, quid posthaceris. Exhibet spiritus eius, & reuertetur in terram suam: in illa die peribunt omnes cogitationes eorum. Nolite, inquam, confidere in principibus: in filiis hominum, in quibus non est salus; ] quoniam egredietur animus à corporibus eorum, & reuertentur in terram, de qua sumpti sunt, & tunc consilia eorum irrita erunt. Quòd si principes huius sæculi soluentur in terram, an tu homuncio vilissime in nobiliorem materiam dissolueris? Audi quid eris. Auertente te faciem turbabuntur: auferes spiritum eorum, & deficient, & in puluerem suum reuertentur. ] Et quidem si animalia vniuersa, cum Deus manum subtraxerit, illisque cibum dare desierit, præ turbatione tabescent, ac tandem in puluerem resoluta deficient; quid de homine sentiendum est, cuius eadem est cibi necessitas, cuius est corporis eadem materia, nisi quòd in puluerem desinet, & in lutum se conuertet? Nam & [ ecce nunc in puluere dormiam, inquit Iob, & si manè me quaesieris, non subsistam. ] Attende quid eris.

Psal. 145. 2. 3.

Psal. 103. 29.

Iob. 7. 21.

Iob. 13. 18.

Iob. 17. 13.

Quali putredo, ait idem, consumendus sum: & quasi vestimentum, quod comeditur à tinea. ] Res namque sum putrida, & interitui obnoxia, atque adeò non post multum temporis in vilissimam materiam corruptus redibo, & instar attriti vestimenti, quod à minimo animalculo, tinea scilicet, deuoratur, præ imbecillitate consumar. Sed dicito mihi, ô sancte Iob, in quam materiam desines, in quam nam substantiam reuertaris? Si sustinero, inquit, infernus domus mea est, & in tenebris stravi lectulum meum. Putredini dixi, pater meus es; mater mea, & soror mea vermibus. ] Nihil aliud iam expectare libet, quam domum sepulchri mei, in qua tenebris & caligine oblità stravi ( in quo vsque ad diem resurrectionis quiescam, ) lectulum meum. Ibi autem non de nobilitate gloriabor, non parentum meorum stemmata commemorabo, sed putredo factus, & cibus vermium effectus, putredinem patrem agnoscam: nam ex putri materia coagulatus sum: & vermes eo affectu, quo filij diligunt matres suas, & fratres sorores suas, amore complectat: quoniam inter illos quasi inter fratres,



& cognatos, usque ad orbis immutationem permanebo. Hic exclamat merito Augustinus dicens: Et quam turpis pater, & quam vilis mater, quam abominabilis soror! Conceptus de fetore per ardorem libidinis putrefacto, cuius tamen cadaveri quasi funebres vermes assistunt. Vitiis produxit faciem, & iam mortuus producet fetorem, & putredinem. Vitiis amicum hominem impugnavit, mortuus vermes plurimos impinguabit. Quid ergo scdus humano corpore, quid horribilius corpore mortuo? Cuius gratissimus erat amplexus in vita, molestus etiam erit eius aspectus in morte. Quid ergo profunt diuitiae, quid epulae, quid deliciae? Non liberabunt a morte, non defendent, non eripient a fetore. Qui quondam sedebat in throno gloriosus, modò latet despectus post mortem in tumulo. Qui stabat ornatus in aula, modò sedet immunus in tumba. Qui vescabatur deliciis in cenaculo, modò consumitur a vermibus in sepulchro.] Omnes ergo mortales post mortem erunt putredo, & fetor, & vermis, puluis, & cinis. [Homo enim putredo, & filius hominis vermis.] Hæc fors homines cunctos expectat, a qua nec nobilitas, nec diuitiae, nec potestas eximunt, nec acumen ingenij, nec literæ, nec alia quæuis, quæ in hoc mundo æstimantur, excipiunt. Hic ex accidentibus magna conspicitur mortalium diuersitas, quia eos aut maiorum claritas, aut propria facinora, aut conquisitæ diuitiæ discernunt; in tumulo autem omnes erunt puluis, & cinis; nec est aliquid, quod hos aliis præferat, aut regem a mancipio distinguat. Circumspice eos, inquit Prosper Rhegiensis Episcopus, qui ante te similibus splendoribus fulsere. Vbi sunt, quos ambiabant ciuium potentatus? Vbi insuperabiles Imperatores? Vbi qui conuentus disponebant, & festa? Vbi equorum splendidi inuectores? Exercituum duces? Sarrapæ, Tyranni? Non omnia puluis? Non omnia fauilla? Non in paucis ossibus eorum vitæ memoria est? Respice sepulchra, & vide quis seruus, quis dominus, quis pauper, quis diues? Discerne, si potes, vinculum a rege, fortem a debili, pulchrum a deformi. Memor itaque naturæ, non extollaris aliquando. Memor autem eris, si te ipsum respexeris. Hæc igitur fors, hæc conditio sanè misera omnes homines manet, vt quoad corpora conuertantur in cineres. Vnde qui modò vilis, & fragilis caro es, cinis, & puluis eris, nullaque alia maiori dignitate fulgebis.

Est autem alia corporis mortui calamitas maxima, quod omnes illud horrent, & a se abicere, & procul ablegare contendunt. Sponsus sponsam charissimam atque pulcherrimam; parentes, filium; & filius, parentes; amici, amicum, quam primum possunt, domo pellunt, & vt eius ignominiam ac infamiam vtrumque contendant, in sepulchro condunt, ac terra cooperiunt. Meritoque corpus mortuum infame est, quoniam ad nihil, nisi ad hoc vt putrefiat, & vermes ex se genitos pascat, vtile est. Ideoque de quodam potentissimo rege dicit Isaias: Tu autem proiectus es de sepulchro tuo quasi stirps inutilis pollutus, & obuolutus cum his, qui interfecti sunt gladio, & descenderunt ad profundum laci, quasi cadaver putridum. Verè stirps inutilis corpus humanum ab anima separatum, quod nulla vis naturæ potest ad vitam reducere, neque a fetore & corruptione liberare. Vnde Iob ait: Lignum habet spem: si præcisum fuerit, rursum virefcit, & rami eius pullulant. Si senuerit in terra radix eius, &

A in puluere emortuus fuerit truncus illius, ad odorem aquæ germinabit, & faciet comam quasi cum primum plantatum est. Homo verò cum mortuus fuerit, & nudatus, atque consumptus, vbi, quæso, est? Quomodo si recedat aqua de mari, & fluiuis vacuefactus arefcant: sic homo, cum dormierit, non resurget, donec atteratur cælum, non euigilabit, nec confurget de somno suo. Ergo homo mortuus quoad hoc vilior & abiectior est ligno: nam hoc licet conuulsum, licet præcisum, licet diurnitate inueteratum, si iterum inferatur, & aqua rigetur, inuenescit, rediunumque resurgit. At homo nulla naturæ virtute potest ad vitam redire, nec ad pristinam conditionem reuocari. Et quidem mare nunc fluit, & aliquam terræ partem deserit; nunc verò refluit, & eandem quasi perditam citò recuperat. Similiter torrens, si nunc æstate siccat, post paulum facta accessione aquarum exundat. At homo nunquam vitam mortalem recuperabit, quam semel amisit: nunquam ad possessa prius bona reuocabitur, sed in puluerem versus custodietur. Ad vitam verò immortalem aliquando resurget, quando Deus in extremo die cælos immutabit, & maiori splendore conuestiet. Liquet enim, inquit Gregorius, quia non resurget, scilicet donec atteratur cælum: quia nisi mundi huius finis aduenerit, humanum genus a somno mortis ad vitam non euigilabit. Non ergo quia omnino non resurget, sed quia ante conuentionem cæli, humanum genus minimè resurget, insinuat. Erit ergo homo quoad corpus, & quoad hanc vitam istius mundi atinet, abiectissimus, qui in puluerem & fetorem conuertetur, & nulla naturali facultate ad meliorem sortem reuocabitur.

Hæc, ô homo, eris in corpore, sed quid eris in animo? Animus quidem noster immortalis est, non cum corpore corrumpitur, non in cineres vertitur, qui naturam spiritualem, & ab omni corruptione alienam sortitus est, sed tamen omnibus bonis, quæ in hoc mundo diligebat, exiuit. Non cum cognati delectant, non famuli circumstant, non opes iuuant, non dignitates spectabilem faciunt, non reliqua visibilia, sicut cum corpori erat iunctus, suffulciunt. Incipit regionem quandam sibi prorsus incognitam ingredi, cum nunquam visis, & incognitis penitus conuersari. Hi non adulantur illi, non perperam facta dissimulant, non bene gesta inaniter, & ad gloriam vanam captandam laudabunt, sed in omnibus veritatem profitebuntur. Astabit animus ante tribunal districti & seueri Iudicis, qui cum sapientissimus sit, non poterit falli; cum rectissimus, non poterit muneribus corrumpi; cum potentissimus, non poterit minis terri; nec ad damnationem bonorum, aut liberationem malorum adduci. Coram hoc Iudice anima a corpore separata, de cogitationibus, de desiderijs, de verbis, de operibus, de omissionibus, de aliorum peccatis, quæ quoquomodo ad ipsam pertinent, examinabitur, & iuxta meritum suum, aut pœna aut præmio afficietur. Vniuersa tunc temporis animam deserent, & solam derelinquent. Nam nec corpus ei aderit, quod in sepulchro putrefcit; nec amici, aut cognati, qui post paucas horas aut dies defunctum obliuioni tradunt; nec res temporales, quæ iam alijs possessoribus seruiunt. Assistent autem ei Angeli, si fortè animam liberare possint: assistent & demones, vt eam, si concessum illis fuerit, ad se trahant. Astabit propria conscientia

accusans

Aug.

Iob. 25.  
6.Prosper  
lib. sententia  
vlt.Isaiæ 14.  
19.Iob. 14. 7.  
8. 9. 10.  
11. 12.

Gregor.



Ephraim cum a. T. r. s. u. l. u. s. B. e. n. e. d. i. c. t. u. s. a. n. i. m. a.

accusans quicquid non ante recte gestum fuerit. Sed ita adhaerebunt opera in hac vita facta, ut nulla ratione ab anima diuelli possint. Hanc horam separationis animae à corpore optime describit magnus Pater Ephraim in hunc modum: Beatus quicumque in hora illa emigrationis, quando cum timore atque dolore anima separabitur à corpore, fiduciam repererit. Venturi enim sunt Angeli, qui animam à corpore iam separatam accipiant, sistantque ante tribunal immortalis ac tremendi iudicis. Magnus nos timor inuadit, o fratres, in hora mortis, quando cum tremore atque dolore separanda erit anima à corpore. Siquidem in hora illa discensus praestabuntur animae suae, quae gesserit opera, diurna, atque nocturna, siue bona, siue etiam mala. Impellentibus iam eam Angelis, ut exeat à corpore, illa respiciens ad sua opera, egredi pertimescet: peccatoris verò anima cum timore è corpore recedet, & tremebunda abibit statuenda ad tribunal immortalis iudicis. Cum autem iam emigrare coegerit è corpore, contuebiturque sua opera, tunc cum timore dictura est ipsis: Concedite mihi vnus adhuc horae spatium, donec egrediar. At cuncta eius opera simul vna voce respondebunt, dicentque ei: Tu nos fecisti, tua opera sumus, tecum vna ad Deum ibimus. Sic ille.] Ecce ergo, o homo, quid eris: in corpore pulvis, in anima reus; in corpore cinis; in anima iudicandus: in corpore putredo, & vermis; in anima ex tuis operibus, aut poenis, aut praemiis afficiendus. Et ut breuiter omnia dicta tibi proponam, & quid fueris, quid sis, & quid eris, ad tuam confusionem inculcem, audi verba Hugonis Victorini, quae huius argumenti finem imponunt. Attende, inquit, Homo, quid fuisti ante ortum, & quid es ab ortu vsque ad occasum: atque quid eris post hanc vitam. Profecto fuisti, quod nihil erat, postea de vili materia factus, & vilissimo panno inuolutus, menstruali sanguine in vtero materno fuisti nutritus: & tunica tua fuit pellis secundina. Sic indutus & ornatus progressus es ad nos: nec memor es quam sit vilis origo tui. Forma, fauor populi, feruor iuuenilis, opesque subripuerit tibi noscere quid sit homo. Nihil aliud est homo, quam sperma foetidum, saccus stercoreum, cibus vermium.

Post hominem vermis, post vermem serior & horrior. Sic in non hominem vertetur omnis homo. Cur ergo superbis homo? Attende quod fuisti vile semen, & sanguis coagulatus in vtero: deinde miseris huius vitae expositus; postea vermis, & cibus vermium futurus in tumulo. Quid superbis pulvis, & cinis: cuius conceptus, culpa; nasci, miseria; viuere, poena; mori, angustia? Vnde superbit homo, cuius conceptio, culpa; nasci, poena; labor, vita: necesse, mori?

Quid potuit Homo.  
CAPVT VIII.

**M**OS est satis antiquus principum huius saeculi homines exaltate abiectos & viles, & ad magnam potentiam & dignitatem prouehere, ut & manifesta signa sui erga eos eximij amoris ostendant, & ut suam potestatem in huiusmodi exaltatione, magnificentiamque declarent. Cum enim proprium sit amoris sua bona in ama-

**A**tum effundere, & consonum sit magnitudini, se ipsam magnis & admirandis operibus aperire, sit, ut cum haec duo in sinum regis concurrant, cum acutissimè ad amplificandum & efferendum amicum inflament. Magnificèntia, magna facere debet, si potest, & vera magnificentia est: amor amico quanta potest bona impertitur, si verus amor est. Quid ergo dabit illi magnificentiae & potestati iunctus, nisi tot & tanta, quae & amicum regis spectabilissimum faciant, & supra alios aulicos ac magnates extollant? Huic rei nullum est regnum etiam barbarum, quod non fidem faciat, & nullus (ut credo) fuit rex, quamuis praè immanitate hominis naturam exuerit, qui non hunc morem operibus testatus sit. Ut verò nunc hominum historias relinquamus, non pauca in diuinis monumentis huiusce rei inueniemus exempla. Dauid rex sex & triginta viros habuit sibi magno amore coniunctos, qui (ut dicitur in Paralipomenon) [adiuauerunt eum, ut rex fieret super omnem Israël.] Horum autem fortissimus, & fortè amicissimus fuit [Gesbaan filius Achamoni princeps inter triginta, qui leuauit hastam suam super trecentos, vulneratos vna vice,] & Christi perfectissimos amicos signat. De Euilmerodach scriptum est: Factum est in anno trigésimo septimo transmigrationsis Ioachim regis Iuda, mense duodecimo, vigesima septima die mensis: subleuauit Euilmerodach rex Babylonis anno, quo regnare coeperat, caput Ioachim regis Iuda de carcere. Et locutus est ei benignè, & posuit thronum eius super thronum regum, qui erant cum eo in Babylone.]

**B**is regum familiarissimis amicis adiungendus est Aman. Nam [rex Assuerus exaltauit Aman filium Amadathi, & posuit solium eius super omnes principes, quos habebat. Cunctique serui regis, qui in foribus palatii versabantur, flectebant genua, & adorabant Aman; sic enim praeeperat eis Imperator.] Ad eos quoque pertinet Nehemias pincerna Artaxerxis regis, qui tantum apud illum valuit, ut auditis precibus huius, quem admodum diligebat, Hierosolymas euersas aedificari imperaret. Ac tandem amicissimus regis Darij Medj fuit Daniel, quem antea à regibus Babyloniae propter admirabilem sapientiam ad summos honores euectam, ipse amplius honore affecti; & vnum de tribus primis principibus, qui toti eius imperio praerant, constituit. Qui licet ex tribus quoad imperium, & potestatem esset vnus, tamen in conciliando sibi amore regis, eò vsque progressus est, ut esset vnicus, & omnibus emineret. Nam & Daniel superabat omnes principes, & satrapas, quia Spiritus Dei amplior erat in illo. Porro rex cogitabat constituere eum super omne regnum, quo magis ipse labore ac molestia vacaret. Haec autem regum consuetudo, si eam per se accipiamus, & à vitis & immoderatis eorum affectibus separemus, bona est, & omni peccato ac imperfectione caret. Cur enim si conyuniibus reipublicae hominibus fidelem amicum habere concedimus, regi denegabimus, qui pro exigentia maioris oneris suis hameris impositi magis consilio amici fidelis indiget? Ille profecto; qui opum est ditior, & potestatis ac muneris abundantior, leuaminis & adiutorij est indigentior: habeat igitur aliquem, quocum suas sollicitudines partiatur, & à quo in negotiis regni iuuetur. Hunc verò æquum est honorare, & aliis tum opibus tum dignitate praepone, ut qui regi ipsi vtilior est, & reipublicae fructuosior, aliis minus dignis, in his quae decent, praeratur.

Et quidem haec ita in regnis terrenis geruntur, à quibus non abhorret Dei omnium regis suprema

1. Paral. 11. 10. num. 11.

4. Reg. 25. 27. 28.

Ester 3. 1. 2.

2. Esdra 2. 6.

Daniel. 6. 3. 4.





maiestas. Quilicet non ad indigentia leuamen, cum nullius egeat, ar ad ostensionem largitatis suae, & miserationum suarum, aliquos homines sanctissimos in amicos admodum familiares elegit, eosque mentis puritate, & caelestibus donis hominibus reliquis praetulit. Sed ad rem nostram accedamus. Hic omnipotens imperator noster in ipsis mundi primordiis amicissimum quendam & familiarissimum habere voluit, in quo suum immensum amorem collocaret, suas infinitas diuitias effunderet, & suam omnipotentiam ac largitatem demonstraret. Sed quisnam fuit iste amicissimus Dei? Non alius profecto quam homo, in quo misericordie inueniebantur ea omnia, quae ad ostensionem diuinae largitatis videbantur necessaria. Quid enim quae potestiam maximam ostendit? Id certe, si ciuem vilissimum & pauperissimum, ac assumptum de media plebe, capacissimum tamen, ob insignem sapientiam atque virtutem, maximam dignitatis, in amicum eligit, eumque magnatibus principibusque praeponat, & ad summam dignitatem, ut sit nempe supremi consilij praeses, euehat. Talis erat homo. Quid enim vilius, quid abiectius homine, qui fuit ex limo terrae factus, & quod ad se attinet, seclusis non debitis donis, multis miseris mortisque subiectus? Sed quid capacius homine, non quidem ob habitam a se sapientiam, atque virtutem, sed ob naturam aptam ut a Deo acciperet sapientiam atque virtutem? In electione ergo hominis ad amicitiam suam Deus maximam suam misericordiam & largitatem ostendit, quia creaturam vilissimam, ut eam magnificaret, elegit, quod maioris misericordiae est, quam si angelum non abiectum, nec tam indigum exaltasset. Maximam etiam suam sapientiam declarauit, quia in tanta vilitate tantam capacitatem ad accipiendam immensitatem suorum donorum, inuenit, quam facilius, si res ipsas spectemus, in nobiliori creatura reperisset. Ac denique suam potestatem testatam fecit, qui ita potuit imbecillitatem hominis immensis donis cumulare. Si ergo audiuit homo quid fuit, & quid est, & quid erit per naturam; audiat modum quid fuit, & quid potuit per gratiam, ut ex culpa sua e tanta potestate ad tantam infirmitatem deiectus, se ipsum, qualis nunc sit, agnoscat, & non ex caecitate superbiat. Licet enim alicui miserum sit, semper inglorium & pauperem fuisse, multo tamen miserius est, post summam gloriam & abundantiam, proprijs culpis exigentibus, ad summas calamitates euolasse.

Condidit Deus hominem, & condidit amicum suum, nam non nudum, sed indutum gratia, gratum & amicum faciente, ac iustitia originali, creauit, & eum iustum, sapientem, fortem, moderatum, & ab omni praua concupiscentia, ab omni que difficultate bene operandi liberum, a morte alienum, & omnium rerum visibilium dominum ac regem effecit. Hoc sane signum immensi amoris Dei erga hominem fuit, eum ita suis donis ornare, suis opibus ac attributis circumdare, ut nec ad momentum se pauperem, nudum, & abiectum aspiceret. Donorum enim largitionem nemo non videt esse signum amoris, ex qua amore Ionathae erga Dauid sacrae litterae collegerunt. Dicto namque quomodo Ionathas impense diligebat Dauid, amoris signum explicat, dicens: Nam expoliavit se Ionathas tunica, qua erat indutus, & dedit eam Dauid, & reliqua vestimenta sua usque ad gladium, & usque ad baltheum. ] Hac eadem ratione Domini amor immensus erga hominem manifestatus est: qui licet non se expoliauerit bonis suis ( cum non possit ma-

1 Reg. 18.  
4.

nere aut nuda, aut bonorum indiga diuina maiestas) tamen eisdem bonis (prout erat possibile) hominem suum familiare circumdedit. Tunica Dei est decor eius; qui decorum indutus est, puritas, & sanctitas eius, qua pulcher & decorus incedit, & summe amabilis ipsum contemplantibus apparet. Tunicam hanc pulcherrimam Dei beneficio induit homo, cum in initio conditionis suae gratiam & sanctitatem accepit. Idque significant multa scripturae verba, quae asserunt, debere hominem spiritu ac mente renouari. Paulus quodam loco ait: Renouamini spiritu mentis vestrae, & induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia. ] Et alio loco: Expoliantes vos veterem hominem, & induentes nouum, qui renouatur in agnitionem, secundum imaginem eius, qui creauit illum. ] Et rursus alio: Licet is qui foris est noster homo corumpatur, tamen is qui intus est, renouatur de die in diem. ] Qui homo in iustitia, in sanctitate, in agnitione renouari iubetur, aliquando nouus fuit: neque enim innouari potest, quod nunquam habuit nouitatem. Nos ergo quibus cura renouationis imponitur, aliquando in protoparente nostro fuimus noui, in quo natura nostra gratia adoleuit, & sanctitate refulsit. Quae, quibusdam Patribus asserentibus, illo inspirationis diuinae effectu signat fuit, cum dictum est, inspirasse Dominum in faciem hominis spiraculum vitae. Quorum Patrum vnus sit Basilius, sic scribens: Insufflauit in faciem hoc est, partem aliquam propriae gratiae apposuit homini, ut per hanc sibi impressam similitudinem, eum, cui similis est, agnosceret. Et idem sanctus Pater alibi de anima Adae loquens, ait, Quod autem erat illi peculiare bonum? Quod Deum habebat affidue coniunctum, illique per charitatem coad vnata erat. Sicut ergo ex eodem serico parentes nobiles, & filij eorum, induuntur, nec alia pro filio grossior, alia pro patre subtilior tela coemitur: ita Deus vere hominum pater, sua eos gratia, nempe suae sanctitatis participatione vestiuit, & in illo primo humani generis latore decorauit.

Dedit etiam Dominus homini in signum magni amoris, non solum tunicam, sed & omnia vestimenta sua, quibus eum aduersus frigora aestusque protegit, & contra omnia spiritali vitae aduersantia communiuit. Nonne vestimentis Dei optimae virtutes omnes possunt intelligi, quae illum ad rudis intelligentiae nostrae modum amiciunt, & quasi extrinsecus adiacentes operiunt, cum tamen nequaquam externae sint illi, in quo nulla est substantiae accidentiumque discretio, sed simplicissima, qua omnia eius attributa continentur, ac perfecta natura. Haec sunt vestimenta illa, quorum simbriae toram templi fabricam implent, de quibus Isaias ait: Et ea, quae sub ipso erant, replebant templum. ] Nam quasi simbriae vestimentorum Dei sunt, & scintillae immensis ignis ipsius vniuersae virtutes, quarum decore omnes angeli, & sancti vera Dei templa, replentur. His vestimentis ornauit Deus primum hominem, quem in sua creatione fecit conspicuum fide, stabilem spe, pulchrum charitate. Quem & insigniuit prudentia, decorauit iustitia, roborauit fortitudine, extulit temperantia, & reliquis virtutibus exornauit. Et quem admodum rex ditissimus multa & pretiosa habet indumenta hyemi & aestati, & alijs anni temporibus accommoda, quae & nimio frigori obstant, & nimium calorem non augent, sed temperant, & pro occasione diuersitate ipsum prout regie maiestati cogruit, decenter operiunt: Ita homini, qui rex vniuersi orbis fuit constitutus, virtutes pro indumentis datae sunt,

Ep. 92.1.

Ephes. 4.  
23.

Coloss. 3.  
9.

1. Corint.  
4. 16.

Genes. 1.  
7.

Basilius.  
ad P. sal.  
48.

Basilius.  
ho.  
9. quod  
Deus non  
sit auctori  
malorum.

Isaias 6.1.

sunt,



sunt, quæ eum in omni actu, & suæ dignitatis ostensione, circumdarent. In hoc ditissimo ac pretiosissimo virtutum cumulo posita est illa similitudo Dei, ad quam homo factus asseritur. Faciamus hominem (verba sunt Dei) ad imaginem, & similitudinem nostram. Qui in hominis creatione plurali numero locutus est, ut Trinitatis sanctissimæ arcanum denotaret, & hominem ad cognoscendam & conficiendam Personarum Trinitatem, essentiaque diuinæ unitatem, creatum ostenderet. Imago Dei in homine, in ipsa natura hominis spiritali, quoad animam, & intellectus, ac liberi arbitrii capaci, similitudo verò in cunctarum virtutum possessione consistebat, ut Augustinus, & plerique ex Patribus sunt interpretati: ex quibus vnum aut alterum audiamus. Chrysostomus sic ait: Sicut imaginem dixit ob principatus rationem; ita & similitudinem, ut pro viribus humanis similes fiamus Deo, mansuetudine (inquam) & lenitate, & virtutibus Deo similes efficiamur. Quod & Christus dicit: Similes estote Patri vestro, qui est in caelis. Et Ambrosius: Nunc verò de similitudine aliqua intellige, quæ minoribus cœnenda est, ut sicut Deus creator, qui hominem ad similitudinem suam creauit, est charitas, est bonus, & iustus, atque mitis, mundus, & misericors, & cetera virtutum sanctarum insignia, quæ de eo leguntur: ita homo creatus est, ut charitatem haberet, & bonus esset, & iustus, ut patiens atque mitis, mundus & misericors foret. Quas virtutes quanto plus quisque in seipso habet, tanto propius est Deo, & maiorem sui conditoris gerit similitudinem. Si verò (quod absit) aliquis per deum vitiorum, & diuortia criminum, ab hac nobilissima sui conditoris similitudine degenerat, tunc fiet de eo, quod scriptum est: Et homo cum in honore esset, non intellexit; comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Quis maior honor potuit homini esse, quam ut ad sui factoris similitudinem conderetur, & eisdem virtutum vestimentis ornaretur, quibus & conditor? De quo legitur: Dominus regnauit, decorem indutus est, id est, omnium virtutum splendore, & totius bonitatis decore ornatus. Et tandem Bernardus ait: Ad imaginem nempe, & similitudinem Dei factus est homo: in imagine arbitrii libertatem, virtutes habens in similitudine. Et similitudo quidem perit, veruntamen in imagine pertransit homo. Imago siquidem in gehenna ipsa vii poterit, non exuri ardere, sed non deleri. Hæc ergo non scinditur, sed forte prouenit. Et quocumque perueniat anima, simul & ipsa erit; nam similitudo non sic, sed aut manet in bono: aut si peccauerit anima, mutatur miserabiliter, iumentis insipientibus similitata. Hæc illi. Homo itaque similis Deo factus est, quia vestimentis eius, nempe virtutibus, ornatus est. Nam si vestes Esau valde bonæ, & pelliculæ hædorum Iacob circumdatæ manibus, similem eum fratri primogenito reddiderunt, quid magnum si Dei nostri virtutes non iam corpori hominis, sed menti circumdatæ, ipsum Deo similem reddant? Erat ille similis Deo, quia erat sapiens, iustus, misericors, purus petinde ac Deus ea diligebat quæ placita erant Deo, & quæ Deo erant inuisa, refutabat.

Genes. 1. 26.

Aug. lib. 1. c. 5. Chrysof. hom. 9. in Genes.

Matth. 6. Ambros. lib. de Paradiso. c. 3.

1. Pet. 4. 8.

Gen. 27. 15.

Rupert. lib. 4. in Exod. c. 23.

A per quam commoueri non potest. Habuit igitur primus homo gladium Dei, quia plenam ac perfectam notitiam voluntatis eius, ac præceptorum, accepit. Habuit & balteum; quia potestatem ad sibi subdenda animalia, & ad feras loro dominij sui regendas obtinuit. Et utinam gladium non solum habuisset, sed etiam tenuisset, ne nos filios suos in tantas calamitates deturbasset. Nam inter hæc duo magnum esse discrimen Gregorius protestatur, dum mysterium fortium Salomonis, lectulum eius ambientium, & gladios super femur tenentium, exponit. Salomon, inquit, non ait: Omnes habentes gladios, sed tenentes, quia videlicet verbum Dei non est mirabile solummodo scire, sed facere. Habet quippe, sed non tenet gladium, qui diuinum quidem eloquium nouit, sed secundum illud viuere negligit. Et doctus esse ad bella iam non valet, qui spiritalem, quem habet, gladium minimè exercet. Sed hæc peruersa voluntas primi hominis, quæ gladium manibus tenere noluit, non tollit, nec minuit misericordiam Dei, qui & gladium illi dedit, & habere fecit, & balteo suo illum præcinxit, ut ex bestiis immanibus, quibus dominabatur, quæque illi ad nutum parebant, disceret, quomodo Deo se subiicere debuisset. Habuit ille gladium, quia notione omnium rerum naturalium, & earum supernaturalium, quæ ad rectè viuendum, & filios instituendos necessariæ erant, ditatus est. Habuit & balteum, quia ut dominus animalibus imperitabat, cuius imperium illa non refugiebant, & plantis atque inanimatis sine vlllo impedimento utebatur, in suumque vium accipiebat. Erat igitur homo valde gratus Deo, multumque apud ipsum valebat, quam ad tantam extulerat dignitatem, ut socius cœlestium esset, dominusque terrestrium, & omnia quasi suo arbitratu contineret.

Illanc propriæ despicientiæ seruiunt? An hæc tam eximia hominis dona humilitati assequenda proficiunt? Ita quidem. Nam si consideres quid homo in tanta dignitate constitutus potuit, omnis creaturæ imbecillitatem admiraberis. Fac nunc regem (ut hæc intelligas) amorem suum in homine vilissimo collocasse, eumque ducem ac magnatem fecisse, & immensis opibus cumularum totius regni constituisse rectorem. Si homo hic ad tam magnam dignitatem sublimatus, talis conditionis esset, ut nisi à rege ipso moueretur, nec videre, nec loqui, nec ambulare, nec aliam quamuis actionem præstare posset, nonne esset despiciabilis, nonne dignus, qui se ipsum deiiceret, & alij omnes illum quasi nihilum reputarent? Hæc, & nihil amplius homo ille primus potuit in natura integra constitutus, diuinis & multiplicibus donis circumseptus, & tanta maiestate ac splendore decoratus. Dicant nunc Theologi quid primus homo in statu innocentia, ac integra naturæ potuit? Potuit, aiunt, per sua naturalia cognoscere, & velle, & operari omne bonum naturæ, & rationi proportionatum cum solo auxilio generali Dei. Et sine illo? Non potuit. Potuit præcepta legis naturalis explere, & tentationes aduersus hæc præcepta insurgentes vincere cum eodem auxilio. Et sine illo? Non potuit. Potuit diligere Deum super omnia dilectione naturali, & in hac dilectione, ac præceptorum naturalium obseruatione perseverare, si eodem generali auxilio inuaretur. Et si non inuaretur? Non potuit. Potuit cum supernaturali gratiæ auxilio Deum ex charitate diligere, & reliqua præcepta supernaturalia seruare, & se perpetuo in Dei amicitia & familiaritate continere. Et sine illo? Non potuit. Itaque cum ali-

Greg. 19. mor. c. 28.

D. Thom. 1. 2. q. 109. art. 1. & deinceps.



quo diuino auxilio, & quasi alienis manibus omnia potuit, sine illo verò, & propriis tantum manibus nihil omnino potuit. Quid est autem hoc auxilium tam generale quam speciale, ex quorum altero saltem pendere illius primi hominis actiones astruximus: eius enim cognitio maximè eius imbecillitatem declarat. Nunc verò de solis bonis operibus tum moralibus, tum supernaturalibus loquimur; nam de actionibus secundum esse naturæ, quod habent, statim capite sequenti dicemus. Auxilium generale ad rectè secundum rationem viuendum, & ad mandata legis naturalis seruanda, & ad tentationes contra eandem legem vincendas, huiusmodi est, vt Deus per secundas causas ad effectum congruas excitet intellectum, vt efficaciter iudicet hinc, & nunc rectè esse agendum, & hoc opus vt elemosynæ aut obedientiæ esse præstandum. Vt etiam roboret voluntatem ad hoc, quòd efficaciter velit, opus illud per potentiam executicem præstare. Vt tandem ipsam potentiam, quæ opus exequitur, vt linguam orantem, aut manum scribentem, aut elemosynam potrigentem Deus, vt prima & præcipua causa, moueat, & ad illam non minus, sed magis quam homo ipse, concurrat. Quod etiam habet in excitatione intellectus, & actione voluntatis; nam Deus ad ipsas melius, & perfectius quam homo concurrat, secundum illud Isaiæ: Omnia opera nostra operatus es nobis. ] Auxilium verò supernaturale, & speciale (vt omnia auxilia tam per modum habitus, quam per modum actionis comprehendamus) hoc est: Quòd Deus supra omne debitum infudit in homine gratiam sanantem, & virtutes omnes supernaturalis ordinis, ac dona sancti Spiritus sui. Quòd hæc omnia conseruauit dona, sine cuius conseruatione (sicut & natura ipsa) nec ad momentum possent permanere. Quòd cum his donis cooperatus est, sicut cum potentiis naturalibus, ita vt fuerit actionum horum donorum præcipuus & primus effector. Quòd denique auxilio, aut concursu supernaturali, & omnino non debito, sed misericorditer elargito, intellectum ad proponendum opus supernaturale excitauerit, voluntatem ad illud amplectendum roborauerit, & accenderit, ac potentiam externam (si actus ad eam pertineat, qualis est confessio fidei corâ tyranno) mouerit, & adiuuerit. Poterat enim primus homo verè dicere in his supernaturalibus actibus, quod nos quotidie dicimus: Non quòd sufficiens sum cogitare aliquid ex me, quasi ex me, sed sufficientia mea ex Deo est. ] Et: [Deus operatur in me velle, & perficere, pro bona voluntate. ] Et: [Non ego, sed gratia Dei mecû. ]

Hanc verò auxilij diuini necessitatem, quæ inerat etiam primo homini, significauit, atque expressit Augustinus optimo simili: Sicut in hac carne viuere sine adiumentis alimentorum, in potestate non est; non autem in ea viuere in potestate est, quod faciunt, qui se ipsos necant: ita bene viuere sine adiutorio Dei, etiam in paradiso non erat in potestate; erat autem in potestate malè viuere, sed beatitudine non permantura, & pœna iustissima secutura. ] Et alio loco: Sicut oculus corporis etiam plenissimè sanus, nisi candore lucis adiutus non potest cernere: sic homo etiam perfectissimè iustificatus, nisi æterna luce iustitiæ diuinitus adiuuetur, rectè non potest viuere. Sanat ergo Deus non solum vt deleat, quod peccauimus, sed vt præstet etiam ne peccemus. ] In operibus quidem naturæ & moris ille primus homo pendeat à Deo eo modo, quo diximus, ex eo ipso, quòd erat opus Dei. Omnia enim Dei opera, siue magna, siue parua, siue inuisibilia, siue visibilia, hoc

habet, quòd à Deo factore suo omni modo pendent. Quid est omni modo pendent: Quòd eorû substantia à Dei potentia, & (vt ita scholarum more loquamur) ab eius actuali influxu pendent, vt sit: & ab eo etiam pendent vt conseruetur, & duret: & ab eo pendent, vt medijs facultatibus ab ipso Deo datis operetur, & agat. Sicut enim lux solis nec ad momentum esse, nec conseruari, nec illuminare potest, nisi à sole suspensa, quo non influente in ipsam statim destruitur: ita creatura nec ad momentum esse potest, aut durare, aut aliquid operari, nisi à Deo influente seruetur, iuuetur, & in esse teneatur. Quam dependentiam creaturæ à Deo ex parte indicauit Isaias, dum ait: Quis mensus est pugillo aquas, & cælos palmo ponderauit? Quis appendit tribus digitis molem terræ, & librauit in pondere montes, & colles in statera? ] & multa alia, quæ sequuntur. Et Paulus: Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, ipsi gloria in sæcula. ] Ex ipso namque sunt omnia tanquam ex efficiente, quia ea non ex aliqua præexistente materia, sed ex nihilo condidit. Et per ipsum, tanquam per exemplar, ad cuius aliqualem imitationem ea creauit. Et in ipso, tanquam in fine, in quo solo quiescunt, & suam perfectionem accipiunt. Et in Actis Apostolorum legitur: In ipso viuimus, mouemur, & sumus. ] Ab ipso essentiam, & non solam essentiam, atque substantiam, sed & vitam, ac permanentiam vitæ; & non solum substantiam, & vitam, sed & motum, ac operationem omnem accipimus. Nec veritas hæc Ethnicis Poëtis latuit, quorum vnus, nempe Aratus, quem ipse Paulus in medium protulit, ita cecinit:

*Ab Ioue principium Musæ, Iouis omnia plena,  
Quem reticere nefas, Ioue cuncta vruntur, ab ipso  
Nos sumus: ille fouet, cunctis viresque ministrat.*

In operibus autem gratiæ non tantum hac communitatione, sed & alia speciali iam explicata homo ille primus à Deo auctore gratiæ pendeat, ex eo quòd opera illa talis conditionis sunt, vt omnem hominis naturam superent; quare homo non erat sufficiens ad illas, nisi speciali auxilio, & supernaturali (vt esset operibus consentaneum) ad illa præstanda extolleretur. Sicut enim corpus graue, & in centrum terræ propensum, aliqua leuitate sibi non debita, & alis perniciosus ad volandum egeret: ita homo ad opera illa excelsa, & supra omnem naturam suam, auxilijs non debitis, ac gratuito concessis, debuit adiuuari.

Vide nunc quam parum potuit ille primus homo, licet Deo magnis & multis donis, ac intima familiaritate coniunctus. Et quam verum est, quòd omnis creaturarum potentia verissima quadam impotentia est. Merito Paulus Deum solum potentem appellat, & quasi ab omnibus, quæ Deus non sunt, potestatem excludit. Loquens de postremo Christi saluatoris aduentu, ita ait: Quem suis temporibus ostender beatus, & solus potens, rex regum, & dominus dominantium. Quia videlicet ipse solus habet potentiam à se; reges verò sæculi, quamuis potentissimi videantur, cum illo etiam primo totius orbis rege, qui vniuersis creaturis visibilibus imperauit, à se impotentiam, & imbecillitatem habent, & quod potuerunt, aut possunt, Deo potestate donante, & opera eorum faciente, perfecterunt, aut modò perficiunt. Iam ergo intelligis, ô homo, quæ tuæ potentia: gradus venaris, quid potuisti, quia videlicet à te, etiam in illo primo homine omnium hominum patre, & factore nihil potuisti. Quare non habes vnde de potentia glorieris, nec potes tibi ali-quod bonum tuorum progenitorum tribuere, quod

Deus  
Tota

Isaiæ 26.  
12.

1. Corin.  
3.5.  
Philip. 2.  
13.  
1. Corin.  
15.10.

Aug. 14.  
de ciuit.  
227.

Libr. de  
natura,  
& grat. c.  
26.

Isaiæ 40.  
12.

Roman.  
11.36.

Apost. 17.  
28.

Arat. in  
1.2.  
1.11.

1. Timoth.  
6.15.





quod illos à Deo accepisse certissimum est. Magna fuit profecto fragilitas hominis, & vix credibilis eius infirmitas, qui tot auxiliis fulciendus est, vt in actiones prodeat, & vires suas in aliquem vsum extendat. Conferatur ille cum infantulo recens nato, qui indiget à nutrice portari, pannis obuolui, lacte refici, & in omnibus adiuuari. Conferatur cum ascia, aut ferra, aut alio quouis instrumento ex his, quæ artifices inuenerunt, quod nullum, omnino opus præstare potest, nisi ab artifice moueatur. Verum est in hoc magnum esse discrimen, quia instrumentum non seipsum mouet, sed ab operante mouetur; homo verò seipsum mouet. At ita se mouet, vt nisi Deus illum iuuet, & ad motum illum ipse concurrat, omnino homo se mouere non possit. [Creauit Deus hominem inextremabilem,] quem admodum in libro Sapientia scriptum est, vt scilicet nec mori posset, si vellet, nec gratiæ donum amittere. Sed sicut potuit à seipso iacturam facere, & in mortem incurtere; ita non potuit, nisi Deo excitante, & sibi cooperante, gratiam acceptam seruare, aut ea vti, aut se à vulnere mortis eripere. Ita ergo noscat seipsum, vt sibi impotentiam, & fragilitatem, & malum, & mortem tribuat, Deo verò potentiam, & robur, & bonam actionem, & vitam ascribat.

Quid potest Homo?

CAPVT IX.



**M** nobilis aliquis, qui erat amicus regi, ob prodicionem, aut aliud læsæ maiestatis crimen ab eius amore cadit, & in odium & indignationem incurrit, cuncta, quæ regie amicitie gratia adeptus fuerat, ita cum amittit. Opes ab eo dilabuntur, honores euanescent, amici fugiunt, & dignitas, atque potestas aliis imperitandi, subtrahitur. Qui in palatio habitabat, incipit terrum carcerem occupare: qui per plateas, & vias publicas, & compita vrbis gloriosus, & aulicis conspatus incedebat, catenis & compedibus oneratus, in ergastulo tenetur, solusque relinquitur, qui falsis assentatorum laudibus pascebatur, non sine magno mœnore, in risionibus, increpationibus, & contumeliis impletur. Huius rei, quæ quotidie in palatiis regum aspicitur, vnum tantum ex scripturis adducamus exemplum. Quanta esset potestas Aman, quam ingentes opes eius, ex ipsius ore absque dubio in hac parte verum dicentis accepimus. [Qui conuocatis amicis suis, & Zare vxore sua, expoluit illis magnitudinem diuitiarum suarum, filiorumque turbam, & quantam eum gloria super omnes principes, & seruos suos rex eleuasset.] Sed cum rex Assuerus amorem mutauit in odium, & beneuolentiam in iram indignationemque conuertit, quid de hoc magnate, quem omnes non solum suspiciebant, sed & adorabant, scriptum est? Illud certè, quod rubore perfusus, & confusione ac timore cooperatus, immò & velata facie, in signum damnationis, eiectus est à conspectu regis, & in furca suspensus. Impletumque est illud Salomonis: [Indignatio regis nunciij mortis.] Et illud: [Sicut rugitus leonis, ita & terror regis; qui prouocat eum, peccat in animam suam.] Non solum autem apud huius sæculi reges, sed apud æternam cæli regem hic mos puniendi amicos infideles inualuit. Si enim iustum est, sicut re vera est, in nequitiam ac peruersam auda-

**A** ciam iniquorum animaduertere, hæc iustitia cum in curiis regum iniustorum inueniatur, non potest curiæ regis cælestis, & iustitiæ auctoris deesse, à quo omnis æquitas creata tamquam à fonte dimanat. Ille, vt est in Ecclesiastico, impius, & peccatoribus reddet vindictam, custodiens eos in diem vindictæ; & nullus pro peccato, quod in Deum admittit, à pœna immunis erit, quantumuis antea amicus Deo, & familiaris extiterit. Immo si iustus auerterit se à iustitia sua, ait ipse Dominus per Ezechielem, & fecerit iniquitatem, omnes iustitiæ eius, quas fecerat, non recordabuntur,] & perinde atque alius quilibet ab amicitia Dei protrubatus suarum iniquitatum pœnas exoluet.

**B** Homo igitur amicus Dei, & ex bonitate, ac amore eius ad tantam altitudinem sublimatus, legem regis sui præuaticatus est, in crimen læsæ diuinæ maiestatis incidit, & indignationem odiumque tanti Imperatoris incurrit. Quam ergo infamis, quam pauper & nudus, quam sine honore, sine dignitate, & sine potestate permansit? Id iam alibi exposuimus. Nunc solum dicendum est, hominem post Adæ peccatum hoc statu præuaticationis teneri, qui vocatur status lapsæ naturæ, & potest etiam vocari status diuinæ familiaritatis amissa, & eius indignationis incursum. Et quamuis ad diuinam gratiam euehatur, & per baptismum, peccatum originale deletum sit, ac per condignam pœnitentiam peccatum actuale dimissum, siue propria voluntate contractum; tamen pœnalitates lapsæ naturæ, & fomes peccati, siue procliuas ad peccandum, & multiplices miseriam ex illa prima defectione profectæ, non sunt ab illo subtractæ. Si igitur in illa ætate aurea, & in illo sæclis innocentie statu, & in illa sanitate & integritate, in qua conditus fuit, tam parum potuit, aut sine Deo tam nihil potuit; in hoc statu infirmitatis, & inualitudinis, in hac ætate ferrea, in hoc corpore mortis innumerabilibus impedimentis circumsepto, quid poterit? Sanè quia homo res creata à Deo est, sine eo nunc, sicut & antea, nihil omnino potest: & quia infirmus est in bonis moralibus, & supernaturalibus præstandis, maioribus Dei auxiliis indiget, vt aliquid possit. Quæ vt intelligamus, omnes actiones hominis percurrere oportebit, & breuiter quid nunc possit, & quomodo possit, attingere. Hæc namque disquisitio validissima est, vt homo seipsum agnoscat, & omnem superbiam ac præsumptionem absumat. Vniuersæ autem actiones hominis ad tria genera, trêsvè classes, à Theologis reuocantur. Quædam enim sunt actiones eius naturales, vt ambulare, sensibus & ratione vti, corpus cibo & potu reficere. Quædam sunt actiones morales, ad virtutes & vitam ordinatam pertinentes, vt Deum colere, in aduersis fortiter agere, erga proximos iuste se gerere. Quædam sunt actiones supernaturales, vt in Deum credere, æternam vitam sperare, Deum ex charitate diligere.

**C** Actiones naturales homo præstare non potest sine auxilio generali Dei, qui vt causa prima, atque præcipua, eas per creaturas suas, ex parte quasi per instrumenta, & ex parte quasi per secundas causas sibi subiectas, à seque non tantum in esse, & in permanentia, verum & in operatione pendentes, elicit. Res namque creatæ quodammodo sunt instrumenta Dei, quatenus nihil possunt agere, nisi ab ipso moueantur, & ad agendum applicentur: alia verò ratione sunt præcipuæ causæ, licet secundæ, quatenus in se virtutes habent à Deo tributas (vt ignis habet in se calorem ad calefaciendum) quibus naturales actiones sibi proportionatas eliciant. Faciunt igitur

Ecclesi. 12. 4.

Ezechiel. 18. 24.

Sapient. 2. 23.

Esther 5. 11.

Esther. 7. 8.

Prou. 10. 14. Prou. 20. 2.





res creatæ aliquid, sed Deus id ipsum præcipuè facit: operantur illæ, sed Deo operante per illas. Atque adeo, si loqueris, si ambulas, si brachium mo- ues, huius actionis Deus præcipua causa est: quam nisi Deus per te, & tecum faceret, tu numquam ef- fecisses. Quare scriptura diuina creaturarum actio- nes Deo sæpe tribuit, quia ab illo multò meliùs & veriùs quàm à creaturis ipsis proficiuntur. David ait: Et intonuit de cælo Dominus, & Altissimus dedit vocem suam; grando, & carbones ignis. Et misit sagittas suas, & dissipauit eos: fulgura multi- plicauit, & conturbauit eos.] Et alio loco: Deus maieftatis intonuit, vox Domini confringentis ce- dros, & confringet Dominus cedros Libani, [Et lob ait: Manus tuæ fecerunt me, & plasmauerunt me totum in circuitu; pelle, & carnibus vestisti me, ossibus, & nervis cõpegisti me.] Et apud Isaiã inquit Dominus ad Sênacherib: Ponam circulũ in naribus tuis, & fræ- num in labiis tuis, & reducã te in viam, per quam venisti.] Omnia opera hæc, si bene inspiciantur, à re- bus creatis prodeunt; quoniam verò à Deo quoque tamquam à prima causa fiunt, meritò illi tribun- tur. In quam veritatem conspirant etiam sancto- rum Patrum verba, Pelagium oppositum blateran- tem impugnantia. Augustinus ait: Quomodo negare poterimus Deum etiam nunc operari cun- cta, quæ fiunt, cum Dominus dicat: Pater meus vsque modò operatur? ] Et alio loco: Deus om- nipotens, & omnitenens, incommutabili æternita- te, veritate, voluntate semper idem, non per tempus, nec per locum motus, mouet per tempus creaturam spiritalem, mouet etiam per tempus & locum crea- turam corporalem, vt eo motu naturas, quas intrin- secus substituit, etiam extrinsecus administret. Hie- ronymus in Pelagium insurgens ait: Audite sacrile- gum, si voluero curuare digitum, mouere manum, sedere, stare, ambulare, semper mihi auxilium Dei necessarium erit. Audi ingræte, immò sacrilege, Apostolum prædicantem: [ Siue manducatis, si- ue bibitis, siue quid aliud facitis, omnia in nomine Domini facite. ] Chrysostomus ait: Quocirca diui- næ scripturæ vestigia sequamur, neque feramus eos qui aduersa temere blaterant. Etiam si homines ter- ram operentur, & iumentorum auxilio fruuntur, & magna sit cæli temperies, & omnia alia concurrant, nisi nutus Domini accedat, omnia alia frustra & in vanum fierent, & nihil proficeret omnis labor, & defudatio, nisi manus Domini supernè adiuuaret, & perfectionem his quæ fiunt, tribueret. ] Sic Patres loquuntur. Idque adeò verum est, vt actiones etiam peccatorum, sine Deo concurrente fieri non possint. In quolibet enim peccato duo, Theologi rectè considerant: & actionem, vt percussione illam, qua aliquis ira percussus hostem occidit, & deformitatem, aut priuationem rectitudinis adiun- ctam actioni. Actio igitur illa, quia est bonum quoddam naturæ à Deo est; deformitas verò, à sola mala voluntate est. Et ideo Anselmus ait: Facit Deus omnia, quæ iusta, vel iniusta voluntate fiunt, id est, bona opera, & mala. In bonis quidem facit quòd sunt, & quòd bona sunt; in malis verò facit quòd sunt, sed non quòd mala sunt. Et huius latè rationem reddit, quia malitia nihil est, nisi carentia bonitatis, quare nec ab eo fieri potest, nec illi im- putari, qui summè bonus est. Peccat quidem ho- mo, cum furatur, aut inimicum percutit, quia facit quod vetitum est, & rationi, ac legi Dei aduersum est; non tamen peccat Deus, dum hominem in hac actione adiuuat, & cum eo eam elicit, quia id exigit natura rerum, vt volente creatura libera aliquid fa-

cere, ei concursus primæ causæ non desit, sine quo libero arbitrio suo vti non posset. Quia ergo om- nis operatio, res creatæ est, & omnis res creatæ, ne- que ad momentum, sine Dei influxu esse non pos- sit, hinc fit, vt omnes operationes à Deo sint, sine cuius influxu nec per primum instans possent exi- stere. Hinc iam cognoscis, ô homo, in actionibus naturalibus quid possis, cum scias, quia sine Deo te iuuante, tecumque operante, nihil possis. Intelli- gis etiam nequitiam tuam, quòd cum peccas ( & sæ- pe peccas ) hoc adiutorio Dei; atque hoc beneficio suo abuteris, vt ipsum offendas, & sanctissimas eius leges inuerecundè prætereas.

Audi nunc quid in actionibus moralibus bonis possis. In hoc consentiunt celeberrimos Theologis posse hominem lapsum, cum solo illo auxilio Dei generali, aut naturæ consono, quòd ad opera natu- ralia necessarium esse diximus, aliquod verum natu- rale cognoscere, aliquòdque bonum morale præsta- re, saltem si nullam habeat difficultatem: at non posse hominem omnia vera naturalia intelligere, nec omnem legem naturalem opera moraliter bo- na præcipientem implere, nec opera insigniora, ac difficilia agere, nec tentationes alicuius momenti & difficultatis vincere absque auxilio gratiæ Dei, quòd quidem nec naturæ humanæ, neque huic per- sonæ debitum est, sed misericorditer & supra omne debitum prærogatum. Quin & addunt, quòd ve- rissimum est, non posse hominem in hoc statu lapsæ naturæ, cum hoc speciali auxilio omnem legem natu- ralem per aliquod notabile tempus implere, nisi ad sit ei gratia sanans, quæ eum iustum, & Dei ami- cum efficiat. Hæc omnia doctores latissimè probant, à quibus super sedemus, quia à nostro instituto aliena putamus, solum vt veritates istæ intelligan- tur, pro qualibet earum breuissimè aliquid attinge- mus. Sanè homo per peccatum ægrotus est, ægro- tus autem aliquid, præsertim facile, & non laborio- sum, per se facere potest; at omnia, quæ sanus face- ret, omnino præstare non potest. Si itaque homo post lapsum à dæ aliquod verum potest sine gratia cognoscere, cognoscat. Hoc enim sonant illa ver- ba Pauli: Cum gentes, quæ legem, scilicet scri- ptam, non habent, naturaliter, quæ legis sunt, faci- unt, eiusmodi legem non habentes ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, ] ac naturaliter ab eis cognitum. Et illa Pro- spero aduersus collatorem: Quis ambigat, hanc sapientiam humano generi ad temporales vitæ vili- tatem ex naturæ à Deo conditæ superesse reliquias? Si enim nec ad ista terrena ordinanda rationalis ani- mi vigeret ingenium, non vitiata esset, sed extincta natura. Similiter si potest homo post lapsum ali- quod bonum morale facere, faciat: nam hoc signifi- cant quædam verba Domini dicta ad Ezechielem, quibus Dominus militibus regis Babylonis pro bel- lo iusto fideliter peccato mercedem promittit. Fie- li hominis, Nabuchodonosor rex Babylonis seruire fecit exercitum suum seruitute magna aduersus Ty- rum: omne caput decalatum, & omnis humerus depilatus est, & merces non est reddita ei, nec exer- citui eius de Tyro pro seruitute, qua seruiuit mihi aduersus eam. Propterea hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego dabo Nabuchodonosor regem Babylonis in terra Egypti, & accipiet multitudinem eius, & deprædabitur manubias eius, & diripiet spolia eius, & erit merces exercitui illius. ] Et Chrysostomus inquit: Non potest malus omnino malus esse, sed euenit vt aliquid habeat boni: neque bonus esse omnino bonus, sed nonnulla solet habere pecca-

*Psalm. 17. 14. 15.*

*Psalm. 28. 3.*

*Job. 10. 8. 11.*

*Isaiã 37. 29.*

*Augusti. epist. 146. 92. 102. 5. 17. 8. de Ge- nesi ad lit. c. 26.*

*Hierony. epist. ad Theoproph.*

*1. Cor. 10. 31.*

*Chrysost. hom. 5. in Genes.*

*Ansel.*

**B**

**C**

**D**

**E**

*Roma. 2. 14. 15.*

*Prosop. aduers. col. 1. a. 22.*

*Esaiã. 49. 18. 19.*

*Chr. hom. 67. ad po- pul.*

ta.



ta. Cum itaque malus prosperis vitur rebus, ad capitis sui perniciem vitur, vt enim illorum paucorum bonorum retributionem hic capiens, illic deinde puniatur, hac de causa recipit.] Hæc ille. Itaque possit homo non solum in natura lapsa, sed & ipse in graue peccatum lapsus bonum aliquod morale sine auxilio gratiæ præstare, quia non semper peccatum eius malum, sed natura eius bona influit in opus, vt quando diligit amicos, vel filios. Et quia huic operi potest aliquem bonum finem apponere, si nimirum eos diligit, quia filij aut propinqui sunt. Et quia cum natura nostra bona, per peccatum infirma quidem, & impedita sit, non tamen extincta, aliquid bonum sibi consonum, & facile poterit agere, quod infirmas vires & impeditas non excedat. Sed ex hoc non tollitur maxima causa humilitatis, & desipientiæ propriæ, quoniam nec hæc minima potest homo facere sine generali auxilio, & actuali concursu Dei. Et quoniam tanta est nostra ad operandum bonum imbecillitas, vt non defuerint magna auctoritatis Theologi, qui nec hæc minima ab homine sine speciali auxilio fieri concedant. Itaque hæc res tam modica non possidetur pacificè ab homine, sed sub lite est.

At possit hæc homo. Sed certè, vt omnes Catholici fatentur, in hoc statu omnia vera naturalia, immò neque multa, sine admixtione falsitatis, suis viribus, & absque auxilio speciali Dei non potest agnoscere. Tot enim sunt necessitates naturæ, quæ mentem ab inquisitione veritatis abstrahunt; tot passionibus inordinatæ, quæ iudicium peruertunt; tot ignorantia, quæ intellectum excæcant, vt non possint hæc ad vera omnia, aut multa cognoscenda, nisi auxilio imbecillitati nostræ addito, superari. Quare Dauid sapienter postulauit: Da mihi intellectum, & scrutabor legem tuam.] Et auctor libri Sapientia: Da mihi sedium tuarum asiltricem sapientiam.] Quia videlicet sine sapientia, & intellectu à Deo nobis immisso, sæpe in notione veritatis errabimus, & tenebras pro luce sumemus. Non etiam potest homo sine speciali auxilio gratiæ Dei omnia præcepta virtutum moralium, & omnem legem naturalem, quoad substantiam operum, per aliquod notabile tempus seruare. Vnde Dominus ait per Ezechielem: Spiritum meum ponam in medio vestri, & faciam vt in præceptis meis ambuletis.] Et Paulus inquit: Quod impossibile erat legi, in quo] nempe impossibili ipsa lex [infirmabatur per carnem] id est, infirma erat in nobis, nec poterat impleri propter nostræ infirmitatem carnis: [Deus] possibile fecit [Filius suum mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato] id est, de sacrificio sanguinis, & mortis Filij sui pro peccatis susceptæ [damnauit peccatum, vt iustificatio legis impleretur in nobis.] Et Augustinus: Iustitiæ præcepta omni ex parte implere non possumus, nisi adiuuemur à Deo. Hoc profectò verissimè dictum est: quoniam natura per peccatum à Deo auersa, ad seque inordinatè conuersa, & ad malum inclinata, non potest in bonum ferri, nisi à Deo vincente prauam ad malum propensionem ad bonum dirigitur.

Non solum impossibilis est homini totius legis moralis custodia absque auxilio speciali Dei, verum etiam nec potest sine huiusmodi auxilio quædam opera singularia insigniora præstare, quæ notabilem habeant adiunctam difficultatem. Qualia

**A** sunt, iniuriam remittere, continentiam seruare, & præcipuè naturali amore Deum super omnia diligere. Hæc enim opera comparantur homini lapso, sicut pugna, aut cursus comparatur ægroti; quare sicut ægrotus & lecto præ imbecillitate decumbens non potest omnino pugnare, nec currere: ita & homo post lapsum in peccatum, non poterit sine speciali aliquo auxilio Dei, roborante hæc opera, difficiliora præstare. Ac proinde optimè dixit Zozimus Papa: Quod tempus interuenit, quo eius non egeamus auxilio? In omnibus igitur actibus, causis que, cogitationibus, motibus, adiutor & protector orandus est. Superbum est enim, vt quicquam sibi humana natura præsumat. Et Sapiens ait: Vt sciui, quoniam aliter non possem esse continens, id est, non possem bonum mihi datum tenere, & eo bene vt, [nisi Deus det; adij Dominum, & deprecatus sum illum ex totis præcordiis meis.]

**B** Non potest similiter homo, sine auxilio speciali Dei, tentationes vincere, & hostes ad peccata instigantes superare. Ideo, vt auxiliij indigi petimus: Ne nos inducas in tentationem.] Et sanctus Dauid postulabat: Adiutor meus esto, ne derelinquas me.] Atque alio loco: Impulsus, euersus sum, vt caderem; & Dominus suscepit me.] Et rursus alibi fatetur: Quoniam in te recipiar à tentatione.] Cyprianus quoque ait: Quando rogamus ne in tentationem incidamus, admone mur infirmitatis & imbecillitatis nostræ, dum sic rogamus: ne quis se insolenter extollat, ne quis sibi superbè atque arrogantè aliquid assumat.] Et Ambrosius: Quis est tam fortis, vt nequaquam in tentationem moueatur, nisi Dominus ei adiutor assistat? Hanc autem veritatem satis experientia nos docet. Sumus enim, comparati ad hostes nostros, diabolum, mundum, & carnem, non secus ac teneri infantes, scientia & viribus destituti, quos quisque facillimè decipit, & proterit, nisi validiori manu protegantur.

**C** Nec tantum auxilium gratiæ sufficit per modum excitantis & adiuuantis, vt legem naturalem impleamus, peccatæque vitemus, sed & gratia sanans, & nos Deo gratos faciens, necessaria est, sine qua ad multum tempus haudquaquam peccata vitabimus. Id sanè indicant illa verba Ieremiæ: Peccatum peccauit Ierusalem, propterea instabilis facta est, vt scilicet præceptis ex vno peccato in aliud ruat, & non se in occasione à peccato contineat. Homo quidem sine gratia sanante subiectus Deo non est; nam cum sit graui peccato obstrictus, suum finem in creatura constituit. Sine hac autem subiectione non poterit se continere, quin vincula præceptorum, oblata sibi occasione, confringat. Egregiè que dixit Chrysostomus: Sicut nauis fracto gubernaculo illuc ducitur, vbi tempestas voluerit: sic & homo diuinæ gratiæ auxilio perditò, per peccatum agit, quod non vult. Et nisi Deus valida manu misericordiæ suæ soluerit eum, vsque ad mortem in peccatorum suorum vinculis permanebit.

**D** Si autem hæc valida auxilia necessaria sunt homini ad legem naturalem implendam, quis dubitet validiora auxilia, & planè supernaturalia opus illi esse, ad opera supernaturalia, & vitæ æternæ meritiora præstanda? Id profectò certum, ac constitutum est. Incipiunt hæc bona à cogitatione? Sed quid de cogitatione ait Paulus? Non quòd sufficientes simus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis; sed sufficientia nostra ex Deo est.] Progrediuntur per voluntatem? Sed Deus est, qui operatur in vobis velle, & perficere pro bona voluntate.]

Psal. 118. 73. Sap. 9.4.

Ezec. 36. Rom. 8. 3. 4.

Aug. lib. 2. de pecc. merit. c. 3.

Zozim. epist. 1. ad Gall. c. 9.

Sap. 8. 21.

Matth. 6. 13. Ps. 26. 9. Ps. 117. 13. Ps. 17. 30.

Cypr. ser. 7. in oratione Dominica.

Ambros. ad Esai. 43.

Thre. 1. 8.

Chrys. in imperf. hom. 37.

2. Cor. 5. 3.

Phil. 2. 13.





Iean. 15.  
5.  
Philipp.  
1.3.  
Aug. lib.  
de bono  
perseuerantia.  
Nazianzen. orat.  
in illud:  
Cum con-  
summas-  
set Iesus,  
Etc.  
Cyprian.  
lib. 2. epi.  
2. c. 3.  
ad Quir.  
c. 4.  
Ioa. 6. 44.

1. Cor. 4.

Psa. 84. 5.  
Thren. 5.  
21.

Roma. 12.

Psal. 67.

29.  
Greg. ho.  
9. in Eze-  
chiel.  
Bernar. l.  
de grat.  
c. li. arb.

Psal. 93.  
17.

Psal. 126.  
1.  
Ambros.

Psal. 126.  
1.

Prou. 20.  
24.  
Psa. 24. 4.

Perficiuntur in opere? Sed sine me nihil potestis  
facere.] Et, qui cepit in vobis opus bonum, per-  
ficiet.] De cogitatione inquit Augustinus: Non est  
in potestate nostra cor nostrum, & nostræ cogita-  
tiones.] In potestate Nazianzenus: Ipsum etiam re-  
ctè velle diuino auxilio indiget. Immo, vt rectius lo-  
quar, propositum quoque ipsum, atque electio eo-  
rum, quæ recta, & cum officio coniuncta sunt, diui-  
num quoddam beneficium est, atque à Dei benigni-  
tate manans. [De opere Cyprianus: Dei est omne,  
quod possumus: inde viuimus, inde pollemus.] Et  
alio loco: In nullo gloriandum, quando nostrum ni-  
hil est.] Si infidelis est crediturus, fides donum Dei  
est. Nemo, inquit, potest venire ad me, nisi Pater,  
qui misit me, traxerit eum.] Venire autem ad Chri-  
stum, esse in Christum credere, aperte docent, quæ  
statim sequuntur. Sunt quidam ex vobis, qui non cred-  
dunt, sed propterea dixi vobis, quia nemo potest ad  
me venire, nisi datum ei fuerit à Patre meo.] Si fi-  
delis ad gratiam, & iustitiam est venturus, Deus est,  
qui ad gratiam nos præparat. Quid enim habes,  
intellige, boni, vt ait Paulus, quod non accepisti?  
Et ideo clamamus ad Dominum: Conuerte nos  
Deus salutaris noster.] Et, Conuerte nos Domi-  
ne, & conuertemur.] Et Apostolus etiam ait:  
Quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Si iustus,  
& amicus Dei, est pietatis ac iustitiæ opera facturus,  
Deus est, qui non tantum conseruatione gratiæ, &  
donorum iam concessorum, sed & nouis atque  
actualibus auxiliis, quibus illum excitat, & adiu-  
uat, ac mouet, hæc opera per iustum facit. Nam,  
[manda Deus virtuti tuæ, inquit Dauid, confirma  
hoc, Deus, quod operatus es in nobis.] Et Grego-  
rius ait: Nos præuenit vt velimus, & volentes sub-  
sequitur, ne inaniter velimus. Et Bernardus:  
Conatus nostri & cassi sunt, si non adiuuentur, &  
nulli, si non excitentur. Et tandem si quis est per-  
seueraturus, perseuerantia omnino ex Dei dono &  
auxilio dependet. [Nisi enim quia Dominus adiuuit  
me, paulò minus habitasset in inferno anima mea.  
Si dicebam motus est pes meus, misericordia tua,  
Domine, adiuuabat me.] Et nisi Dominus ædifica-  
uerit domum, in vanum laborauerunt, qui ædifi-  
cant eam.] Quem locum exponens Ambrosius, ele-  
gantissimè hæc omnia complectitur. Nec mirum,  
inquit, si homo ædificare non potest, qui non potest  
custodire. [Nisi Dominus custodierit ciuitatem, in  
vanum laborauerunt, qui custodiunt eam.] Hæc de  
quodam Psalmo. Audeo tamen etiam ego dicere,  
quod homo viam non possit adoriri, nisi Dominum  
habeat præuiantem. Vnde scriptum est: Post Do-  
minum Deum tuum ambulabis: Et [à Domino di-  
riguntur via viri.] Denique ille perfectior, qui intel-  
ligeret se sine Domino ambulare non posse: Vias,  
inquit, tuas edoce me.] Et infra: Vides quia vbique  
Domini virtus studiis cooperatur humanis, vt nemo  
possit ædificare sine Domino; nemo custodire sine  
Domino; nemo quicquam incipere sine Domino.  
Sic ille.]

Hæc cum ita sint, iam vides, o homo, quid potes;  
quia scilicet sine Deo nihil omnino potes: & cum eo  
auxiliante atque mouente id potes, & nihil am-  
plius, quàm quod ipse in te voluerit posse. Ex  
quo disces primò, in omnibus malis vitandis, ac bo-  
nis agendis; in omnibusque tum magnis, tum mini-  
mis, ad Deum pro auxilio recurrere. Secundò, Deum  
omnium bonorum operum factorem, & te cuncto-  
rum peccatorum, quæ feceris, auctorem confiteri.  
Tertiò, bona non tibi, sed illi verissima gratiarum

A actione tribuere, & gloriam ac honorem in illum  
referre. Quartò, tibi ipsi diffidere, & in illo tam-  
quam in primo ac præcipuo bonorum fonte om-  
nem spem ac fiduciam collocare. Hæc est vera sa-  
pientia, quæ humilitatem procreat, elationem cal-  
cat, & nos quotidie ad maiora donorum augmenta  
recipienda parat. Hæc est, quæ mentem ad gratitudi-  
nem excitat. De qua consideranda sunt hæc verba  
Chrysofomi. Pro his omnibus Deo gratias agamus,  
& in eum, qui nos tantis prosequutus est beneficiis,  
gratitudinem exhibeamus. Nec enim graue quip-  
piam, aut molestum à nobis exposcit, nisi tantum  
vt tot tantaque confiteamur beneficia: & sibi pro  
his gratiarum actiones referamus, non quod huius  
indigeat ipse (nullius enim indiget) sed vt bonorum  
largitorem nos conciliare doceamur: & ne simus in-  
grati, sed beneficiis, & tanta dignam cura virtutem  
præstemus. Sic enim illum in maiorem circa nos al-  
liciemus prouidentiam. Itaque rogo ne torpeamus,  
sed quisque nostrum, si fieri potest, per singulos dies  
intra se computet non tantum communia benefi-  
cia, verum & propriè sibi collata: non promulgata,  
& omnibus manifesta, sed etiam peculiaria, multo-  
que latentia. Sic enim continuam gratiarum actio-  
nem Domino poterit exhibere. Hoc maximum est  
sacrificium, hæc oblatio perfecta. Hoc fiducia nobis  
fiet occasio. Et qualiter dicam: qui iugiter enim hæc  
in mente sua reuoluit, & propriam quidem dicit vi-  
lilitatem, ineffabilem verò, nimiamque Dei miseri-  
cordiam diligenter cogitat, & quomodo non pecca-  
torum nostrorum merita, sed propriam respiciens  
bonitatem, nostra disponit, cogitatione contrahi-  
tur, conteritur corde, omnem fastum, & arrogan-  
tiam corripit, modestè se gerere docet, præsentis vi-  
tæ gloriam despiciere, omnia deridere visibilia, futu-  
ra bona sperare, vitamque sine carentem, nec vllum  
habentem terminum. Sic ille.] Hæc vera ac diligens  
gratiarum actio, fructus est cognitionis impotentia  
hominis: quia æquum est, vt qui nihil ex se potest,  
illum veneretur, illum amore complectatur, atque  
illi gratias agat, cuius beneficio omnia potest.

Quid poterit Homo.

CAPVT X.

**H**OMO ex anima corporeque compo-  
situs, & ex spiritu & carne coagmen-  
tatus, ita vtriusque commodis vitæ,  
incommodisque subiicitur, vt multa  
commoda ex anima corpus habeat,  
& multa damna anima ex corpore incommoda-  
que sustineat. Corpus habet ex anima vitam, sen-  
sum, motum, & pulchritudinem, cuius ope à corru-  
ptione seruat. & integrum, ac in cælum erectum  
custodit. Illa est veluti sal terræ corporis nô-  
stri, quod non ex aqua, igneque compositum, sed  
ex nihilo ad Dei imaginem, similitudinemque crea-  
tum, corpus ipsum in sua viriditate, & decore con-  
seruat. Est veluti murus, & antemurale, quia cor-  
pus ab hostibus irruentibus, ab his scilicet, quæ per-  
mansioni eius insidiantur, mirabili firmitate ruetur.  
Est quasi gubernator regens cymbam nostræ car-  
nis, ne scopulis, & syrtibus huius mortalitatis il-  
lisa dispereat. At anima, quæ non incommoda  
habet ex corpore, à quo velut in ergastulo inclusa  
tenetur, & membris eius quasi compedibus prægra-  
natur? Est animæ corpus pro nebula, quæ illam cæ-  
lestia clarè videre non sinit. Est ei pro illecebria,

Chr. ho.  
73. ad po-  
pulum.



quæ ad malum & veritum pertrahit. Est ei pro catena, quæ affectuum pennis vix ad sublimia volare permittit. Corpus, inquit Sapiens, quod corrumpitur, aggrauat animam, & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem.] Corpus corruptibile est, & ideo spiritui incorruptibili oneri est. Corpus singulis momentis corrumpitur, & ad non esse velocissimis pennis temporis volat, licet sanum & integrum esse videatur. Hanc ob causam animam grauat, reddítque velut crassam, & onerosam, quæ terrena cogitet, terrena diligit, & quæ soluta à corpore Deum cuperet, creata vilissima concupiscat. Est corpus, terrenum domicilium, ex luto scilicet fabricatum, quod animam inclusam tenens, intellectum eius, plurimum licet curis distentum, suo pondere premit, ne vnus tantum, nimirum adhesionis ad Deum, cogitationem caramque suscipiat. Est mancipium animæ, quod dum illi inseruit, quasi per dolum eandem sibi subdit, & hanc seruitutem miseræ animæ spontaneam ac iucundam reddit. De quo scitè dixit Bernardus: Et quidem peccato factu est, vt corpus quod corrumpitur, aggrauet animam, sed amore, non mole. Nam quod surgete anima per se iam non potest, quæ per se cadere potuit, voluntas in causa est, quæ corrupti corporis vitio ac vitioso amore languescens & iacens, amorem pariter iustitiæ non admittit. Ita nescio quo prauo & miro modo ipsa sibi voluntas, peccato quidem in deterius mutata, necessitatem facit, vt nec necessitas, cum voluntaria sit, excusare valeat voluntatem; nec voluntas, cum sit illecta, excludere necessitatem. Est enim necessitas hæc quodammodo voluntaria. Est favorabilis vis quadam premendo blandiens, & blandiendo premens: vnde se se rea voluntas, vbi semel peccator consenserit, nec excutere iam per se, nec excusare tamen vllatenus de ratione queat. Inde querula illa vox veluti gementis sub onere necessitatis huius: Domine, inquit, vim patior; responde pro me.] Sed rursus sciens quod non iuste causeretur aduersus Dominum, cum voluntas sua ipsius potius in causa foret, attende quid secutus intulerit: [Quid dicam, aut quid respondebit mihi, cum ipse fecerim?] Premebatur iugo, non alio tamen quam voluntariæ cuiusdam seruitutis: & erat pro seruitute quidem miserabilis, sed pro voluntate inexcusabilis. Voluntas enim est, quæ se, cum esset libera, seruum facit peccati, peccato assentiendo: Voluntas nihilominus est, quæ se sub peccato tenet, voluntariè seruiendo. Hactenus Bernardus.

Corpus est certè pondus animam deprimens, de quo Ecclesiasticus ait: Occupatio magna creata est omnibus hominibus, & iugum graue super filios Adam, à die exitus de ventre matris eorum vsque in diem sepulture in matrem omnium.] O iugum graue, o molestum onus, corpus originali macula infectum, quod insidet ceruicibus omnium filiorum Adæ, à primo die, quo lucis huius vsum accipiunt, vsque ad diem, quo vitæ mortali valedicunt! Immo & hoc iugum miseram animam ab ipso suæ creationis momento incipit premere, & à caelestibus auocare. Ab hoc iugo occupatio magna, cura molesta, & sollicitudo multiplex oritur, qua anima dum se vult in vnum colligere, ad varia & inania distrahitur. Cogitationes, inquit, eorum, id est, hominum, cruciantes animam, multæ sunt, & timores cordis eam affligentes innumeri. Iam rerum expectandarum amore fallunturiam timore diei finitionis, id est, mortis,

A lacerantur, & in nullo quietem aut leuamen inueniunt. Ab hoc onere nullus eximitur: nam à resedente super sedem gloriosam vsque ad humilitatem in terra & cinere; ab eo, qui vitur hyacintho, & portat coronam, vsque ad eum, qui operitur lino crudo, ac breuiter à maximo vsque ad minimum, nemo est, qui non angores & molestias corporis portet. Non esset autem intolerabile corporis necessitates sustinere, ac molestias eius pati, si animam non ad malum pertraheret. Sed hæc est magna & intoleranda miseria, quod infelicem animam prauis affectionibus illigat, & multiplicibus peccatis feodat. Ipsa enim decepta lubens acquiescit corpori noxia poscenti, cum deberet illius improbis postulationibus reluctari.

B Cui malo per totam istam vitam subiicitur, nisi Christi Saluatoris beneficio liberetur. Vnde Ambrosius ait: Anima sexum non habet; sed ideo fortasse nomen feminae accepit, quod eam violentior æstus corporis angit. Ipsa autem impetus carnis amore sui, molli quadam & blanda ratione demulcet. Ergo orationibus & obsecrationibus Dominum imitari debemus, vt quasi bonus auster afflare dignetur, verbique nobis auram caelestem aspiret, quæ fructiferas arbores non turbare vento graui, sed leui spiramine, statque molli consuevit agitare. Vnde scriptum est: Posuit me currus Aminadab: eo quod anima nostra coniungitur corpori, velut quidam equorum frementium currus rectorem sui quarat aurigam. Aminadab enim pater Naason fuit, sicut in Numeris legitur; qui erat princeps populi Iudæ; cuius figura refertur ad Christum, qui verus populi princeps animam iusti velut currum agitator ascendens verbi habentis gubernat, ne violentorum equorum furore in abrupta rapiatur. Sunt enim quatuor equi, quatuor affectiones: amor, ira, cupiditas, timor, quibus furentibus cum cæperit agi, nequaquam se ipsa cognoscit. Corruptibile enim corpus animam grauat, & tamquam irrationabilium animalium cursus inuitam rapit, volentibus curis velut quodam impetu proruentem, donec memorata corporis passiones verbi virtute mitescant. Hæc ille.] Habet itaque anima ex corpore angores, & tristitias, quibus premitur, habet & virtutis impedimenta, quibus ad malum impellitur, & ab amicitia sui conditoris auocatur. Nec modica sapientia est, aut à molestiis his per quandam inuitam tolerantiam fugere, vel suasionibus carnis per castum timorem Domini minimè consentire. Licet enim nullus possit in hac mortalitate corpus deponere, potest tamen aspirante gratia Dei, eius molestias in patientiæ materiam conuertere, & suasiones ad malum, vt prauum consilium, aspernari. Et hac ratione quasi gladio hostis nostri eum iugulamus, & nos ipsos non solum illætos, sed & spoliis auctos & opibus cumulatatos custodimus.

D E Licet autem corpus semper hoc modo se erga animam gerat, sed tunc precipuè illi impedimento est, cum ad senectam vergit, & ad tempus mortis accedit. Licet enim tunc in iustis, innocentiaque cultoribus, mitius animam ad malum pertrahat, tamen tanta est imbecillitas eius, vt ex hac parte efficacius atque potentius à consuetis bonis abducatur. Obstat actioni, quia infirmum est; impedit orationem, quoniam doloribus plenum est. Et quia recta actione, & pura contemplatione Dominum confitemur, Sanctus Dauid,

Ambros.  
lib. 3. de  
Virginib.



P. 141. B.

vt possit sine obstaculo his duobus insistere, petit à molestiis corporis liberari. Educ, ait, de custodia animam meam ad confitendum nomini tuo: me expectant iusti, donec retribuam mihi. ] Nomine custodiae speluncam intelligit, in qua Saulis indignationem declinans latebat: Sed & altiori sensu corpus suum custodiam appellauit. Quare custodia? Quia in eo, vt thesaurus in agro, anima custoditur, donec ab eo, qui thesaurum posuit in vase fictili, dum misericorditer appropinquat, inueniatur. Et quare carcer? Quia molestiis corporis illigata tenetur, quousque effractis mortalibus ianuis ad eum tendat, cuius gratia creata est. Vtrumque tetigit Augustinus eundem locum euoluens. Si de corpore, inquit, educat Deus, quando voluerit, possit dici & corpus nostrum carcer, non quia carcer est, quod fecit Deus, sed quia pœnale & mortale. Duo enim considerata sunt in nostro corpore; signum Dei, & pœna meriti. Tota ista forma, status, incessus, membra ordinata, sensuum dispositiones, videre, audire, olfacere, gustare, contingere, omnis hæc compago, & fabricæ distinctio, non potuit fieri nisi à Deo, qui omnia operatus est cœlestia, terrestria, summa, & ima, visibilia, & inuisibilia. Quid ergo ibi pœnale nostrum? Quod corruptibilis caro, quod fragilis, quod mortalis, quod indigens; hoc non erit in pœmio. Non enim corpus non erit, cum corpus resurget. Sed quid ibi non erit? Corruptio. Corruptibile enim hoc inducet incorruptionem. Ergo si caro tibi caro est, non corpus est carcer tuus, sed corruptio corporis tui. Corpus enim tuum fecit Deus bonum, quia bonum est: Corruptio enim inuit iustus, quia iudex est. Illud habes de beneficio; istud habes de supplicio. Hoc ergo fortè dixit: Educ de carcere animam meam; educ de corruptione animam meam. ] Liberari itaque vult à corruptibili corpore, vt sine obstaculo possit Dominum confiteri, vt valeat puras ad eum leuare manus, & sine admixtione cure rerum huius sæculi, quas hic positi penitus ablegare non possumus, in eius se laudationes extendere. Ad hoc dicit se à sanctis & iustis expectari, qui cum videant laudes suas non esse satis, vt Dei maiestatem exalcent, vndique iustis animabus annunt, à quibus possint ad Deum prædicandum & benedicendum adiuuari. Corpus ergo cum iam ægritudinibus fractum est, senioque confectum, ita animam suo pondere premit, vt difficulter sua munera obeat, & in primo se seruire contineat.

Nunc, ô homo, si in iuuentute, aut virili ætate, successus non fueris, cogita seriò grauem ætatem, & senectutem ingressus quid poteris. Corpus multorum bonorum hostis erit, corpus in multis rebus ad salutem & perfectionem animæ conducibilibus, impossibilitatem prætetendit, & sanctis conatibus vehementer obsistet. Et sicut seruus, qui in heri sui domo consenuit, manducare quidem vult, & quiescere, & labores pro domino suo susceptos nouit magnis exaggerationibus enarrare, laborare verò deinceps, & aliquare occupat renuit; ita corpus, quasi seruus senex, aut quasi miles emeritus, priora gesta narrat, ad quietem & indulgentiam aspirat, & amplius laborare non curat. Non respicit infelix quam parum anima profecerit, quam oscitantes affectus compresserit, quam nihil virtutis acquisierit: quam longè à perfectione distat, & in qua salebra vitiorum hæret, sed necessitatibus suis intentum, solùm nihil amplius agere, aut pati concupiscit. Monet Paulus vt consolemur fratres,

A collaborando scilicet illis [ & tanto magis, quanto viderimus appropinquantem mortis diem. ] Corpus verò hanc monitionem non recipiet, nec consolabitur animam, nec collaborabit loca, sed licet videat diem extremum appropinquantem, solam quietem & vacationem à labore respiciet. Anima otare cupiet: & corpus dicit: Non, sed cessandum est, quoniam capitis dolorem sentio. Illa ad lectionem se applicabit: istud verò dicit: Non, sed nugis & vanis confabulationibus vacandum est; quoniam oculi præ imbecillitate caligant, & nec oculatibus video. Illa mortis horrorem, iudicii rigorem, gehennæ terrorem meditari gestiet: Illud dicit: Non, sed effundamus nos, & nouitates audiamus, quoniam cordis pressura fatigor. Anima vult vigilare, corpus dormire: illa laborare, hoc otari: illa ad aliquem profectum festinare, hoc suis commodis seruire. Nunc ô homo, quando vis suppetit; cum corpus, disciplinam religiosam, vigilias ac labores sustinere valet, parum potest; postea in senecta molestiis corporis prægrauatus quid poteris? Ægritudines & imbecillitas ipsa senilis modicum temporis piis exercitationibus relinquunt, & multis diebus totum ferè tempus, sibi surripient. Quòd si non fueris in virtute progressus, nec res animæ tuæ ordinatas habueris, dices non sine pudore & fletu: Præcisa est velut à texente vita mea, dum adhuc ordiret, succidit me: de mane vsque ad vesperam finies me. ]

C Quemadmodum enim textor subito telam abrumpit, ne se ultra protendat: ita & tu cum telam vitæ spiritualis ordiebaris, cogente necessitate corporis succideris, ne possis ultra procedere, aut saltem vt parum possis de profectu lucrari. Verissimum est, ô frater, quod dixit Seneca: Meliora præteruolant, deteriora sequuntur: Quemadmodum ex amphora primum quod est sincerissimū effluit, grauissimum, quod turbidum, subsidet: Sic in ætate nostra quod est optimū, primū est, id exhaustum in aliis potius patimur, vt facem nobis referemus. ] O quam verum hoc. Sed si nunc in robore ætatis omnia turbida sunt, an putas, quia in periodis puriora erunt? Si modò cum omnia iuuat, & corpus ad laborandum & sustinendum aptum est, tepidè viuis, an in imbecillitate senectæ feruenter te geres? Quid de te sperare poteris, nisi quòd futurus sis senex obstinatus, qualem describens Hugo, hæc inter alia ait: Inter abusiones huius sæculi, sola maior est senis obstinatio, qui morti proximam, mortis aduentum non exhorret: qui quasi ad ostium mundi huius positus, foris spectat, nec tamen vitæ præsentis attendit egressum, nec ingressum futurae considerat: audit nuncios mortis, & credere non vult eis. ] Ad finem verò illius abusionis enumeratis multis defectibus huius senis, concludit: His igitur plagis affligitur obstinatio senis, qui carnalibus delectatur, loquacitate gaudet, importunus & grauis omnibus, more pecorum pronus ad vitia, itacundia tumens, ad iniurias manifestus, ad omnia mobilis, luce veritatis carens, & ideo seipsum palpans. Hæc ille. ] Time itaque ne qui nunc in sterquilino ignavia sedes, & parum aut nihil animæ tuæ virtutes promoues, ad maiorem ætatem prouectus, non solum in eodem ceno hæreas; verum etiam & nihil omnino agas, & alios, ac si aliquid esses, ex elatione despicias.

E Si postea in futuro tempore parum aut nihil poteris, quid superest, ô homo, nisi vt nunc in præsentem tempore, quod tibi ad emendationem datum est, quando scilicet aliquid potes, & tot diuinis auxiliis fulciris, & corpore ipso robusto iuuaris, vitam salutem opereris? Hortemur igitur te

Hebr. 10.

Sua 38.

12.

Seneca.

epist. 108.

Hug. lib. 1. declinatione animæ, c. 11.

breuiter



breuiter, sed potenter, doctrina Salomonis, immo spiritus Dei, per Salomonem scripta, qua commoditas sancte viuendi nunc oblata, & multiplex incommodum senectutis tibi proponitur. Memento Creatoris tui in diebus iuuentutis tuae anrequam veniat tempus afflictionis, & appropinquent anni, de quibus dicas: Non mihi placent. Detestanda est, obliuio eius qui te ex nihilo condidit, qui nunc te sustentat, & seruat, qui tanta in te beneficia confert, & tua mala dissimulat. Memor esto eius, vt diligas eum, & fideliter seruias ei, ne ad iracundiam ex tua ingratitude pronocatus, te prius desertorem deserat, & sine auxiliis efficacibus derelinquat. Hac autem facies in florida etate, vt pulchritudo & robur eius te ad quendam pulchram virtutem alliciat: sisque ex illis Beatis, qui portauerunt iugum Domini ab adolescentia sua. Nunc cum vires suppetunt, in hanc occupationem salutare incumbere, antequam veniat tempus senectae, quod est tempus magnae afflictionis ob senectutis incommoda, & antequam accedant ad te anni tardiorum & molestiarum pleni, in quibus a rigore disciplinae cessare cogaris. Memor itaque creatoris, & tui ipsius, esto; illius, vt instinctus audias, mandataque custodias: tui vero, ne propriae salutis & perfectionis oblitus bona semper duratura perdas. Hac te cura solliciter, antequam senectus te occupet, antequam tenebrescat tibi Sol, & Lumen, & Luna, & stella, quae caligantibus oculis videre non poteris, nec splendore eorum, quo ad lucem spirituales contemplantiam inciteris, perfui: ante etiam quam reuertantur nubes post pluuiam, & vix vna infirmitate, aut calamitate sopita, aliam iam iam imminuentem aspicias. Eo tempore commouebuntur custodes domus, id est sensus corporis tui, qui ad custodiam dati sunt, vt nimirum per illos tibi caueas a noxiis, & salutaria admittas: commouebuntur autem, quia praeter defectu virum heretani suo male officio fungentur. Nutabunt etiam viri fortissimi, id est, tibiae, & crura, & ossa vniuersa, quae pondus corporis ob debilitatem ferre non poterunt. Tunc otiosa erunt molentes in minuto numero; nam omnes dentes primores, ferrati maxillares, & genuini iam numero facti pauciores, abscedente fame & appetitu comedendi, quasi otio torpescunt. Tenebrescent quoque videntes per foramina, scilicet oculi; nam dum deficit potentiae visu acies, vix ad aliquid videndum sufficiunt. O misera etas, in qua clauduntur ostia, tu intellige labia, in platea, id est, in plano faciei sita, quae ex debilitate vocem minus apte formabunt, & os, cuius vnum opus est cibum molere, atque contere, non validam vocem, sicut antea, sed exilem atque submissam proferet. Somnus fugit a senes, quo membra lassata quiescant, & si aliquando soporatur, ita leuiter dormit, vt ad cuiusuis auicularum cantum sompnus eius abruptatur. Grauantur eius aures, nec iam eas suavis cantilena delectat. E superetis aliquid mali sibi euenire autumat, & ideo excelsa formidat: & trementi vestigio ambulans etiam in planissima via, non aliter quam in summo discrimine trepidat: Florebit amygdalus, quia caput incanescet: impinguabitur locusta, dum venter superfluis humoribus distendetur, & dissipabitur capparitis, cum ardore concupiscentiae extincto, immo & omni appetitu rerum huius mundi compresso, in nullo iam vsque ad mortem delectabitur. Tandem ibis, o homo, in domum aeternitatis tuae, in locum sepulturae, vbi ad diem vs-

A que resurrectionis quiesces, & plangentibus con-  
stipaberis. Rumpetur funiculus argenteus candida  
vita tuae, & recurret vita aurea anima tua in eum, a  
quod descenderat. Corpus autem non aliter quam  
hydria super fontem, aut rota super cisternam,  
confringetur, & nulli vsui, nisi famelicis vermi-  
bus, consumendum deputabitur. Reuertetur sane  
pulsus in terram suam, vnde erat, & spiritus redibit  
ad Deum, qui dedit illum. Si haec ita erunt,  
& cito erunt, vsquequod piger dormies? Quan-  
do consurges de somno tuo? Vsquequod tibi illu-  
des, & te ipsum decipies, & in futurum tempus  
emendationem protelabis? Postea cunctis rebus  
oblitentibus, nihil poteris; rumpe igitur moras,  
& nunc ad feruorem te ipsum excita, & viam  
perfectionis arripe, quando, Deo auxiliante, non  
parum vales.

B

Quid fecit homo.

CAPVT XI.

**H**OMO, non natura nec potestate com-  
mendatur, sed actione, dignus premio  
aut poena censetur. Naturam bonam  
non ipse sibi elegit, sed Deo donante  
percepit: defectus ex peccato originali profectos,  
licet primorum parentum voluntate, in qui-  
bus ipse erat, admisit, tamen propria sua voluntate  
non voluit: potestatem ad aliquid faciendum, aut  
per naturam, aut per Dei gratiam obtinuit. Qua-  
re sicut, non laudatur ex eo quod robustus natus  
est, nec vituperatur, quia caecus, aut sordidus ex  
aliquo morbo sit factus, ita nec ex eo quod natu-  
ram habeat luteam, aut facultatem pusillam, vi-  
tuperabilis redditur. At actiones ex libero arbitrio  
manantes, hominem aut laudatione aut probro  
dignum efficiunt. Vnusquisque, ait Paulus, pro-  
pria mercedem accipiet secundum sui laborem. ]  
Et gloria, honor, & pax omni operanti bonum. ]  
Et qui parce seminat, parce & metet. ] Eccle-  
siasticus quoque de vtriusque operibus ait: Omne  
opus corruptibile, id est, malitia putridum, in  
fine deficiet: & qui illud operatur, ibit cum illo.  
Et omne opus electum, id est studiosum, & bo-  
num, iustificabitur, iustum scilicet declarabitur:  
& qui operatur illud, honorabitur in illo. ] Et ite-  
rum Paulus: Quoniam qui seminat in carne sua, de  
carne & metet corruptionem: qui autem semi-  
nat in spiritu, de spiritu metet vitam aeternam. ] Defe-  
ctus a natura ipsa prognatos quasi inuoluntarij &  
inuiti sustinemus. Nihil autem eorum, quae inui-  
ti subimus, inquit Basilius, laudabile est, vnde  
nec vituperabile esse potest. Et bona a natura do-  
nata quasi aliena sunt, quae nobis etiam nolentibus  
aut durant aut fugiunt: opera vero propria sunt  
cuiuscunque nostrum, quae ex electione facimus,  
& iam facta, aut libere per odium detestamur,  
aut per complacentiam reuinemus. Scimus vero,  
vt ait Gregorius Nissenus, quod nulla vera  
sit laus, quae eorum, qui laudantur, propria non  
sit. Iam ergo relinquamus praedicta, quid ho-  
mo fuerit, quid sit, & quid erit? Item, quid  
potuerit, quid possit, & quid in futurum pote-  
rit? quae non ex propria, sed ex aliena voluntate  
dependent; & actiones eius operaque confidere-  
mus, si forte aliquod habeat opus a se profectum  
in quo possit gloriari.

Inuestigandum est autem primo quid homo

1. Cor. 5.  
8.  
Rom. 1.  
10.  
2. Cor. 9.  
6.  
Eccles. 14.  
10.  
Galat. 6.  
8.  
Basili. in  
Psalm. 114.  
Nissen de  
vita Gre-  
gorio. Thau-  
mat.





Ecclef. 7.  
30.

Luce 15.  
13.

Gen. 4.  
10.

Deutero.  
32. 19.  
Psal. 72.  
27.

Isaia 55.  
9.

fecerit? Ad quam questionem responder Salomon: Solu modo hoc inueni, quod fecerit Deus hominem rectum, & ipse se infinitis miscuerit questionibus. O quam diuisa imino & quam opposita sunt, quod Deus & quod homo fecit? Deus hominem fecit, homo se destruxit. Deus fecit hominem rectum, rectitudine naturali perfectum, gratia auctum, donis cumularum, suo creatori subiectum. Homo rectitudinem naturalem perdidit, gratiam abiicit, dona dissipauit, & ab amantissimi patris domo recessit. Ecce filium prodigum, adolescentem stultum, iuuenem insipientem, qui accepta sua portione substantiae, peregre profectus est in regionem longinquam, & ibi dissipauit substantiam suam, viuendo luxuriose. Recessit ille a Deo, qui summum bonum est, & accessit ad peccatum, & amplexatus est illud, quod summum malum est. Abiit a domo paterna, a tranquillissimo innocentiae statu, in miseram & foeculentam regionem peccati, qua nihil est a Deo alienius, nihilque longinquius. Res omnes locali distantia a Deo non distant, cuius potentia seruantur, cuius prouidentia reguntur, cuius immensitate continentur. Hac autem distantia peccatum a Deo disiungitur, quoniam cum nulla res sit, aut sola bonitatis priuatio, non adest illi Deus, sed ab eo, tamquam ab hoste sua bonitatis, separatur. At res distant a Deo distantia perfectionis, quia illa finitam perfectionem habent, limitibusque contentam; Deus vero infinitam, & nullis terminis clausam. Sed peccatum magis distat, quia nulla perfectione pollet, nulla perfectio est, sed perfectionis abiectio. Tadem est alia oppositionis distantia, secundum quam quia lux tenebris opponitur, ab eis distare dicitur; & hac ratione nulla creatura distat a Deo, quoniam a Deo non dissentit, sed illi tota naturae conditione subiicitur. Solum peccatum hoc modo distat a Deo, quia bonitatis eius odor, sanctitatis hostis, legis prauicator. Nihil est ergo peccato longinquius. In hanc regionem funestam & horridam abiit pater noster Adam, & omnis homo, ut contentus in eo, cum legem sibi impositam fregit, & gustum pomi uentri diuino mandato praeposuit. Sicut vacca lasciuens declinauit: & quasi auis auolauit, abcessit omnis gloria eius, omnis nempe splendor, & pulchritudo, quae illi data fuerat a partu, & ab utero, & a conceptu, nam statim, post pauca nimirum horas, aut sequenti die post diem creationis suae, aut saltem post octo dies (ut quibusdam placet) innocentiam, & gratiam dilapidauit. Dereliquit Deum factorem suum, & recessit a Deo salutari suo: & quia scriptum est: Ecce qui elongant se a te, peribunt. Et ipse perit, & omnes nos filios suos perditioni subiicit. Abiit denique in regionem longinquam, quia ingressus est viam suam, eam scilicet, quam propriis uiribus potest conficere ( & haec non est alia quam via mortis & peccati) inter quam & viam Domini chaos magnum firmatum interiaceret. Nam vox Domini est per os Isaiae pronuntiata: Sicut exaltantur caeli a terra, sic exaltatae sunt viae meae a uis uestris, & cogitationes meae a cogitationibus uestris. Sicut, similitudinem dicit, quam uerbis humanis solemus audire, sed quae hanc longinquitatem nullo modo ad plenum explanet. Nam inter caelum & terram magna profectio distantia est, sed tamen finita, quam Astrologi per millia leucarum metiri praesumunt, at inter viam Domini, & viam hominis; inter iustitiam & peccatum infinita distantia est, ex eo quod illa non Deo iungit, hoc uero ab illo, atque adeo ab omni bono disiungit.

Hoc est primum opus, quod fecit homo, a Deo

A recessisse, & ad peccati regionem properasse: secundum uero huic proximum fuit, quia dissipauit substantiam suam, quam de manu benigni patris acceperat, viuendo luxuriose. Hoc non est aliud quam illud Salomonis: Et ipse se infinitis miscuit questionibus. In quas enim miseras, in quas perplexitates ac difficultates homo non cecidit, postquam se a Deo per peccatum separauit? Audi nunc fontes & origines harum questionum, vel potius audi actiones hominis, egregias sane illas, quibus statim post suam formationem incubuit, & sibi ac nobis infelicitatem attulit. Interrogas, Quid fecit homo? Audi igitur quid fecit! Naturam laetit, diuitias abiicit, gratiam perdidit, merita dissipauit, animam occidit, & in Dei offensam incurrit. Visne adhuc audire quid amplius fecit? Infirmum uoluit, mendicantem amauit, foeditatem dilexit, poenae reatum contraxit, animam diabolo subdidit: & Deum hostem acquisiuit. O insignia gestata, o egregia facinora parentum nostrorum, quorum gratia superbire, & efferri debeamus! Sed de singulis aliquid dicendum est, ut uilitas hominis pateat, & omnis superbia retundatur.

Quid fecit homo? Naturam laetit. Intellectus nonne ad naturam pertinet? sed intellectum per ignorantiam excacauit. An non stultus, & insipientis factus est, qui [comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis? Quam fuit sententia Altissimi in Nabachodonosorem prostrata? Nonne quoddam more bellae, septem annis per campos desertaque discurreret? Ita sane. Eiciet te, inquit, ab hominibus, & cum feris bestiarum erit habitatio tua, & fenum ut bos comedes, & rore caeli infunderis.] Idem in homine per peccatum stulto, & belluino, impletum est. Eum diuina indignatio e domo regia, in qua ut rex potentissimus habitabat, nempe de paradiso voluptatis, eiecit. Inter bestias & feras commorari, immo inter media uitorum bestialium monstra habitare cepit: feno, id est uilissimis rerum terrenarum desideris pastus est, & caeli iniuriis expositus. Stultus plane factus est ille, qui audiens uocem Domini Dei deambulantis in paradiso post meridiem, in oculis eius, qui omnia cernit se uoluit abscondere: qui ausus est magis poenam quam culpam timere: qui non erubuit culpam suam in fecinam sibi foeciam refundere. Voluntas similiter ad naturam spectat: hanc autem peccando, & ab eo quod rectum est, auerit, & ad malum inclinauit, adeo ut dicatur: quia sensus, & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua. Illa, quae ad Deum amplexandum, & caelestia diligenda, creata est, terrenis amore inhaeret, & iniquitatem amplectitur. Sed & appetitum naturalem homo a rationis & rectitudinis loro dissoluit, ac propterea cetera quaedam indomita, & numquam iugum experta, omnia perambulat, & licita atque illicita concupiscit. Haec pars hominis est uelut Ephraim vitula docta diligere trituram, quae uidelicet iugum diuinae legis excussit, & labores causa voluptatum adipiscendarum assumptos dilexit. Numquamque prauam consuetudinem ad terrena & noxia inhiandi dimittit, donec Dominus gressibus gratiae suae transeat super pulchritudinem ac ceruicostatem colli eius, & supra tumentes eius motus ascendat. Tandem corpus suum mortalitati subdidit, & se posterisque suos legi moriendi subiicit: nam per unum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors.

Psal. 113.

Daniel. 4.  
22.

Gen. 3. 8.

Gen. 2. 11.

Osai 10.  
11.

Rom. 5.  
12.

Quem

Deus  
Tom. II



Quemadmodum ergo amens furore amentiae percitus se ipsum pugnis ferit, & vnguibus suas carnes dilacerat: ita homo per peccatum quali amens effectus, animam suam corpusque percussit, & naturalium honorum integritatem splendoremque detraxit.

Quid adhuc fecit homo? Diuitias amisit. Illum ditavit Deus, cum regem constituit super orbem uniuersum, cum dominum cunctorum animalium fecit, cum omnibus visibilibus rebus proposuit. Sed audiamus ex ore Laetantij hoc dominium hominis super omnia, & quam ob causam illi fuerit attributum. Fecit, inquit, ergo Deus mundum propter hominem. Hoc qui non videt, non multum distat a pecude. Quis caelum suspicit nisi homo? Quis solem? Quis astra? Quis opera Dei miratur, nisi homo? Quis colit terram? Quis ex ea fructum capit? Quis nauigat mare? Quis pisces, quis volatilia, quis quadrupes habet in potestate, nisi homo? Cuncta igitur propter hominem Deus fecit: quia vsui hominum cuncta celsere. Recte ergo videntur Philosophi: sed illud, quod sequitur, non viderunt, quod ipsam hominem propter se fecerit. Erat enim consequens & necessarium, & piam: vt cum hominis causa tantam operam molitus sit, cum tantum illi honoris, tantum illi potestatis tribuerit, vt dominetur mundo; homo agnosceret Dominum tantorum beneficiorum autorem, qui fecit mundum propter ipsum, & ei cultum, & honorem debitum redderet. Hoc ergo dominum perdidit homo, cum a Deo desciuuit, & se ipsum ac nos ad miseram & extremam pauperatam redegit. Nam postquam peccauit, non more regis, sed coloni vilissimi, terram coluit, & vomere duricie eius subegit, vt vitae huic mortali consuleret. Animalia sibi inimica sensit, & ab ipsis, aut in se, aut in posteris vulnera morsusque sustinuit. Ceterae res illum tamquam Dei hostem auersatae sunt, eique quasi inuita seruiunt, adeo vt indignierint in hoc suo labore consolari. Hoc quippe indicant illa verba Pauli: Vanitati creatura subiecta est non volens, sed propter eam, qui subiecit eam in spe: quia & ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis in libertate gloriae filiorum Dei. Ambrosius certe, & Chrysostomus, hunc locum non tantum de homine, sed de omnibus aliis visibilibus creaturis interpretati sunt. Vanitati igitur omnis creatura subiecit, quoniam vanum est, quod suum finem non assequitur, & creaturae ex parte suo sine frustrantur. Factae fuerunt, vt seruiant amico Dei, & quia homo a Deo recessit, famulantur inimico. Nolentes subiciuntur, quoniam vellent, si optio illis daretur, potius peccatorem, ac Dei hostem perimere, quam ei aliquod obsequium deferre. At seruiunt homini, propter imperium illius summi Dei, qui subdidit illas, cuius imperium nec cadent, nec possunt detrectare. Haudquaquam autem seruiunt sine spe: veniet enim tempus cum homo liberatus a corruptione peccati, & translatus in dignitatem filij Dei, ipsas creaturas liberabit; quia iam non inuita hostibus Dei, sed libenter filiis eius, haeredibusque, deseruient.

Homo igitur, cuius culpa omnes creaturae ab ipso defecerunt, se ipsum pauperem fecit. Propter eius peccatum [posuit Deus flumina in desertum, & exitus aquarum in sitim, Terram fructiferam in saluginem a malitia inhabitantium in ea.] Propter peccatum, inquam, exsiccauit flumina, obturauit fontes, & terram sterilem instar salinarum infrugiferam fecit, vt homo, panis & aquae, quibus omnia

**A** ad corpus necessaria signantur, penuriam & indigentiam sentiret. Quod si pauperes, laboribus, & atuminis, & sudore vultus sui panem ex terra a se seminata colligunt, & aquam pro vibus suis, ceruicibus impositam vehunt; in idem malum incidit rex iste orbis ad mendicitatem redactus, qui fame impellente compulsus est terram in sudore vultus sui colere, & aquam, si non pecunia, at labore comparare. Haec demum primi nostri hominis paupertas, fuit paupertate Iob sine vlla comparatione infelicior; quoniam haec ab illa processit: hanc naturalis necessitas, illam culpa intulit: haec in ipso Iob se continuit, illa ad posteros omnes Adae manauit: haec, probrosa non fuit, quia ad probationem data: illa, ignominiae plena, quia ad puniendam culpae gravitatem immissa. Beato Iobo sine causa insultabant reges, & Tobiae vitam parentes & cognati absque eius demeritis irridebant: at Adamum mendicitate percussum angeli & creaturae omnes merito sublanabant, quoniam illi miseriam non eum natura necessitas subdidit, sed iniquitas sponte admissa, subiecit.

Et quid amplius fecit homo? gratiam perdidit gemmam illam pretiosissimam amisit, amicitiam cum Deo, felicitatis semen, a se reiecit. Magnum fortasse fuit bonum pro quo tantum pretium impendit? Nequaquam; sed pro pomo vno, immo & pro buccella ex vno pomo gustanda, gratiam obtulit virtutes, spiritus sancti dona, & ius ad caeleste regnum, offerre non timuit. O fornicator, o profane plusquam Esau, qui propter vnam escam vendidit primitiua sua, tu autem non pro vna esca, sed pro escu vnius pomi primogenium tuum, non terrenum, sed caeleste commutasti. Ille fornicator, quia contra voluntatem patris plures uxores idolis seruientes accepit: tu fornicator in septuplum, quia reluctante Dei voluntate, pluribus superbiae, gulae, & inobedientiae, nequitis adhaesisti. Ille profanus, quia ius primogeniturae, quo sacerdotium, res sacra, continebatur, vendidit: tu multis partibus magis profanus, qui sacerdotalem & regiam aeternae patriae dignitatem, gratis & sine vilo pretio dilapidasti. At forte parens noster magna deceptione deceptus est, & falsis promissionibus inescatus? Non: sed malitiose in barathrum tanti mali coniectus. Adam, inquit Paulus, non est seductus. Non ignorantia deliquit non passione pelliciente mandatum fregit, sed malitia suadente peccauit. Visum illi fuit vile, pro vno pomo, & pro auiditate dominandi, iactui aleae tantam bonorum copiam exponere. Lufit, aleam iecit, & omnem suam pecuniam perdidit, seque in lacum peccati deiecit.

**E** Pergis inquirere, quid fecit homo? sua merita dissipauit. Modico illo innocentiae tempore quas non diuitias acquisiuit? In Deum magno seruiore credidit, caelestem beatitudinem, & media ad illam consequendam sperauit. Deum ex toto corde, ex tota anima, & ex tota mente dilexit, eius mandatis obedire proposuit, creatorem suum profunde adorauit, res Ecclesiae futuras raptus in extasem contemplatus est; proximum, scilicet Euam, amauit, ex praeepto Domini coniugium iniuit, coniux factus virginitatem in pretio habuit, munus suum gubernandi mundum, incepit, nomina animalibus indidit, & plurimas alias virtutum actiones elicit. Vniuersa merita haec vno illo Adae peccato fuerunt mortificata, & nisi Deus illum crexisset, manifestent omnino destructa. Et quemadmodum mercator, qui in nau i oneraria omnes suas opes recondidit, si in-

Laet.  
epitom.  
diuinar.  
insistit.  
cap. 10.

Roman.  
8. 21. 22.  
Ambros.  
ibid.  
Chrysost.  
homil.

Psal. 106.  
33. 34.

Tobie 2.  
15.

Hebrae.  
2. 15.

1. Timot.  
2. 24.





furgat saeva tempestas, qua navis hinc inde iactata fluctibus obruatur, omnia, quae multis annis magno labore quaesierat, vno momento perdit: ita primus ille parens noster, suasionem coniugis, quasi dira tempestate iactatus, sua merita perdidit, & nudus ad divinae miserationis litus exiit. In eo impletum est, quod de quolibet imitatore ipsius scripsit Amos: Et peribit fuga à veloce, & fortis non obtinebit virtutem suam, & robustus non saluabit animam suam. Et tenens arcum non stabit, & velox pedibus suis non saluabitur, & ascensor equi non res nudus fugiet in illa die. ] Velox erat Adam, quem non affectus immoderati grauabant; fortis, quem iustitia roborabat; ascensor equi, qui corpus suum sine difficultate regebat, optimis indumentis indutus, quem virtus multiplex operiebat. Hic autem in illa die peccati sui miserabiliter cecidit, & nudus ac omnibus bonis spoliatus aufugit.

Amos 2.  
14-15.16.

1. Cor.  
rinth. 15.  
22.

4. Reg. 6.  
29.

Psal. 105.  
37.38.

Ambros.  
in Psal.  
37. versu  
1.

Fecitne aliquid amplius homo: Et quidem. Nam animam suam occidit, quae licet quo ad naturam immortalis sit, tamen tunc Deo moritur, cum ab eius amicitia separatur. Ingens malum est vitam istam mortalem profundere, quanto maius malum vitam aeternam peccato perdidisse, & animam morte culpae iugulasse? Illam vitam nemo volens amittit, hanc primus parens sciens & volens contempsit, utque in se morti locum daret, imprudens amittit. At si se solum occidisset, non esset forte mirabile, sed & se ipsum, & nos suos filios occidit. Sicut in Adam, inquit Paulus, omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur. ] Vt quemadmodum Christus est initium vitae spiritualis; ita Adam initium mortis spiritualis omnium hominum agnoscatur. Quam atrox, & ignominiae plenum fuit illud facinus, quo mulier Hebraea tempore famis proprium filium interfecit, & coxit, & sibi, ac alteri mulieri comedendum apposuit: Sed ignominiosius fuit peccatum Adae, qui non tempore famis, sed summae abundantiae, non vnam tantum filium, sed omnes ex eo nascituros occidit, & ex eis non alteri homini, sed diabolo infestissimo hosti, quasi conuiuium fecit, dum eos ipsius dominationi subdidit. Crudeles illi, qui immolauerunt filios suos, & filias suas daemoniis. Et effuderunt sanguinem innocentem, sanguinem filiorum suorum, & filiarum suarum, quas sacrificauerunt sculptilibus Chanaan. ] Sed crudelior iste, quoniam non corpus, sed animam suam, & filiorum suorum, diabolo per peccatum tradidit, & à Deo tam procaci iniquitate recessit.

Quid mirum si postremum opus hominis numeremus, quod in Dei offensam incurrit? Qui enim tanta mala fecit, quidni Deum ad iram & indignationem provocet? Hoc autem extremum, & ingens esse malum, certum est. Nam sicut ex misericordia Dei omnia bona hominis procedunt; ita ex ira Dei tamquam ex ea, quae iuste peccata punit, omnia hominis aduersa procedunt. Irascitur ille, non quia passione moueatur, qui est impatiibilis, sed quia ad modum irati penas pro peccatis infligit. Non Deus passioni pareat, inquit Ambrosius, ut irascatur, cum sit impatiibilis, sed quia vindicat, videtur irasci. Nobis hoc videtur, quia ipsi cum commotione vindicare consueuimus. ] Si ergo homo Domini indignationem meruit, non magnum est, quod tam multas penas, & calamitates nobis filiis suis quasi ex testamento reliquerit. Haec est hereditas nostra, quae ab illo accepimus, cui cedere, licet velimus, non sinimus, & ideo tantis quotidie malis cruciamur. Vide nunc, o homo, opera patris tui, sed vide potius quid in illo fecisti. Deum

offendere, animam perdere, mortem aeternam lucrari. Deus festinanter in te innumera bona contulit; tu festinanter ea perdidisti: ille magna liberalitate aedificauit, tu incredibili prodigalitate destruxisti: ille te ad suam familiaritatem exulit, tu ex illa sine villo metu cecidisti. Vade nunc, & de tuis parentibus gloriari, & pro eorum recte factis ad elationem ascendere, ut à Deo magis elongeris. Accedet homo ad cor altum, inquit, Dauid, & exaltabitur Deus. ] Accede tu ad cor altum, assume cor superbum, ut Deus exalteretur, ut à te fugiat, ut loque conatus irrideat. Quod si hoc noxium esse iudicas (& tunc sapienter iudicas) te ipsum non tantum nunc sed semper peccatorem agnosce, qui in illo primo parente tuo iniqua gessisti, & omnia mala, quae patris, es ipse commertus.

Psal. 63.  
7.

Luc. 3.  
7.

Math.  
23.33.

Genes. 4.  
2.

Eccles. 17.  
7.8.

Genes. 3.  
8. & 12.

Quid facit homo?  
CAPVT XII.

Si filij horum parentum sumus, qui haec, quae sunt dicta, fecerunt, & ita aduersus Dominum & eius legem insurrexerunt, quo nomine vocari possumus, & quo nobilitatis titulo insigniti? An non aptissime ad nos dicentur illa verba Ioannis Baptista, quibus turbas compellebat: Genimina viperarum quis ostendit vobis fugere à ventura ira? ] Immo & illa Domini Saluatoris, quae in idem recidunt: Serpentes, genimina viperarum, quomodo fugietis à iudicio gehennae? ] Filius viperarum est, & filius serpentis, serpens. Si filij serpentis sumus, id est, peccatoris, quo ad esse naturale attingit: si filij viperarum, id est, peccatricis, qui in nos virus peccati vomuerunt, an à peccato immunes erimus? An opera nostra, quae facimus, non similia erunt operibus, quae illi fecerunt? Ergo ex operibus illorum possumus actionum nostrarum qualitates venari. Opera autem patrum nostrorum, post lapsum, duplici genere continentur: quaedam erant naturalia, quibus mortalitati seruebant, & vitam hanc calamitosam utcumque seruabant. De his dicitur in Genesi: Fuit Abel pastor ouium, & Cain agricola. ] Si enim filij parentum suorum munera officiaque suscipiunt, non aliud esset officium Adae quam terram colere, oues pascere, & terrenis hisce functionibus occupari. Alia erant moralia, quorum altera bona erant, altera mala. De bonis illud Ecclesiastici intelligitur: Posuit oculum suum Deus super corda illorum, id est, proximorum parentum, [ostendere illis magnalia operum suorum, ut nomen sanctificationis collaudent, & gloriari in mirabilibus illius, ut magnalia enarrant operum eius;] & alia, quae ibi sequuntur. De malis vero dicitur in Genesi, quod protoparens noster post primum illud superbiam, & inobedientiam peccatum, abscondit se à facie Domini, & excusauit se, ac peccatum suum in Euam reiecit. Et quantum verum sit, toto vitae suae tempore nullum aliud lethale peccatum praeter illud primum commisisse, sed apud Theologos constitutum est leuia multa perpetrasse. Ad haec eadem genera possumus vnuerfas actiones nostras reuocare, & in eis multa intuenimus, quae nostram utilitatem ostendunt.

Si opera naturalia spectemus: quid facit homo nisi mutabilitati & corruptibilitati seruire? Certè non tota, arduior vitae pars in his abiectis operibus occupatur, ut corpus istud corruptibile aliquo saltem breui tempore ab omnimoda corruptione, quae in tempus mortis est asseruata, vindicetur. Iam manducamus, iam bibimus, iam dormimus,

iam

De BAZ  
Tom. II



Greg. 4. mer. 6. 30.

Rom. 8. 21.

1. Ioan. 2. 16. Innoc. lib. 2. c. 21.

Matth. 6. 21.

iam laboramus, vt labore panem queramus, iam prae imbecillitate quiescimus. Et tale corpus habemus, vt non vno actionum genere, sed diuersarum actionum vicissitudinibus exercendum sit, vt ab interitu liberetur. De quo egregie scripsit Gregorius: Esurire, sitire, lassescere, vincula corruptionis sunt, quae scilicet solui nequeunt, nisi cum in illam immortalitatis gloriam nostra mortalitas permutatur. Replemus etenim refectioibus corpus, ne extenuatum deficiat: extenuamus abstinentia, ne nos repletum premat. Vegetamus hoc motibus, ne situ immobilitatis intereat. Sed citius hoc colloco sustinimus, ne ipsa sua vegetatione succumbat. Adiuuentis hoc vestium tegimus, ne frigus interimat: & quae sita adiumenta proiciimus, ne calor exurat. Tot igitur aduersitatibus occurrentes, quid agimus nisi corruptibilitati seruimus, vt saltem multiplicitas impensae obsequij corpus sustineat, quod anxietas infirmitatis mutabilitatis grauat? Vnde bene per Paulum dicitur: Vanitati enim subiecta est creatura non volens, sed propter eum, qui subiecit eam in spe: quia & ipsa creatura liberatur a seruitute corruptionis, in libertate gloriae filiorum Dei. Vanitati quippe creatura non volens subditur, quia homo, qui ingenita constantiae statum volens deseruit, pressus iuste mortalitatis pondere, nolens mutabilitatis suae corruptioni seruit. Ita Gregorius; qui in alio sensu accipit vocem creaturae, ab eo, quem supra attigimus, dum in omni creatura hominem intelligit. Ex quo aliam miserandi hominis afflictionem elicio. Quod nimirum ipsae omnium creaturarum mutabilitati subijcitur. Aliae namque res paucis vicissitudinibus egent, paucisque rebus indigent, vt suum esse conseruent. Solus miser homo ac si esset omnis creatura, omnium creaturarum necessitatibus & mutationibus subiectus est, vt illis quasi fulcimentis adiutus ab interitu liberetur.

Occasione autem necessitatis huius, quam magnis curis, & quantum intolerandis laboribus genus humanum implicetur, quis poterit explicare? Innocentius, toto libro secundo, ex tribus, quos de contemptu mundi conscripsit, vberissime hoc argumentum explicuit. Qui curas hominum tribus illis a Ioanne Apostolo numeratis asserit contineri: Omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitae. Tria, inquit Innocentius, maxime solent homines affectare, opes, voluptates, honores. De opibus praua, de voluptatibus turpia, de honoribus vana procedunt. Opes generant cupiditatem, concupiscentiam & auaritiam. Voluptates pariunt gulam & luxuriam. Honores nutriunt superbiam. Ex his igitur tribus fontibus quantae inquietudines & perplexitates emanant! Qui opes congregare gestiunt, mercimoniis insistant: terrarum peragrare longissima spatia, marium transeunt immensitatem, vt aurum argentumque possideant. Et si verum est (quod sine dubio verum est) dictum summae veritatis: Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum: ] hi cor suum a Deo auertunt, & in terrae vilitate recondunt, vbi suum habent thesaurum, & suas opes occultare constituunt. Alij fortis infeliciois (secundum hominem loquor) artibus mechanicis occupantur, & ex sudore & labore suo extrahunt, quo corpus ipsum reficiant. Et horum aliqui abiectione officiorum suorum satis castigantur; alij vero prae magnitudine laboris, qualis est verbi gratia, in erudiendis metallis, in dolandis lapidibus, & in aliis huius generis, pane deficiunt. Nonnulli ex alieno labore diuitias possident, & pusillorum sanguinem bibunt, eorumque macie pinguefunt. Hi sunt, quos inli-

**A** piens mundas nobiles & illustres appellat, quorum summa est infelicitas, nisi subiectis suis moderata onera imponant, & nisi ea, quae corradiant, in vtilitatem ipsorum subditorum impendant. Qui voluntatum sunt amatores, vitam agunt vitae bestiarum assimilem. Iam ciborum pimitate turgescunt, iam potus satietate desipiunt, iam venereorum immundicia polluuntur. Non erubescunt hi a bestiis immundis moderatione vinci, & honestate superari. Nam illae ad necessitatem comedunt, & bibunt, & stans temporibus virgine natura ipsa miscentur. Homo vero saepe non necessitati in his, sed voluptati & effrenatis desideriis inseruit. Qui tandem honores & dignitates assequi concupiscunt, innumera mala & molesta sustinent, vt re amata potiantur. Sed gratum erit, Innocentium, horum vitam describentem, audire.

**B** Ambitiosus autem, inquit, semper est pauidus, semper attentus quid dicat, vel faciat, quod in oculis hominum valeat displicere. Humilitatem simulat, honestatem mentitur, affabilitatem exhibet, benignitatem ostendit, subsequitur, & obsequitur, cunctos honorat, vniuersis inclinat, frequenter curias, visitat optimates, assurgit, & amplexatur, applaudit, & adulatur: bene nouit illud poeticum:

*Et si nullus erit pulvis, tamen excutit illum.* Promptus & feruidus, vbi placere cognouit; remissus & tepidus vbi putauerit displicere. Improbatur mala: detestatur iniqua: alia cum aliis probat & improbat, vt iudicetur idoneus, vt reputetur acceptus, vt laudetur ab hominibus, vt a singulis approbetur. Et ecce grauem intra se sustinet pugnam, difficilemque conflictum, dum iniquitas pullat animum, & ambitio continet manum, & quod illa suggerit faciendum, haec fieri non permittit. Collidunt tamen ad inuicem mater, & filia, iniquitas, & ambitio: nam mater in aperto subsistit, & filia in occulto non resistit. Haec enim vendicat sibi publicum, illa secretum. Ambitiosus ergo libenter agit de principatu, quem ambit, & dicit: O quando principabitur ille, qui seuerus sit in iustitia, pius in misericordia, qui non declinet amore, vel odio, qui non corumpatur prece, vel pretio, qui credat fidelibus, & acquiescat supplicibus, qui sit humilis & benignus, largus & mansuetus, constans, sapiens, patiens, & astutus. Si forsitan hac arte non proficit, recurrit ad aliam, aduocat Simonem, & accedit ad Giezi: per hunc ab illo nititur emere; quod per se non proualeat obtinere: supplicat, & promittit, offert, & tribuit, pro pudor! gratiam, quam gratis adipisci nequit. Nec desistit adhuc, sed instat, & inuadit violenter honorem, & impudenter arripit dignitatem, amicorum suffragio, praesidio propinquorum: tantoque dominationis inflammatur ardore, tanta libidine praesidendi, vt nec schisma abhorreat, scandalum non formidet. Sed Giezi lepra percussit; & Simo perit cum pecunia; Chore autem cum complicitibus, ignis absumpsit; & Dath & Abiron terra viuos absorbit. Nullus itaque sibi honorem assumat, nisi qui vocatur a Deo tamquam Aaron. Haecenus Doctor iste.]

**D** emere; quod per se non proualeat obtinere: supplicat, & promittit, offert, & tribuit, pro pudor! gratiam, quam gratis adipisci nequit. Nec desistit adhuc, sed instat, & inuadit violenter honorem, & impudenter arripit dignitatem, amicorum suffragio, praesidio propinquorum: tantoque dominationis inflammatur ardore, tanta libidine praesidendi, vt nec schisma abhorreat, scandalum non formidet. Sed Giezi lepra percussit; & Simo perit cum pecunia; Chore autem cum complicitibus, ignis absumpsit; & Dath & Abiron terra viuos absorbit. Nullus itaque sibi honorem assumat, nisi qui vocatur a Deo tamquam Aaron. Haecenus Doctor iste.]

**E** Ex operationibus autem, quas naturales vocauimus, sensim ad peccata defleximus. Nec mirum, quoniam humana imbecillitas non paucas his operibus culpas immiscet. Sed peccata, atque iniquitates hominum multiplices, quis valeat exprimere? Discurrat mens tua o lector, per orbem vniuersum discurrat, & ingemiscet. Quam magnam mundi partem occupant idololatrae? Et quid faciunt hi, qui idolis seruiunt? Res vilissimas, & ad obsequium ipsorum creatas, deos putant, ab illis tamquam a diis

Innocent. lib. 2. c. 26. & 27.





pendent, etque diuinos honores impendant. Ab hoc autem peccato post odium Dei maximo, quae non turpia & obscena, quae non impia & absurda, quae non iniusta & flagitiosa nascuntur? Nullum sane peccatum est, quo (vt oculis vidimus) miseri isti homines non sedentur; si tamen homines dici possunt, qui solam humanam effigiem habere videntur, & in reliquis belluas rationis expertes imitantur. Eos dicit Paulus repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia, nequitia, plenos inuidia, homicidio, contentione, dolo, malignitate, sulturones, detractores, Deo odibiles, contumeliosos, superbos, elatos, inuentores malorum, parentibus non obediētes, insipientes, incompósitos, sine affectione, absque fœdere, sine misericordia. Alium mundi tractum, & satis spatiosum, tenent Turcae & Mahumetani. Et hi, quid faciunt? Hominem spurcissimum & stultissimum, magnum Dei vatem putant, legem ab eo latam (si tamen lex dici potest ridiculum quoddam delirium plurimis infansis refertum) obseruant, omni turpitudini frana laxant, & nihil aliud, nisi ea, quae ventrem distendunt, & ea, quae sub ventre sunt, cogitant. Qui possunt dicere: Humiliata est in puluere anima nostra, conglutinat est in terra venter noster. Et vtinam dicerent, & misericordiam postulare: sed nihil est magis alienum ab eis, quam suam cecitatem agnoscere. Magnas & nobiles orbis prouincias hæretici funesta deuastat. Et in his hæretici quid faciunt? Catholicam Ecclesiam matrem sanctissimam, & ueneratione dignissimam persequuntur, summi Pontificis Christi Vicarij, qui Episcopus Romanus est, iugum excutiunt: de Deo, ac de Christo filio eius peruersa sentiunt. Asiterunt enim reges terrarum eorum, & principes conuenerunt in vnum aduersus Dominum, & aduersus Christum eius. Sacramentis aduersantur; sacras ceremonias irident; Deo sacros cœtus Religiosorum & Virginum spernunt; scripturas sacras corrumpunt, sanctorum Patrum codices subannant, dicta eorum ex professo perperam interpretantur, & sapientissimis ac sanctissimis viris, & à Deo afflatis, Lutherum & Caluinnum, & alias similes pestes, anteponunt. His omnibus miscentur Iudæi homines perfidi, incredibili cecitate percussi, à Deo derelicti, quorum magna & multa peccata magis in dies iustam Domini indignationem accendunt. Ideo verò reliquis nationibus mixti sunt, quoniam prædictum est per Oseam, Quia dies multos sedebunt filij Israel sine principe, & sine sacrificio, & sine altari, & sine Ephod, & sine Tera- phim. Nunc Ecclesiam consideremus. Et in ea quid faciunt mali? Hi sunt de quibus inquit Paulus: confitentur se nosse Deum, factis autem negant, cum sint abominati, & incredibiles, & ad omne opus bonum reprobi. Fidem habent, facta non habent: Deo dicenti credunt, & eius dictis vita non acquiescunt: sacramenta & res sacras profanè suscipiunt. Et hi quot sunt numstro? Certè respondere possumus illud Ecclesiasticis: Stultorum infinitus est numerus. Mali enim, proh dolor, multi sunt in Ecclesia, quos, vt corrigantur, pia mater non reiecit. Hi omnes mala faciunt, & peccatorum tela in caelum intorquent. Iam ad bonos & iustos accedamus. Horum multi imperfecti sunt, pauci perfecti. Illi multi quid faciunt? Esto quòd à peccatis lethalibus abstineant, sed quam multa admittunt venialia? Quam sunt cogitatione instabiles, desiderijs abiecti, verbis fatui, operibus tepidi? Certè si numerum peccatorum leuium, quæ vno die imperfectus quisque facit, sciremus, ingenti admiratione ac terrore commoueremur. Et isti pauci quid faciunt? Non sunt omnino à

leuibz peccatis immunes; qui dicunt quotidie, & verè dicunt: Dimitte nobis debita nostra. In his etiam reperit Deus aliquid, quod reprehendat, quod puniat, & quod lima tribulationis expoliat. Vnus istorum audiendus est, & quidè perfectissimus atque sanctissimus. Is sit Bernardus, dicatque nobis quid de sua anima sentiat, quid de suis iustitijs excogitet, & in quo suam cõsolationem inueniat. Quid modò necesse est, inquit, singulas eius, id est, animæ, miserias numerate, quàm sit onerata peccatis, obfusa tenebris, irretita illecebris, prurijs cõcupiscentijs, obnoxia passionibus, impleta illusionibus, prona sepe ad malum, in vitij omne procliujs, postremò totius cõfusions & ignominie impleta? Mirũ si ipsæ quoque iustitiæ nostræ omnes ad lumen veritatis inspicat, velut pannus menstruæ non inueniantur: iniustitiæ deinceps quales reputabuntur? Si lumen, quod in nobis est, tenebræ sunt, ipsæ tenebræ quæ erunt? Facile est cuique nostrum, si sua melius vniuersa, & sine dissimulatione vestiget, & iudicet sine acceptione personæ, attestari per omnia, Apostolicæ veritati, & libere proclamare: Qui se putat aliquid esse, cum nihil sit, ipse se seducit. Quid est homo, quia magnificas eum (ait fidelis, & deuota confessio) aut apponis erga eum cor tuum? Quid? Sine dubio vanitati similis factus est homo, ad nihilum redactus est homo, nihil est homo. Quomodo tamè penitus nihil est, quem magnificat Deus: Quomodo nihil, erga quem appositum est cordium: Respiremus, fratres, & si nihil sumus in cordibus nostris, fortè in corde Dei potest aliud latere de nobis. O pater misericordiarum, o pater miserorum, quid apponis erga eos cor tuum? Scio, scio: Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Quomodo ergo nihil sumus, si thesaurus tuus sumus: Omnes gentes quasi non sint, sic sunt ante te, & tamquam nihilum & inane reputabuntur. Si quidem ante te, sed non sic intra te. Sic in iudicio veritatis tuæ, sed non sic in affectu pietatis tuæ. Nimirum vocas ea, quæ non sunt, tamquam ea, quæ sunt. Et non sunt ergo, quia quæ non sunt, vocas: & sunt, quia vocas. Licet enim non sint quantum ad se, apud te tamen sunt vtique iuxta Apostolum, non ex operibus iustitiæ, sed ex vocatõ. Sic nimirum, sic consolaris in tua pietate, quem in veritate tua humiliasti, vt magnificè dilatetur in tuis, qui meritò angustiar in viscibus suis. Si quidem [vniuersa via tuæ misericordia & veritas requiruntur] testamentum tuum, & testimonia tua. Testamentum vtique pietatis, & testimonia veritatis. Lege homo, in corde tuo, lege intra te ipsum de te ipso testimonia veritatis, etiam hac communi luce iudicabis te indignum. Lege in corde Dei testamentum, quod firmatum est in sanguine mediatoris, & inuenies quàm longè aliud spe possidere, quàm re tenere, videris. Quid est, inquit, homo quia magnificas eum? Magnus vtique: Sed in illo, si quidem magnificatus est ab illo. Aut quomodo non magnus apud illum, cui tam magna cura est de eo? Ipsi enim cura est de nobis [ait Apostolus Petrus. Et propheta: Ego autem mendicus sum, & pauper, Dominus sollicitus est mei.] Planè artificiosa connexio vtriusque considerationis, quia velut vno momento descendens pariter & ascendens, & se pauperem & mendicum, & Deum pro se sollicitum vidit. Angelicum est istud ascendere & descendere simul. Videbitis, ait, Angelos ascendentes & descendentes super filium hominis. Haec tenus ille. Hæc igitur faciunt homines, hæ sunt actiones eorum, aut viles, aut malæ, aut planè imperfectæ, aut saltem non pro dignitate perfectæ. Nullus est locus,

Rom. 1. 29.

Psal. 25.

Psal. 2. 2.

Osa. 3. 4.

Ad Tit. 1. 16.

Ecl. 1. 11.

Bern. ser. 5. in Deo. Eccl. 1. 11.

Matth. 6. 23.

Gal. 6. 3. Iob. 7. 17.

Matth. 6. 21.

Psal. 24. 10.

Iob. 7. 17.

1. Petr. 5. 7. Psal. 118.

nulla

De Beaz Tom. 11



nulla ciuitas, nulla domus, nullum cubiculum in quo sint homines, à quo non aliquod peccatum aut graue, aut leue, frequenter prodeat, aut aliquod opus minus perfectum & purum ascendat. Et est hic quoddam admirandum luctuosumque certamen inter Deum & homines. Nam nullum est momentum, in quo Deus non innumera, & pene infinita beneficia in homines conferat, & in quo homines non innumeris peccatis multiplici beneficio respondeant. Ille bona, nos mala: ille dona, nos offensas & iniurias congerimus. Quid superbis, ò homo, quid superbis? Ex genere eorum es, qui semper Deo iniurias irrogant. Consilium ipsorum non longè est à te. Nec dicis cum Iacob: In consilium eorum non veniat anima mea, & in cœtu illorum non sit gloria mea: ] immo eos imitaris, cum illis perperam agis, & iustum aut parum tuum creatorem offendis. In gemisce itaque cum quodam peccatore, & confitere Domino: Iustior tu es, Domine, quàm ego. Tu enim tribuisti mihi bona: ego autem reddidi tibi mala. ] Et hac sincerissima, & verissima confessione instructus, semper coram Domino erubescit, & omnem superbiam & arrogantiam execratur. Quid enim superbiat puluis, & cinis, semper mala aut imperfecta faciens, & numquam ad cordis mundiciam, quam exoptat, perueniens?

Quid facturus est Homo?

CAPVT. XIII.

**P**era hominum futura, ex præteritis & præsentibus facile coniectabimur. Salomon enim se ipsum interrogans, sibi que respondens, sic ait: Quid est quod fuit? Ipsum, quod futurum est. Quid est, quod factum est? Ipsum, quod faciendum est. Itaque præterita, præsentia, atque futura sibi ipsis respondent, & natura in rebus necessariis, & voluntas in hominibus libero arbitrio constantibus ad idem prona: similes semper fructus parient, similes effectus elicient. Hæri ortus est sol, hodie oritur, & cras absque dubio exortietur quoque. Superioribus annis arbores hyemis tempore floribus & foliis nudatæ sunt: & æstate sua interim indumenta atque ornamenta sumpserunt; ergo & hoc anno ac sequentibus, pro temporis diuersitate, foliis nudabuntur, ac folia refument. Semper miser hic mundus peccatores & iniquos protulit; atque eisdem vsque ad sui consummationem proferet. Singulorum quoque hominum frequenter eadem soler esse forma viuendi, & qui per gratiam Dei suos sensus non cohibent, sibi que non imperant, eisdem semper iniquitatibus implicantur. Qui superbus aut iracundus aut lasciuus cœpit, ætatem successione non mutatur, sed sui similis inuenitur. Et prouerbiū est. Adolescens iuxta viam suam, etiam cum senuerit, non recedet ab ea. ] Et secundum quod se in adolescentia gesserit, sic in virili ætate, & vsque ad senectam permanebit. Quidam scitè dixit:

Quod noua testa bibit, inueterata sapit:

& quod mali adolescens discit, nisi per gratiam Dei mutetur, vir, aut senex factus, non dediscit. Non igitur negamus, homines natura flexibiles, temporis successu posse mutari, sed quod generaliter fieri consuevit, asserimus. Atque hunc esse huius Prouerbij sensum venerabilis Beda docet, sic scribens: Constat plerisque in senectute, Domino donante, maturari à vitis, quæ adolescentes habuerant; & è contrà nonnullos, illo se deserente, deserere circa senium virtutes, quibus ab adolescentia videbantur illustrari. ]

**A** Sed quia multo sæpius quisque mores, quibus ab adolescentia imbutus est, in reliquum vitæ tempus exequi consuevit, prouerbiū esse dicit, quia quod adolescens quisque cœperit, in senectâ non mutauerit, non tamen ipsum semper ita euenire confirmat. Sic ille. ] Non solum autem mores hominum iidem succedentibus temporibus perseverant, sed & in deterius prolabitur. Nam sicut in morbis corporalibus sepe euenit, vt qui incipit agrotare, semper deterius se habeat, quo usque natura vi ægritudinis victa morti cedat: ita qui prauos mores induunt, sæpissime illos multiplicium peccatorum iteratione promouent, donec cordis durtiæ succumbant.

**B** His ita se habentibus, iam intelligis, ò homo, quid facturus sit homo. Nam vel hanc interrogationem intelligis de omni homine, vel de te ipso. Si de omni homine, facient homines quod huc vsque fecerunt. Hactenus maior pars hominū fuit peccatis addicta, & iniquitatibus irretita, in eodem verò infelici statu vsque ad finem sæculi perseverabunt, immo & refrigerente magis quotidie charitate, iniquitates augebunt. Cœpit peccatum in Adam, & in tantum creuit vsque ad Noe, vt decreuerit Deus carnem peccatis corruptam delere, & totum genus humanum aquis obruere. Pullulauit peccatum in Chan filio Noe, & ita auctum ac multiplicatum est, vsque ad Abraham, vt debuerit Deus, quasi relictis innumeris gentibus dominationis suæ idolis seruicibus, ad vnā gentem ex Abrahamo progenitam, quam lege scripta continere statuerat, se recipere. Reliquis nationibus in peccatis manentibus, cœpit hæc gens à Deo electa multiplicari, & simul peccatis & abominationibus, præsertim Ægyptiorum, augeti, vt necessarium fuerit, eam, ne penitus cultum veri Dei relinqueret, ab Ægyptiorum consortio educere, & in terrâ Abraham promissam inuehere, ibique extinctis paulatim idololatriis, separatam à nationibus continere. Populus iste, in quo veri Dei cultus notitiæ que permanerat, terram hæc sibi datam ingressus, raris fuit vsque ad Salomonem flagitiis operatus, vt operæ pretium sit existimatum, eum diuersis gentibus ad tempus in seruitutem tradi, & tandem magnificentissimi templi structura, & multiplicibus Dei cultibus, occupari. Ab hoc tempore Salomonis vsque ad annos Osee regis Israël, & Sedechiæ regis Iudæ, magna facta est in populo Hebræorum, iniquitatum accessio, vnde voluit Deus ad puniendam hanc gentem, decem tribus regni Israël seruas & captiuas dare Salmanasar regi Assyriorum, qui eas in terram suam transtulit, & paulo post duas tribus regni Iudæ, Nabuchodonosor regi Chaldæorū subiicere, qui eas in Babyloniam asportauit. Gens illa decem tribuum numquam ad ciuitates suas redire permissa est, duæ autem tribus regni Israël post annos septuaginta (miris Deo cum illis agente, & populum illum suo cultui deditum conseruante) sunt in terram natiuitatis translatae. Ibi nequaquam meliores effectæ, vsque ad aduentum Saluatoris peccata peccatis addiderunt, & quo tempore tam ipsi Iudæi quàm vniversi totius orbis populi erant summis peccatis implicati, venit Christus filius Dei, peccatorum mortisque destructor, vt mundo admodum periclitanti, & quasi in extremis malitiæ constituto, opem afferret, & à tâta caligine liberaret. Fundauit Ecclesiam Christus Dominus noster, & eam ex Iudæis ac gentibus congregauit, quæ principio primitias spiritus & sanctitatis accepit. At postea, procedente tempore, ac multis gentibus in Ecclesiâ ingressis, in amore Dei, ac obseruantia mandatorum intepuit, & multos filios sustinuit, ac sustinet, fide quidem sibi iunctos, sed vita, &



moribus ab omni virtute separatos, qui quod intellectu credunt, conuersatione condemnant. Similis erit futurus Ecclesie status vsque ad nouissima tempora, & semper mali bonos numero vincant, & bellum perfectioni ac perfectis indicent. Et quo magis mundus ad finem tender, magis delirabit, & maiora flagitia perpetrabit, adeo vt dicat Dominus: Veritamen filius hominis veniens, putas inueniet fidem in terra? Tanta erit hominum cecitas, tanta iniquitatum multitudo, vt vix quos saluet, inueniat. Quid ergo dicemus de congregatione hominum, nisi quod de Ierosolyma dictum est in libris Esdra: Quoniam ciuitas illa à diebus antiquis aduersus regem, (intellige Deum) rebellat, & seditiones, & praelia concitantur in ea. Hoc itaque genus humanum faciet, peccata peccatis addere, & in malitia, & iniquitate multiplici perdurare. Et, si non haberemus aliquos iustos & sanctos viros, qui Deum placant, & manum eius extantem tenent, iam [quasi Sodoma fuissimus, & quasi Gomorra similes essemus.] Dico autem aliquos, quoniam licet plurimi iusti & sancti per omnes ætates extiterint, & nunc actu sint in Ecclesia Dei, & vsque ad finem mundi sint futuri, tamen pauci admodum sunt, si cum multitudine impiorum comparentur, qui vniuersum orbem coluerunt, & colunt, variis sectis addicti, & multiplicium peccatorum colluione fedati.

Hæc homines facient. Si autem interrogas quid tu sis facturus? Ego nescio quis tu sis, qui hæc legis, & ita nescio quid facies. Si peccator es, qui in his scriptis meis, non compunctionem, sed curiositatem quaris, quasi nos curiosa scribamus, forte ad finem vite in tuis peccatis persistes, & sine debita contritione morieris, & ita damnaberis. Habesque vnde te maxime despicias, cum nunc inimicus sis Dei, & postea eris torris inferni in ignem æternum coniectus. Fortè vitam mutabis, & te ad meliorem frugem conuerteris, vitamque æternam consequeris. Nec deest tibi in hac sorte magnæ humilitatis occasio, quia non tua virtute, sed miseratione Domini, te ab inferno, quem pro meritis fueras, eruentis, ad tantum bonum peruenies. Si autem iustus es, etiam ignoro quid facies. Forstian viam Dei deserens, & iterum ad flagitia redibis. Et quid miserius quam post gustatam Domini suauitatem, amaritudinem peccati repetere, & ollas carniam Egypti suspirare? Si imperfectus es, forte vsque ad finem vite, imperfectiones diliges, & numquam progressum aliquem in virtute facies. Quid autem infelicius, quam semper imperfectionum face sordere, & tantis auxiliis numquam aliquem feruorem concipere? Si autem perfectus es, qui non dedignaris doctrinam pro tyronibus elaboratam enoluere, forte à perfectione decides; nam & aliqui perfecti à summa vite puritate ad summam turpitudinem prolapsi sunt. In hoc autem periculo positus, cur non formidabis? Cur non superbiam timebis, quæ præcipua causa ruinae perfectorum esse consuevit? Sed si numquam es casurus, & semper ad maiorem perfectionem, & sanctitatem venturus, adhuc habes vnde te deicias. Quia in quantalibet sanctitate positus, quandiu hæc vita durat, aliqua leuia peccata committes. Nescio autem an aliud efficacius humilitatis & despicientie propria incitamentum esse possit. Quod idololatra, & infideles Deum offendant, quid mirum, cum suum creatorem ignorent? Si peccatores eius mandatis aduersentur, quid mirum, cum lycem fidei habeant peccatis obrutam, & quasi ex defectu charitatis extinctam? Si imperfecti in imperfectionibus cadant, quid mirum, cum infirmi sint, & parum in

A virtute profecerint: At quod tu cadas tantis auxiliis fulcitus, tantis donis cumulatus, ad tam insignem ac intimam familiaritatem admissus, tantis consolationibus pascus, ad tantam perfectionem charitatis euectus, hoc mirabile est, immo & miserabile, quod deberet te in abyssum humilitatis deicere, & ad inconsolabilem luctum excitare. Quodammodo de te dicere potest Dominus: Etenim homo pacis meæ, in quo speravi, qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem. Tu homo pacis Dei, quia illi arcuissima amicitia coniunctus. Tu, in quo ille sperauit, quia ad magna & purissima obsequia vocatus. Tu, qui edebas panes Domini, quoniam diuinis consolationibus reficiebaris, & eisdem adhuc reficeris. Et semper adhuc cadis, vel leuiter, & vsque ad finem vite delinques, & vix per vnum diem ab aliqua molestia Domino irroganda abstinere. Cur te non despicias, & vilissimum, ac luce solis indignissimum esse fatereis?

Itaque ignoro quid tu facies. At dicam tibi, quod me frequenter magna tristitia & mœre afficit, & quod valde formido me esse facturum. Ex quo ad Deum conuersus sum, tepidè vixi, tepidius nunc viuo, & ideo vereor ne tepidissime vitam finiam. Conuersatio mea à teneris annis professione religiosa fuit, sed opere religiosa non fuit, aut vix tali nomine potest honorari; & timeo ne qualis nunc sum, & à mea conuersione sui, talis in die mortis inueniar. Dicam autem tibi qualis hæcenus fuerim, non meis, sed Bernardi verbis, adeo enim in mei cognitione cæcus sum, vt qui aliis consilia ingero, & rationem se cognoscendi præscribo, me ipsum, & meam tepidissimam vitam detegere, & explicare proprio sermone vix sciam. Ille ergo nomine tepidi religiosi se ipsum accusans, hæc ait, vel potius nunc ego ea dem de me dico, quia verissime in me omnia hæc mala inueniri profiteor. Deo igitur iubente, ad cor meum redij, & inde exclusis omnibus præter Dominum Deum, & me ipsum, totam vitam meam discussi, tanto diligentius, quanto familiaris: & vt verum fatear, nihil aliud ibi inueni, nisi locum horroris, & vastæ solitudinis: conscientiam videlicet diu neglectam, omnino incultam, spinis & tribulis oblitam, & omni horrore plenam. Nullum enim inuenio vitium, à quo non traxerim aliquod contagium. Turbauit me ira, lacerauit me inuidia, inflauit superbia, inde contraxi mentis inconstantiam, oris scurrilitatem, opprobria proximorum, scelera detractionum, linguæ effrationem. Seniorum meorum imperia non seruauit, sed indicauit: de meis negligentiis obiurgatus, aut rebellis fui, aut murmurauit, præferri me melioribus impudenter affectauit, simplicitatem spiritualium fratrum irridenter exagitaui, meas sententias procaciter iactaui, obsequia delata fastidij, negata quaesij, iuniores meos elatus despecti. Non obseruauit in obsequio reuerentiam, in sermone modestiam, in moribus disciplinam. Habui in intentione pertinaciam, in corde duritiam, in sermocinatione iactantiam. In humilitate fui fallax, in odio pertinax, in iocatione mordax. Subiectionis impatiens, potentie sectator, ad opus bonum piger, ad vnitatem ferus, ad obsequium durus, ad loquendum, quæ nesciebam, promptus, ad supplantandum paratus, fraternæ societati inhumanus. Temerarius in iudicando, clamorosus in loquendo, fastidiosus in audiendo, præsumptuosus in docendo, effrenatus deformiter in cachinnando, onerosus amicis, infestus quietis, ingratus beneficiis, inflatus obsequiis, & impertuosus subiectis. Sæpe iactaui me fecisse, quod non feceram; vidisse, quod non videram; dixisse,

quod

Luc. 18.  
8.1. Esdra.  
4. 19.

Isa. 1. 9.

Psal. 40.  
10.Bern. de  
interiori  
anim. 6.  
35.



quod non dixeram, non vidisse, & audiisse, quod videram, & audieram; & ita ex omni parte sum reus. Reus in saeculo, reus in claustris, sed ibi per ignorantiam, hic per negligentiam, & utrumque me terret. Verumtamen multo amplius terret me, quod in monasterio ante conspectum Dei deteriorem me inuenio. Collocavit me Deus in loco voluptatis, in domo vbertatis, in paradiso deliciarum; ego vero miser & miserabilis, inter mensas epulantium fame pereo; iuxta fontem sitio; ante ignem algeo, & ad neutrum manus extendere volo, tam piger sum, & desidiosus. Ita tempus amitto, quod Deus mihi sua pietate indulserat, ad agendam penitentiam, ad obtinendam veniam, ad acquirendam gratiam, ad promerendam gloriam. Quasi quoddam monstrum inter filios Dei sto, habitum monachi, non conuersationem habens. In magna corona, & ampla cuculla, salua mihi omnia existimo. Tamquam arbor sterilis terram occupo, & velut iumentum vile, plus consumo quam proficio. Altiores alterius locum teneo, & nullius officium suppleo: sed sum sicut truncus sine frondibus, & fructibus. Alij me pascunt de laboribus manuum suarum, sicut praebendarium suum: Ego autem tamquam pauper, & miser, nec clericum, nec laicum gero. Cantare namque, & legere nequeo, laborare nescio, sed sum opprobrium hominum, pecore vilior, cadauere peior.

Tolerabilius enim canis putridus foetet hominibus, quam anima peccatrix Deo. Idcirco tædet me viuere, viuere erubesco, quia parum proficio. Mori timeo, quoniam non sum paratus. Malo tamē mori, & misericordiae Dei me committere, & commendare [quia benignus & misericors est] quam & mala mea conuersatione alicui scandalum facere. [Tota namque die verecundia mea contra me est, & confusio faciei meae cooperuit me:] cum video me somnolentum ad vigilias, tardum ad horas canonicas, & pigrum ad opera manuum. Alios autem video tam strenuè & deuotè diuinis interesse laudibus: alios verò ita reuerenter & alacriter coram Deo assistere, & eum laudare: ego autem compungi ad lacrymas nequeo, tanta est dūritia cordis mei. Cantare non libet, orare non delectat, meditationes sanctas non inuenio: tanta est sterilitas animae meae, & deuotionis inopia, quam patior. Heu mihi, omnes in circuitu meo uisitat Dominus, ad me autem non appropinquat. Nam alium quidem intueor singularis abstinentiae, alium admirandae patientiae, alium summæ humilitatis & mansuetudinis, alium multae misericordiae, & pietatis: illum in contemplatione frequenter excedere, hunc pulsare & penetrare caelos orationis instantia; aliosque in alijs praeminere virtutibus. Omnes confidero & prospicio feruentes, omnes deuotos, omnes in Christo vnanimis, omnes donis caelestibus & gratia affluentes, tamquam re vera spirituales homines, quos Deus uisitat, & in quibus habitat. In me verò nihil horum inuenio: quoniam declinauit Dominus in ira à seruo suo. Inde est, quod cum alij vigilant, ego dormio; quando alij cantant in monasterio, ego huc & illuc discuto; quando alij in aliquo secreto loco se furant à colloquijs hominum, ut ibi loquantur cum rege angelorum, ego quare colloquia hominum: cum alij vacant lectionibus, ego fabulis & verbis otiosis: quando alij discutiunt & diiudicant se metipsum, ego iudico alios. Aliis placet communis vita, communis disciplina, & commune studium, & mihi placent anguli, & diuerticula. Sic, sic, ex quo peccare potui, numquam à peccatis & malis operibus cessauī, peccatis peccata semper accumulauī, & peccata, quae

A aliquando operibus implere non potui, malis uoluntatibus & malis desideriis numquam perficere cessauī.]

Talis igitur fui à die conuersionis meae ad hunc usque diem, in quo haec mœrens exaro. Vae autem mihi, si non me emendauero, si in his malis, & multis alijs (quae suppressere malui) perseverauero, & si usque ad mortem tepidus & imperfectus fuero. Si autem talis fui & talis, aut peior permanens sum, quid superbio? Et quamuis Deo donante in aliquid melius mutandus sim, cur non me ipsum deicio? cum cerè sciam quod perseverantia in malo, aut mutatio in peius à me sit; mutatio uero in melius, si mihi acciderit, non à me, sed à Deo, mei miserente, futura sit? In omnibus itaque o Domine Deus meus, me vilem agnosco, me omni bono indignum inuenio. Et occasione humilitatis, & propriae despicentiae circumdor. Ex nihilo factus sum; cinis & puluis sum; putredo & sanies, & cibus vermium, futurus sum. Nihil ex me solo potui, nihil nunc, nisi te iuuante, & faciente, possum. Nihil in posterum, si me deserueris, poterō. Dona magna & ineffabilia, à te mihi donata, perdidī, quotidie pecco, & dona tua destruo, & non meliorem in sequens tempus me futurum esse, pertimesco. Aperi ergo, Deus, oculos mentis meae, ut haec, quae scripsi, & uerissima esse comperi, uerè de me cognoscam: Et me propter has miseras meas abiectionissimum & ut canem foetidissimum, esse sciam. Da mihi notitiam perspicuam mei ipsius, ut ex notitia mea, ad tui cognitionem ascendam, cuius [scientia mirabilis facta est ex me:] & ut ex notitia mei, & tui, magnam & solidam à tua benignitate humilitatem acquiram.

C

*Quo pacto Homo se ipsum aspiciet,  
& quis fructus Cognitionis sui.*

CAPVT. XIV.



Ac sunt egiogia hominis, haec magnalia eius, haec laudes, ex quibus potest se ipsum extollere; immò haec sūt miseriae & uilitates eius, quarum causā debet, nisi desipiat, se ipsum deprimere. Nunc uidentum est qualiter his meditationibus formatus se ipsum aspiciet, & quos fructus ex sui consideratione decerpit. Aspiciat se homo ( & est similitudo Ignatij Patris nostri Beatissimi ) tamquam uicns, uel apostema foetidissimum, ex quo tanta sanies peccatorum, tantaque lues flagitiorum & iniquitatum effluxit. Aspiciat se ut creaturam ualde deformem, & indignam Dei oculis praesentari, quia se ipsam peccatorum turpitudine deformauit, & gratiae decorem amisit. Aspiciat se homo uelut canem mortuum, aut sicut cadauer foetidissimum, naribus mentis admortum, cuius teretrum odorem & intolerabilem nequaquam sustineret, nisi ex concepta spe diuinae misericordiae respiraret. Hunc esse conceptum spiritualis & illuminati hominis, quem de se ipso debet facere, docet Vincentius Ferrariensis, cuius haec est sententia notanda: Homo sentiat de se ipso, sicut de vno corpore mortuo, pleno uermibus, & quod homines dignantur uidere, & intueri, immo claudunt nares propter eius pessimum odorem, & foetorem, & auertunt facies, ut non uideant talem & tantam

abomina

Isrl. 2. 13.  
Psal. 43.  
16.

Pf. 138. 6.

Lib. Exer  
cit. med.  
2.

Vincen.  
de uita  
spirit. c.  
12.



abominationem. Sic oportet charissime facere semper mihi, & tibi; sed plus mihi, quia tota vita mea foetida est, totus foetidus sum, & corpus meum, & anima mea, & omnia, quae intra me sunt, face, & putredine peccatorum & iniquitatum foetidissima, & abominabilissima sunt, & quod deterius est, quotidie hunc foetorem in me sentio recentius & amplius renouari. Et debet talem foetorem de se ipsa sentire fidelis anima, cum maxima verecundia coram Deo, sicut coram illo, qui omnia videt, & sicut si esset coram districto iudice: & dolere maxime de offensa Dei, & perditione gratiae, in qua erat quando redempta fuit pretiosissimo Christi sanguine, & abluta per baptismum. Et sicut sibi, & Deo foetere se credit, & sentit; sic etiam credat, & sentiat, quod non solum coram angelis, & sanctis animabus, sed etiam coram omnibus hominibus uiuentibus, sit abominabilis; & quod facta, & dicta sua non solum homines videre, & audire dedignantur, sed quod nares suas claudant, & auertant facies suas, ne ipsum videant, & tamquam foetidum cadauer de medio eorum expellant, & sit ab eis alienatus, & proiectus, sicut plusquam leprosus, vsque dum veniat, & reueniat ad se ipsum.

Iob. 38.4.

Greg. 27. mor. c. 6.

Ezch. 8. 10.

Ita ergo homo de se sentiat, ita se ipsum aspiciat, talemque semper se esse cognoscat. Nec ista peccatoribus tantum, aut minus perfectis dicimus; verum etiam perfectissimis, & sanctissimis intimamus. Quibus haec vilis aestimatio sui, tanto facilius est, quanto melius intelligunt omnia bona ex Deo esse, & hominem ex se ipso nulum bonum possidere. Vnde & Dominus, Iob virum sanctum, & variis tentationibus probatum, & fidelem inuentum, ad hanc sui notitiam, sensu altiori & abstrusiori vocat, cum ad illum ait: Vbi eras quando ponebam fundamenta terrae? Indica mihi si habes intelligentiam. Cogita, inquit, vbi eras antequam in te virtutis fundamenta iecissem, & antequam in virtute solidassem. Vt ob mea dona gratias agas, & ne de alienis superbias. Posito itaque, inquit Gregorius, propriae formidinis fundamento, cum virtutum fabrica in altum ducitur, necesse est vt vnusquisque proficiens, vires suas cautè metiatur, vt cum diuina constructione magnus esse iam coeperit, semet ipsum respiciat sine cessatione quod fuit; quatenus attendens humiliter quod per meritum inuentus est, nequaquam sibi ardeat quod per gratiam factus est. Vnde & nunc beatus Iob per supernam vocem ad se metipsum reducit; & ne de virtutibus gloriari audeat, de antea vita memoratur, eique dicitur: [Vbi eras quando ponebam fundamenta terrae?] Ac si iustificatio peccatori aperte Veritas dicat: Virtutes à me acceptas tibi non tribuas, noli contra me de meo munere extolli. Recole vbi te inueni, quando meo timore prima in te fundamenta virtutum posui. Recole vbi te inueni, quando meo te timore solidauit. Vtergo ego in te non destruam, quod construxi, ipse non cesses considerare quod reperi. Quem enim Veritas nisi aut in flagitiis, aut in excessibus inuenit? Haec ille. Inuenit planè Deus iustos (quando eos iustos fecit) peccato sordentes, & instar illorum septuaginta seniorum Israel, quorum Propheta meminit, monstra vitiorum adorantes. Fodit Ezechiel iussu Domini, templi parietem & ingressus per ostium à se apertum aspexit: Et ecce omnis similitudo reptilium, & animalium abominatio, & vniversa idola domus Israel, depicta erant in pariete in circuitu per totum. Haec eadem quisque nostrum

A in se vidisse restabitur, si cor suum antequam à Deo ad iustitiam vocaretur, aspiciat. Nos enim sumus templa Dei, per baptismum diuino numini consecrata, sed per peccatum profanata, & delubra idolorum effecta: Si irae & appetitui vindictae subiacuisti, serpentem adorasti; si luxuria seruiisti, equum obscœnum, & inhiantem ad foeminam, veneratus es; si auaritia te dedisti, ante lupum voracem procubisti. Haec, & similia monstra, in te, ô homo, depicta erant, quae Deus misericordia motus deleuit, vt suam imaginem reformaret. Canitque Dauid: Velut somnium surgentium, Domine, in ciuitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges. Nos ciuitas tua sumus, ô Deus meus, ciuitas antea solitaria, nunc, si ad iustitiam rediuimus, beneficio tuo plena populo: antea quasi vidua, nunc desponsata tibi, & facta domina gentium: antea sub tributo, nunc eorum, quibus tributa pendebat, princeps effecta est. Et quare princeps, nisi quia tu Domine, non solum substantiam, verum & imaginem illorum vitiorum, quae dominabantur ei, ad nihilum redigisti, & non aliter, quam leue somnium eorum qui expergiscuntur, ablegasti? In perfectis enim viris saepe & peccata destruis, & memoriam peccatorum praeteritorum expellis, vt ad te confidentius accedant. Ipsi verò non semel ad se ipsos redeunt, & quales prius fuerint aduertunt, vt hac consideratione sui, sibi ipsis nulum boni ascribât, & à bonis Dei sua mala discernât.

Psal. 22. 20.

B Omnes ergo tam mali quam boni, tam imperfecti quam perfecti, se ipsos ante se statuunt, & numquam propria mendicitatis & miseria obliuiscuntur. Si mali & peccatores sunt, se ipsos agnoscant, vt peccatum fugiant, & à misero statu exeant: Si iusti sunt, se ipsos agnoscant, vt iustitiam non deponant. Si mali sunt, sciant se esse caecos & aegrotos, Deoque, & omnibus ciuibus curae caelestis, ingratos. Peccatum enim, vt ait Petrus Chryologus, est natura nostra, quod fumus est oculis, quod febris corpori, quod dulcissimis fontibus amara falsedo. Oculi lux, & splendor naturalis per fumi conturbatur & obscuratur iniuriarum. Febris, corpus natura vegetum & agile, vi sua facit iners & imbecillum. Salsugo, fontis suauitatem cunctis reddit accessione sua ingratis. Si boni sunt, sciant bonitatem sibi fuisse à Deo datam; sciant se fuisse malis affimiles; dictique Pauli recordentur. Eratis aliquando tenebrae, nunc autem lux in Domino. Ac tandem si homines sunt, siue boni, siue mali, sciant se quasi vmbrae esse rerum exilium, quas ventus res illas monens, facillimè distrahit. Nouerint se esse quasi ebriorum insomnia, quae digesto vino euanescent, & nihil post se relinquunt. Repentent se quasi spolia temporis, fortunae ludos, inconstantiae imagines, trutinas calamitatum. Tempus namque illos de medio auferit; successus varij huc & illuc iactant, mutabilitati subsunt, & innumeris miseris onerantur. Quibus miseris? Certe omnibus illis, quarum est capax creata natura. Homo enim intellectus & libero arbitrio iunctus est angelis. Sed ex hac parte subest cogitationum instabilitati, consiliorum vanitati, studiorum mutabilitati, errorum caecitati, & voluntatum prauitati. Sensu iunctus est animalibus? Sed sic subiicitur visus caligini, auditus surditati, adoratus faetori, gustus amaricationi, tactus dolori. Vita copularus est vegetabilibus; sed hac ratione decrectione patitur, marcori & tabefactioni, & interitui subditur. Esse conuenit cum inanimatis: Sic autem sustinet iniurias caeli, elementorum mutationes, ac rerum corruptibilium casus; atque adeo est omnium calamitatum mi-

Chry. 111.

Eph. 5. 8.

seriatimque

De B. 2  
Tom. 11



feriarumque compendium. Sciat tandem homo se esse cunctis naturæ malis expositum, & possibilitati peccandi subiectum. Sciat se peccatorem fuisse, peccatorem esse, & peccatorem futurum esse, quia quantalibet sanctitate polleat, nunquam usque ad mortem leuibus saltem peccatis abstinebit. Et id de se sentiat, quod æquum est de vilissimo ac ingratisimo peccatore sentire, & talem se reputet, qualis debet miseriarum cumulus ab omnibus reputari.

Expectas, o homo, fructus huius cognitionis tui. Supra illos expressimus, & hic breuiter ad memoriæ adiumentum inculcamus. Ac primus sit, quod nisi te ipsum agnoscas, ad duritiem cordis, & impenitentiam properas, de quo audi loquentem Bernardum. Fuge homo præsumptionem, ne gaudeat de te inimicus tuus. Nempe in his maximè vitis gaudet, in seipso expertus quam difficile possis ab hac tanta voragine respirare. Nolo autem ignorare vos, fratres, quoniam modo descendatur, immò cadatur in illos. Primus enim, ut interitum occurrat, gradus descensionis huius, dissimulatio est propria infirmitatis, iniquitatis, inutilitatis, dum sibi parcens, sibi blandiens, sibi persuadens homo aliquid se esse, cum nihil sit, iam ipse se seducit. Secundus gradus ignorantia sui. Vbi enim in primo gradu inutilia sibi consuevit perizomata filiorum, quid superest, nisi ut vulnera tecta non videat, præsertim cum ad hoc solum texuerit, ne videret? Ex hoc tandem fit, ut etiam alio reuelante, vulnera non esse contendat, conuersus in verba malitiæ, ad excusandas excusationes in peccatis. Atque is quidem tertius gradus est admodum vicinus, immò continuus, præsumptioni. Quid enim mali iam

A a dicitare vereatur, qui præsumit & defendere? Cæterum difficile hic hærebit in tenebris, & lubrico, præsertim cum non desit etiam Angelus Domini malus persequens, & impellens. Itaque quartus gradus, vel quantum potius præcipitum, contemptus: ut, quemadmodum scriptura dicit; Impius cum venerit in profundum malorum, contemnat. Ex hoc, & deinceps magis ac magis super eum irget putens os suum, dum videlicet eiusmodi animam contemptus tradit impenitentia, impenitentia obstinatione firmatur. Hoc est iam peccatum, quod neque in hoc sæculo, neque in futuro remittitur. Quia cordurum, & induratum, nec timet Deum, nec hominem reueretur. Hactenus sanctissimus Bernardus. Reliquos tamen huius cælestis scientiæ fructus nos breuiter percurramus. Secundus est: Si te, o homo, non agnoscis, nec Deum agnosces, quia in hac mortalitate positus, non poteris Deum nisi in suis effectis, & in sua imagine contemplari. Tertius est: Si te non agnoscis, nec Deo appropinquabis, quia initium accedendi ad Deum, est notitia Dei; initium autem notitiæ Dei in homine, est notitia sui. Quartus est, quod cognitio sui timorem Dei generat, & ad eius reuerentiam præparat. Tu ergo, o homo Dei, qui vitæ spiritualis fundamentum iacere in corde tuo cupis, & scalam gradusque humilitatis superare contendis, te ipsum inspicere, atque cognosce, ut ex notitia tui, ut ex imo huius scæla ad summam ascendas. Ibi proculdubio Deum reperies te præ amore amplexantem, & ad cælum serenum, hoc est, ad perfectionem, admittentem.

Prov. 18.  
3.

Matt. 12.  
32.

Bern. ser.  
11. in Ef.  
Qui ha-  
bitat.



## PARS TERTIA

De Humilitate Affectionis: siue de Gradibus Humilitatis.

**P**OST Humilitatem Cognitionis, humilitas Affectionis tractanda est, quæ ad illam primam comparatur, ut domus ad fundamentum, ut arbor ad radicem, & ut ipsa rei substantia ad principium, à quo progreditur. Huius autem humilitatis, supra tum naturam tum præstantiam expressimus, & solum superest, ut in hac tertia tractatione eius gradus explicemus. Gradus verò alicuius virtutis, alia & alia ratione à Doctoribus scholasticis, & à viris spiritualibus assignantur. Nam illi cum naturas rerum inuestigent, in ipso habitu virtutis gradus ponunt; at hi cum animas ad bene agendum hortentur, in virtutis operibus gradus constituunt. Illi gradus virtutis vocant ampliores perfectiones, aut maiora augmenta virtutis, ut, quia calor ignis perfectior est in se, licet non actu calefaciat, quàm calor manus meæ, dicitur plures gradus habere; ita quia humilitas sancti Francisci perfectior est, & (ut ita dicam) immobilior, quàm virtus alterius sancti minoris, dicitur pluribus gradibus constare. At hi virtutis gradus vocant diuersas actiones eiusdem virtutis. Sicut enim graduum scæla unus altior est alio, & præsupponit alium, & accedit propius ad finem scælae, in quo iam non est ultra progredi, sed quiescere: ita actionum eiusdem virtutis una est perfectior alia, & difficilior, illamque supponit, & magis ad perfectionem virtutis accedit. Hoc igitur modo nos gradus humilitatis inquirimus; quæ tractatio utilissima est; quoniam non solum intellectum docet, sed affectum ad operandum, & se deiciendum, mouet, & paulatim hominem huius virtutis avidum ad perfectionem humilitatis prouehit. Da, o Domine Deus, ut legamus, & afficiamur; ut sciamus, & operemur; quia ad salutem operari oportet, & solum scire non sufficit.



Humilitatis Gradus multis modis à Patri-  
bus assignari; & qua ratione à no-  
bis tractandi.

CAPVT I.

**S**ANCTI Doctores Ecclesie, diuersa  
ratione gradus humilitatis assignant,  
& quamuis dissentire videantur, à vero  
non deuiant. Quoniam aut verbis  
solum discrepant, aut si in re ipsa di-  
scrimen est, quos gradus vnus minutatim posuit,  
alius generaliter comprehendit: Nunc ergo recen-  
seamus, quibus modis Patres humilitatis gradus  
distinguant, vt ab eis humilitatis semitas addisca-  
mus, quosque gradus, quasue actiones humilitatis  
nos ex illis collegerimus, vt eas, si non conuenien-  
tius, at accommodatius ad nostram exiguitatem, &  
ad incipientium captum pertractemus. Hi nam-  
que, quo doctrina specialius & minutius exponi-  
tur, eo tam facilius capiunt, & suauius in opus pro-  
ducunt.

Prosper Aquitanus duos gradus humilitatis ex-  
posuit; alterum, quo proximis tanquam meliori-  
bus bona pendimus: alterum, quo mala illata æ-  
quanimitèr sustinemus. Sed præstat hos gradus  
eiusdem sancti Doctores verbis audire. Prima, in-  
quit, humilitatis ratio in communis vitæ versatur  
officiis, quibus & diuina elementia conciliatur, &  
societas humana connectitur. Multum enim ad  
roborandum dilectionem valet, cum secundum  
doctrinam Apostolicam [in uicem se homines ho-  
nore præueniunt.] Et alteri alterum superiorem  
existimantes, amant seruire subiecti, & nesciunt tu-  
mere prælati; cum & pauper diuitem non sibi du-  
bitat anteferre, & diues pauperem sibi gaudet æ-  
quare: cum & sublimes non superbiunt de clarita-  
te profapie, & pauperes non extolluntur de com-  
muniõne nature: cum denique non plus tribuitur  
magnis opibus, quam bonis moribus, nec maior  
ducitur phalerata iniquorum potentia, quam re-  
ctorum inhonora iustitia. Ab hoc æquo & modesto  
iure concordia, in quo nullum est de gradu supe-  
riore certamen, nec fœlicitas aut in flat propria, aut  
vrit aliena, pulchrè & mirabiliter à plerisque profi-  
ciscitur ad illam humilitatis fortitudinem, quæ & se  
extra omnem constituit dignitatem, & maualt apta  
esse iniuriis accipiendis, quam idonea repellendis,  
vt impleatur quod ait Dominus: Qui vult te-  
cum iudicio contendere, & tunicam tuam tollere,  
dimitte ei & pallium. Et quicumque te angariauerit  
mille passus, vade cum illo, & alia duo.] Illud  
quoque Apostolus docet, dicens: Quare non magis  
iniuriam accipitis? Quare non magis fraudem  
patimini? Tales enim multum ad imitationem ip-  
sius Domini nostri, & Saluatoris accedunt; qui cum  
diues esset, pauper factus est, & cum malediceret-  
ur, non maledicebat, & percutienti se non commi-  
nabatur.]

Diadochus Episcopus sanctissimus duos alios gra-  
dus humilitatis ponit; alterum, quem generat vis ali-  
cuius aduersitatis illata: alterum, quem procreat  
abundantia lucis & deuotionis immissa. Volumus  
autem eius verba, quæ magnam etiam habent eru-  
ditionem, exscribere. Res est difficilis, inquit, ad  
comparandum, humilitas: quo enim maior est,  
eo est vnus eius laboriosior: duobus verò modis ab  
iis comparatur, qui sunt cognitionis sanctæ partici-  
pantes; cum enim in studio pietatis certat, in me-

A dio spiritualis experientia est, tunc aut propter im-  
becillitatem corporis, aut propter eos, qui virtuti  
studiosis summe maleuoli sunt, aut propter prauas  
cogitationes modestius ac summis quodammo-  
do de se sentit. Cum verò mens à sancta gratia in  
multo sensu & in plenitudine illustratur, tunc anima  
veluti naturalem habet humilitatem: facta enim  
plenior, & quasi pinguior, per diuinam gratiam,  
non potest amplius tumore cupiditatis gloriæ effe-  
ri, quamuis perpetuò mandata Dei perficiat, quin  
potius inferiorem se omnibus ducit, propter sum-  
missionis suæ, & diuinæ modestiæ communionem:  
est autem illa quidem humilitas vt plurimum in do-  
lore, & mœstitia; hæc verò in lætitia. cum pudore  
quodam prudentissimo. Quocirca illa quidem iis,  
qui in medio certamine sunt, aduenit: hæc verò iis  
mittitur, qui perfectioni appropinquant, ob hæc  
causam illi quidem sepe numero secundæ res hu-  
ius vitæ exprobrant; altera verò tamen si quis omnia  
regna mundi ei offerat, neque stupet, neque admi-  
ratur, neque profus vehementia iacula peccati sen-  
tit. Tota namque spiritualis facta, honores & glorias  
ad corpus pertinentes nescit. Opus igitur omnino  
est, vt qui studium certandi suscipit, cum per illam  
transierit, ad hæc veniat; nisi enim gratia doloribus  
ad erudiendum illatis, non cogendo, sed periclitati-  
one probando nostram liberam voluntatem per  
illam priorem præmolliat, nunquam nobiscum  
amplitudinem huius communicabit.

Strabus Fuldenis in glossa tres ponit gradus  
per comparisonem ad maiores, æquales, & mino-  
res, in hunc modum: Præterea perfecta hu-  
militas tres habet gradus. Primus est, subdere  
se maiori, & se non præferre æquali, qui est suf-  
ficiens. Secundus est, subdere se æquali, nec  
præferre se minori, & hic dicitur abundans. Ter-  
tius gradus est, subesse minori, in quo est omnis ius-  
titia.

Nonauentura egregius Ecclesie Doctor, eun-  
dem numerum graduum humilitatis tenens, & mino-  
res, in hunc modum: Præterea perfecta hu-  
militas tres habet gradus. Primus est, subdere  
se maiori, & se non præferre æquali, qui est suf-  
ficiens. Secundus est, subdere se æquali, nec  
præferre se minori, & hic dicitur abundans. Ter-  
tius gradus est, subesse minori, in quo est omnis ius-  
titia.

Donauentura egregius Ecclesie Doctor, eun-  
dem numerum graduum humilitatis tenens, & mino-  
res, in hunc modum: Præterea perfecta hu-  
militas tres habet gradus. Primus est, subdere  
se maiori, & se non præferre æquali, qui est suf-  
ficiens. Secundus est, subdere se æquali, nec  
præferre se minori, & hic dicitur abundans. Ter-  
tius gradus est, subesse minori, in quo est omnis ius-  
titia.

Prosper  
epist. ad  
Demetr.

Rom. 12.  
10.

Matth. 5.  
40. 41.

1. Cor. 6.  
7.  
1. Petri 2.  
23.

1. Cor. 8.  
9.

Diado. de  
persec. 95

Strab. in  
gloss.  
Matth. 3.

Donau. 6.  
proef. Re  
lig. 6. 22.

Strab. 43.

De B. 42  
Tom. 11



tum, sed sunt in se humiliores. Sic ille multis omiſſis.

Laurentius Iuſtinianus numerum graduum humilitatis auget: ſex enim conſtituit. Primus eſt, ſi homo ſe peccatorem & contemptu dignum agnoſcat. Secundus, ſi affectu vilia de ſe ſentiat. Tertius, ſi ſua peccata, prout oportet, detegat. Quartus, ſi mala, quæ de ſe dicit, credi appetat. Quintus, ſi deſpici, & iniuria affici velit. Sextus, ſi opprobria eſuriant, & conuitia atque iniurias ſitiant, & in perſecutionibus glorietur; iuxta illud: Abiit mihi gloriari, niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti.]

Anſelmus ſeptem gradus humilitatis latè profequitur, quos ita ſummatim colligimus. Primus eſt, Cognitio ſui; vt ſcilicet vnusquisque ſe aliis inferiori exiſtimit. Secundus, eſt dolor; vt quis nimirum de ſuis peccatis doleat, & erubeſcat. Tertius, eſt conſeſſio, qua peccator delicta, de quibus dolet, ſincere conſiteri ſtudet. Quartus, eſt perſuaſio; vt nempe qui conſitetur ea, quæ per conſeſſionem publicat, iis, quibus annuntiat; non ficta ſed vera eſſe perſuadeat. Quintus, eſt conſeſſio, vt qualis quisque eſt & dolet ſe eſſe, & conſitetur, & ſuadet, talem ſe velit ab aliis haberi, & iudicari. Sextus eſt, ſuſtinentia, vt cum alicui iniuria fit, eam æquanimitè ſuſcipiat. Septimus, eſt amor; quando nempe humilis non tantum iniurias patienter ſuſtinet, ſed iniuria afficientem, verè & ex corde diligit. Hic profeſſo ad culmen humilitatis aſcendit, & veniam ſuorum errorum promeretur, quia Deo non iam timore tantum, ſed amore ſe ſubiicit.

Sanctus Patriarcha Benedictus humilitatis gradus vſque ad duodecim prorahit, quos Trichemius, vir apprime eruditus, quem vix tandem in his extremis regionibus poſiti ad manus habuimus, his carminibus comprehendit.

Iuſtorum graduum primus timet omnipotentem.  
Illecebris carnis ſubmittit: fræna ſecundus.  
Tertius Abbatii ſupponit ſe reuerenter.  
Conuitijs ſpretis, quartus patienter obedit.  
Abbati reſerat quintus penetrata cordis.  
Vili, & indignus conſtat, ſe iudice, ſextus.  
Cunctis ſe credit fore ſeptimus inferioriorem.  
Scit nihil octauus, niſi quod fert regula cella.  
Non loquitur nonus, dum non interrogat alter.  
Proſcribit riſum decimus, damnatque cacinnum.  
Vndecimus loquitur rationis pauca verba.  
Speſtet humum ſemper duod. nus verice flexo.

Cardinalis Ioannes de Turre Cremata tribus verſibus breuius concludit, qui ſic ſe habent:

Qui timet, & nil vult, parens, patiensque ſatetur;  
Contemnit, preſert alios, nil ſingulus audet.  
Abſque loqui, riſuque grauis, ſtat pronus vbique.

Hos eodem humilitatis gradus Bernardus digna Benedicti proles explicans, totidem gradus ſuperbiæ luculenter tractat. Et Thomas Aquinas ſufficienciæ eorum ſubtilem rationem ponit. Eoſque nos in poſtrema huius tractationis parte ex profeſſo declarabimus.

Nos ſuprà duodecim actiones humilitatis hinc inde collegimus, quas nunc huius præſtantiffimæ virtutis gradus appellare decreuimus. Nec immerito, quoniam virtutis cuiusque gradus ( prout hic loquimur ) ex proprijs eius actionibus deſumendi ſunt, quarum vna aliam præſupponat, & aliqua difficultate aut perfeſſione excedat. Id autem in his actionibus humilitatis facile reperiemus. Licet enim aliqua illarum ad conuerſationem externam pertinere videantur; tamen vt ex affectu interiori procedunt, quo ſe iuſtus deſpicit, & vilipendit, non nihil

A perfectionis & pulchritudinis præcedentibus actionibus addunt, atque adeo, non incommodè noſtrum graduum humilitatis ſibi vendicant. Omiſſa ergo prima actione iam expoſita, quæ ad humilitatem cognitionis attinet, & alia quali in duas diuiſa, duodecim gradus humilitatis facimus, & ſunt, qui ſequuntur. Primus gradus humilitatis eſt, ſeipſum deſpicere, vilè que reputare. Secundus. In rebus tum magnis, tum minimis de ſeipſo ſuiſque vitibus penitus diſſidere. Tertius. Se reputare receptis donis indignum, & ad noua accipienda ineptum.

Quartus. Iudicare ſeipſum omnibus minorem, atque vilioſiorem. Quintus. Nolle ab alijs magni æſtimari, honorari, vel laudari: & omnem laudem, ac honorem in Deum reicere. Sextus. Deſiderare ab alijs contemni, & vilis haberi. Septimus. Dolor affici, ſi magni fiat, laudetur, & honoretur ab aliquo.

B Octauus. Propriam vilitatem ac defectus libèter detegere. Nonus. Subiicere ſe Deo, tamquam ſeruus domino, vel ſicut lutum figulo. Decimus. Subiicere ſe hominibus propter Deum, ſuperioribus, æqualibus, & minoribus. Vndecimus. In externis functionibus libenter abiectiora complecti. Duodecimus. Seipſum in cõſpectu Dei, & hominum, vt canem mortuum, & ſcætentem aſpicere. Hæc eſt ſapientia humilitatis, quam mundus non nouit, quam vt ſtultitiam irridet, cuius amatores deteſtatur; eam tamen Deus probat, Angeli venerantur, & omnes veri ſapientes ſuſcipiunt. O ſapientia vera à Chriſto Saluatore hominum prædicata, quam pauci te cognoscunt, quam pauciores te diligunt, & quam pauciſſimi etiã in his, qui ſe ſpirituales iactant, te aſſequuntur. Hanc nos ſapientiam ſapientibus huius ſæculi abſconditam explicemus, & quam vera ſit, quam iuſta, & quam digna magnarum mentium, vt datum nobis fuerit, aperiamus. Sed ne memoria excidant hi ſpirituales aphoriſmi animæ ſupra quam credi poteſt, ſalutares, libet ante latam eorum expoſitionem his noſtris ſcriptis nonnulla carmina inferere, quibus vritus ex noſtris adoleſcentibus illos expoſuit:

Mentis opes Humilis, quicumque requirere certat,  
His poterit gradibus carpere tutus iter. 1.  
Efficit vt verè ſe putet vndique vilem,  
Primus: & abiectum ſe reputare docet. 2.  
Rebus in exiguis, magnisque, ſecundus, adumbrat.  
Vt ſibi diſſidat, roboribusque ſuis. 3.  
Tertius indignum donis monet eſſe receptis,  
Ad nouaque apoſtolum ſuſcipienda minus. 4.  
Quilibet in quarto minor omnibus optet haberi:  
Omnibus ex animo vilior eſſe velit. 5.  
Quintus honorari renuit: tibi munera laudum  
Cum capis, in magnum ſunt referenda Deum. 6.  
Firma gradu properas veſtigia ponere ſexto?  
Contemni cupies, ſub pedibusque teri. 7.  
Laudibus aſſeris? Patiere doloribus inſer  
Septimus: & quoties te quis honore beat. 8.  
Eredat octauus culpas reſerare libenter,  
Et data naturæ vilia dona ſua. 9.  
Subditur vt que lutum figulo, ſeu ſubditur vnus  
Seruus hero: Domino ſic ſubigendus eris. 10.  
Preſulu imperio, decimus, reliquisque ſubactum  
Se, Dominum propter, ſemper ad eſſe monet. 11.  
Diſcis in vndecimo officiis, quibus vteris extrâ,  
Sumere qua reliquis inferiora putas. 12.  
Biſſenus conſpectu hominum, pariterque Tonantis,  
Færentem veluti, ſe docet eſſe, canem.  
Iam igitur quid de his gradibus meditati ſimus,  
ordinem ipſorum tenentes,  
oportet exponamus.

Iuſtin. li. de humilit. 7.

Gal. 1. 4. Anſ. li. de ſmit. à c. 100. vſque ad 108.

Bened. in reg. c. 7.

Trich. ad reg. ad c. 7.

Ber. li. de gradibus humil. D. Thom. 2. 2. q. 161. art. 6.

Libr. 3. p. 2. c. 9. §. 10.



De Primo Gradu Humilitatis, qui est  
se ipsum despiciere.

CAPVT II.



**H**umilitatis gradus, quos breuiter  
numerauimus, & nunc tractandos  
declarandosque suscipimus, scalam salu-  
tis conscendunt à terra ad cælum vs-  
que protensam, quam non alij nisi an-  
geli, id est, viri spirituales, & cælestes ascendunt.  
Huius culmen, si tu, ò vir Dei, tenere concupiscis,  
ordinate ascensum inchoato, & in primo eius gradu  
tui affectus pedem figito. Eris in primo gradu, si  
te ipsum ex corde despexeris, si tua omnia vilissima  
reputaueris, si quicquid ex te habes, nihili fece-  
ris, & verissima despicientem contempseris. Scientia  
hæc sapientia, immo (vt verè loquar) stultitia hu-  
ius sæculi, contraria est; nam mundus docet suos  
se ipsos magni facere, & magnos ac dignos bonis  
reputare: Christus è contra docet suos, se ipsos  
despicere, & pusillos ac omni bono indignos ha-  
bere. Vter eorum punctum veritatis attingat, facil-  
limè intelligitur: Mundus totus cæcus est, [cuius  
sapientia stultitia est apud Deum.] Christus sapien-  
tia Patris est, [in quo sunt omnes thesauri sapien-  
tia, & scientia absconditi.] Ille ergo dum nos  
docet, magni aestimare nos ipsos, decipit; hic ve-  
rò dum præcipit despiciere nosmet ipsos, ad id,  
quod salutare est, inducit. Nec scientia hæc des-  
picientia sui ipsius cupiam difficilis videri debet,  
quia facillimum est vilia & despiciabilia contemne-  
re, & cuius pronum est se despiciabilem inuenire.  
Duo sunt in te, ò homo; alterum, quod ex te habes;  
alterum, quod ex Dei liberalitate recipis: non præ-  
cipitur tibi vt Dei beneficia tibi collata contemnas,  
sed vt ex eo, quod à te habes, te ipsum despicias.  
Si te ipsum nudum aspexeris, & id, quod ex te  
habes, animaduertaris, facile te aliis multa Dei do-  
na habentibus submittes. Et hæc subtilitas huius  
scientia, quam Anselmus in hunc modum aperuit.  
Verum, quia nonnunquam ideo extollimur, quia  
nos aliis non rectè comparamus: videndum est  
nobis quo id modo facere debeamus. Si enim nos  
aliis volumus comparare, ea tantum debemus con-  
siderare, quæ à nobis sunt in nobis, non à Deo  
quasi præstita nobis. Sic namque agit, qui de bonis  
à Deo sibi præstitis super alium extollitur, velut qui  
vestibus alienis indutus gloriatur. Non ergo hæc  
aliorum bonis comparare debemus: sed mala tan-  
tum nostra, quæ à nobis sunt, & in nobis habemus;  
quod si fecerimus, mala videlicet nostra bonis alio-  
rum vt conferamus, nos inferiores esse cæteris om-  
nibus nobis ipsis videbimur. Quod contra, quia  
superbi faciunt, etiam si sint omnibus deteriores,  
cunctis tamen se iudicant esse meliores: sua enim  
bona tantum attendentes, aliorum malis compa-  
rant, quorum mala nullatenus considerate debe-  
rent. Sic ille. ] Si autem tu velis bona tua bonis  
aliorum comparare, & te bonis Dei circumdatum,  
alteri bonis etiam Dei ornato præferre; tribus fortas-  
se modis erras. Primò, quia bona tua, ac si essent ma-  
iora, bonis alterius anteponis, & fortè sunt multo  
minora. Secundò, quia bona, quæ habes, gratis, &  
cum multis demeritis recepisti: & alter, aut bona,  
quæ potuit mereri, meruit, aut illis, quæ recepit, non  
tam indignum se fecit. Tertio, quoniam tu bonis  
Dei malè vteris; frater verò tuus bonis acceptis, non

1. Cor. 3.  
19.  
Coloss. 2.  
31

Anselm.  
lib. de si-  
milit. c.  
109.

**A**d vanitatem, vt tu, sed ad veritatem, & ad gloriam  
Dei, & sine imperfectionibus vtiur. Si hæc negare  
non poteris, meritò te ipsum adhuc Dei donis affe-  
ctum contemnes, & reliquis verè subiicias.

Hunc contemptum & vilipensionem tui non ver-  
bis, sed affectu concipies. Sunt etenim multi, qui ver-  
bis se acculant, & ore se deiciunt, corde verò se ipsos  
magni pendunt, illaque accusatione sui non con-  
temptum, sed laudem, & honorem captare volunt.  
Similes sunt illi, de quo Ecclesiasticus ait: Et qui  
nequiter se humiliat, & interiora eius plena sunt do-  
lo. ] Nam fictè suas culpas propalant, vt ex illa con-  
fessione specie externa humili apud alios nomen  
humilium, & opinionem vitorum spiritualium obti-  
neant. Id autem ita esse, nullo negotio cognosces. Si

**B** enim eadem de illis dicas, quæ ipi de se fatentur, aut  
te assensum præbere dictis eorum ostendas; tristitia  
& indignatione tabescunt. Non ergo ex illa externa  
contemptione tui despici volebant, sed honorari  
exaltarique affectabant. Horum fictorum humilium  
ingenium pulchre describit Gregorius hæc fere rati-  
one. Peccatores esse plerumque confitentur, etiam  
qui se peccasse non credunt. Nam sæpe contingit,  
vt passim se homines, iniquos esse fateantur, sed  
cum peccata sua veraciter aliis arguentibus audiunt,  
defendant se summo opere, atque innocentes videri  
conantur. Vnufquique ergo cum talis est, si deli-  
quisse se dicit, verè non dicit: quippe qui peccato-  
rem se non ex cordis intimo, sed verbo tenus assentit.

**C** Quia enim scriptum est: Iustus in principio accusa-  
tor est sui: ] iste de confessione peccati ornari vo-  
luit, non humiliari: per accusationem suam humilis  
appetit videri, non esse. Nam si confitendo pecca-  
tum, esse humilis veraciter appeteret, de perpetra-  
tione peccati arguentes te alios non impugnet. Sic  
Gregorius. ] Et ad idem optimè Bernardus ait: Ap-  
petere autem de humilitate laudem, humilitatis est  
non vitium sed subuersio. Verus humilis, vili vult re-  
putari, non humilis prædicari. Gaudet contemptu  
sui, hoc solo sanè superbus, quod laudes contemnit.  
Quid peruerius, quidve indignius, quam vt humili-  
tatis custos confessio, superbia militet; & inde velis  
videri melior, vnde videris deterior? Mirabile ia-  
ctantia genus, vt non possis putari sanctus, si non  
appareas sceleratus. ] Optimè ergo concludit Am-  
brosius: Multi habent humilitatis speciem, sed virtu-  
tem non habent: multi eam foris prætendunt, & in-  
tus impugnant.

**D** Vnus ex istis erat monachus ille apud Cassianum,  
qui cum multa de se apud alios fratres mala dixisset,  
& Serapionem, probatissimum monachum, quasi  
suis dictis annuentem, sibi que otiositatem succen-  
sentem, considerasset, adeo contristatus est, vt me-  
rorem suum ne vultu quidem dissimulare potuerit.  
Eum autem Serapionem lepida hac oratione fictæ hu-  
militatis suæ admonuit: Hactenus, ò fili, cunctis te  
facinorum ponderibus onerabas, non metuens ne  
confessione tam atrocium criminum, notam existi-  
mationis incurreres; quid, quæso, nunc est, quod  
ad simplicem admonitionem nostram, quæ ta-  
men in se non modò nullum opprobrium, sed  
etiam ædificationis habuit, ac dilectionis affectum,

**E** tanta te video indignatione permotum, vt eam ne  
vultu quidem oculere, aut frontis serenitate disti-  
mulare poteris? An fortasse illam, dum te humi-  
liabas, expectabas à nostro ore sententiam: Iustus  
accusator sui est in primordio sermonis? ] Non  
ergo fictè, sed verè despiciamus nos ipsos, dignos-  
que omni iniuria & contumelia putemus. Sic  
se humiliabat sanctus Iob, cuius hæc erat ex

Ecclesi. 19.  
23.

Greg. 4.  
mor. c. 6.

Prou. 18.  
17.

Bern. ser.  
16. super  
Cant.

Ambros.  
lib. 9.  
epistol.  
44.

Cassian.  
col. 18. c.  
11.

Proverb.  
18. 17.  
sec. 70.

corde



Job. 33. 27. Ps. 50. 4.

1. ad Tim. 1. 13

corde facta accusatio sui. Peccavi, & verè deliqui, & vt eram dignus non recepi.] Sic & David. Quoniam iniquitatem, inquit, meam ego cognosco, & peccatum meum contra me est semper.] Sic & Paulus: Qui prius, ait, blasphemus fui, & persecutor, & contumeliosus.] Sic se tandem deiiciunt humiles corde, qui non verbis tantum, sed affectu se contemptibiles iudicant, & cum opus est, seipfos accusant, & non vt laudentur, sed vt viles credantur, verbis & sermone condemnant.

Sed hæc vera despicientia sui non tantum peccatoribus, verum & iustis quoque: non solum imperfectis, sed & perfectis & sanctis indicitur. Qui profectò ad sanctitatem non nisi per humilitatem perueniunt, neque illam sine ista seruabunt. Despiciat se peccator, quia peccator est; despiciat se iustus, quia peccator non est. Quomodo quia peccator non est? Quia videlicet non à se habet quòd peccator non sit, & ideo peccator non est, quoniam Dei beneficio & misericordia iustus factus est. Ille se contemnat, quia bonum gratiæ non habet; hic se contemnat, quia donum gratiæ non à se habet. Ille se spernat, quia Dei amicitiam perdidit: iste se spernat, quia eam, si à Deo non teneretur, perdidisset. Similiter imperfectus se deiiciat, quia multis & viliissimis imperfectionibus scatur: & perfectus quoque se nihili reputet, quia non viribus suis, sed virtute Dei imperfectiones superauit. Iustum est si imperfectus se despiciat, quia multa habet vnde desipere & conculcari mereatur. Et pulchrum valde ac admirandum est, si perfectus & sanctus, se despiciat, quoniam luce diuina perfusus, sub donis Dei, & sub diuiniis alienis suam paupertatem & vilitatem, intuetur. Et æquo iure hanc humilitatem admirandam dicimus, quam Bernardus admiratur, dicens: Magna, & rara virtus profectò est, vt magna licet operantem, magnum te nescias, & manifestam omnibus tuam ætate solum latere sanctitatem. Mirabilem te apparere; & contemptibilem reputare, hoc ego ipsis virtutibus mirabilis iudico. Fidelis te vera famulus es, si de multa gloria Domini tui, est non exeunte ex te, tamen transiente per te, nil tuis manibus adhærere contingat. Tunc iuxta Prophetam [proiciis auaritiam ex calumnia, & excutis manus tuas ab omni munere.] Tunc iuxta mandatum Domini, [lux tua lucet coram hominibus] ad glorificandum non te, sed [patrem, qui in cælis est.] Sed & imitator Pauli, fideliumque prædicarum, non prædicantium semetipsos, æquè nec tu, [quæ tuæ sunt quæris, sed quæ Iesu Christi.] Quamobrem audies & tu: Euge serue bone, & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam.] Ioseph, cum domum, & omnia bona Egyptij domini sui sibi credita sciret, dominam non ignorauit exceptam, & ob hoc non acquieuit contingere. Non est, inquit, ex omnibus bonis domini mei, quod non in mea potestate sit, vel non tradiderit mihi, præter te, quæ vxor eius est.] Mulierem nouerat gloriam esse viri, & iniquum sibi iudicauit vice contraria ingloriam facere eum, qui se fecerat gloriosum. Hæc, & multa alia Bernardus.] Nos verò id tantum adiciamus, Deo non minus charam esse gloriam suam, nec minus dilecta dona sua, quam est vxor viro. Sollicitus proinde esse debet perfectus vir, ne sibi hæc dona arroget, nève Deo debitam gloriam surripiat. Id autem assequetur, si ad quantamlibet sanctitatem euectus, seipsum despexerit, & omnia bona, quæ in se aspicit, aliena; mala verò, propria reputauerit.

At cum humilitas non sit irrationabilis, quibus-

A nam rationibus hominem, siue peccatorem, siue iustum, inducet, vt seipsum ex corde despiciat? Tribus quidem, vt mihi videtur, veritate, prauitate, vilitate. Veritas est, quæ superiori tractatu exposita est. Quid nimirum homo sit, quid possit, & quid faciat: quam si profundè fuerit meditatus, mirum esset si non seipsum asperneretur. Quid es, o homo? Nonne facta caro? Nonne puluis, & cinis, & lutum? Nonne nihil, quia ex nihilo produisti? Vade nunc, & lutum ac nihilum honore prosequere. Quid potes, o homo? Nonne ad omnia impotens es, nisi Deus tibi potentiam tribuat, nisi vires seruet, nisi te ipsum actu ad agendum moueat? Vade nunc, & impotentiam venerare. Quid facis, o homo? Nonne perinde es ac calamus, aut ferra, quæ seipsam omnino non mouet, & nihil penitus ageres, nisi te Deus ad operandum assumeret? Vade igitur nunc, & relicto præcipuo agente, calamo, aut penicillo reuerentiam exhibe. Quòd si stultum putas, lutum, & impotentiam, & instrumenta artium honorare, stultitiæ quoque plenum putabis, non te ipsum verè, & ex corde despiciere. Omnia, quæ habes, mutata sunt, non licet ea, ac si perfectus dominus esses, tua reputare, & ex eorum possessione superbire. Aliena sunt, quæ post modicum repetentur: vnde cogitandum potius esset, quomodo redditionis tempore restituantur. Talenta sunt ad negotiandum data, & in hora mortis cum emolumento & vsurâ poscenda, quæ dementia erit ob onus reddendæ rationis efferri, & ex beneficiis gratis acceptis in vitium elationis incidere? Quæ tibi data sunt, licet comparata tuæ paruitati, sint magna, tamen si ea cum donis aliorum metiaris, sunt satis exigua. Nec inficiari potens quòd ingenij subtilitate, iudicij maturitate, scientiarum notitia, virtutum sanctitatisque præstantia, & alijs Dei donis ab alijs in immentum superaris. Ridiculum autem esset, si illis modeste de se sentientibus, & se in infimo loco collocantibus, tu ex minoribus donis intumesceres, & te illis sola animi elatione præferres. Cogita demum, quia, vt inquit Eliu apud Iob; [maior est Deus homine, jinterque illum & omnes angelos, & homines infinitam esse distantiam. Si verò ille vniuersa infinite superat, in cuius conspectu sunt quasi non essent, cur audes ante oculos illius aliquid magnum de te cogitare, & non potius necessarium ducis te ipsum despiciere? Hac multiplex veritas animo attentè perpensa, tanti ponderis est, vt meditantem satis deprimat, & ad sui despicientiam inducat.

E Prauitas est, vt tuam prauitatem, obliquitatem, & iniquitatem mediteris. Audis te innumera peccata commisisse, & fateris. Audis te nunc in multis delinquere, & assentiris. Dicitur tibi, quia in futurum vsque ad terminum vitæ à peccatis non eris immunis, & annuis, ac forte parum times. Quid igitur malorum scaturigo superbis? Vniuersa cunctorum hominum flagitia quodammodo tuæ sunt, quia nisi Deus te seruasset, in ea cadere potuisses. Cuius considerationis virtute percussus quidam probatissimus senex, cum peccatum alicuius audiret, non sine gemitu dicebat: Ille hodie, ego cras. Non quia se peccaturum in crastinum statueret, sed quòd propriam fragilitatem agnoscens, simile delictum formidaret. Alter cæcus, aut monoculus, aut claudus, aut amens natus est, similis eius tu ex vtero matris egredi potuisti: ita similiter; aliter aut infidelis, aut homicida, aut alijs enormibus criminibus sordet; eisdem & tu, nisi Dei gratia protegereris, potuisti sordidari. Et vt Augustinus

Job. 33. 12.

Aug. li. 1. Solil. c. 14.

Bernard. ser. 13. in Cant.

Isaia 33. 15. Matrh. 5. 16.

Phi. 2. 21.

Matr. 25. 23.

Gen. 39. 9.

1. Cor. 11. 7.





ait: Scito, Domine, quod nullum peccatum est quod unquam fecerit homo, quod non possit facere alter homo, si creator desit, a quo factus est homo.] Si ergo tuae prauitatis memor sis, & ad peccandi, quae in te est, possibilitatem attendis, satis (vt opinor) te ipsum spernes. Facile quoque fratrum peccantium misereberis. Vt enim bene dixit Dorotheus: Humilitatis proprium est se ipsum semper vilipendere, & proximo compati.

Dorotheus  
Doctrina  
9.

Vtilitas insuper est, quod si te ex humilitate despexeris, Deus te honore afficiet, & magni reputabit. Hoc enim significant illa verba: Qui se humiliat, exaltabitur.] Item & illa, Sede in nouissimo loco, vt veniens, qui te inuuit, dicat tibi: Amice ascende superius.] Humilis ille Centurio se indignum esse ingressu Domini in domum suam, confessus est. Domine, inquit, non sum dignus vt intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus.] Mercedem recepit statim humilis, & vera confessio. A Domino homo iste de fide laudatur, Israelitisque praefertur: Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Israel.] Quin & salutem puero, quam optauerat, impetrauit. [Sanatus enim est puer in illa hora.] O fides Christiana, inquit D. Ambrosius, quae cum humilitate totum impetrare consueuisti! Ecce religiosus Centurio ad capiendam salutem dignior fit, dum se profiteretur indignum, & dum ades suas iniurias putat, magis eas honorificas fecit, & gratas. Magna enim & perfecta fidei vir, qui intelligeret Christum caelorum esse Dominum, dum verebatur ne hospitij sui eum angusta non acciperent. Ergo contradicente Centurione non pergit ad domum Dominus. Non pergit Dominus, sed pergit medicina Domini: non visitat aegrum Saluator, sed visitat sanitas Saluatoris. Hac ille: Quid melius est, ab homine insipientissimo, & qui falli potest, laudari; aut a Christo Domino, qui est sapientia Patris, & falli omnino non potest, commendari? Si hoc melius & optabilius est, ne tu, qui insipiens es, te ipsum laudes, vt ab ipso lauderis. Nam hoc premium humilitatis, & despicientiae propriae est, verum honorem, & exaltationem, promereri. Desiderio ergo huius veri honoris, te ipsum contemne, & consideratione tuae improbitatis deprime, & virtute veritatis a vitio superbiae custodi.

Luc. 14.  
11.  
2. 19.

Matth. 8.  
8.

2. 19.

2. 13.  
Ambrosius  
ser. 89.

Postremo illud sciendum est, quod huic despicientiae sui ipsius non contradicit, si homo propter gloriam Dei, & vtilitatem proximorum, interdum se ipsum laudet, & ob recte facta magnificet. In hoc enim non se ipsum magni reputat, immo se ipsum despiciens in se Dei mirabilia laudat. Sic sanctus Iob longam, cum opus fuit, de se ipso laudationem contexit, cuius memoriam faciens Gregorius, hac ait: Inter hac lectoris animus forsitan quaerat, cur sanctus Iob suas iam subuliter virtutes enumeret: Sanctorum quippe virorum est, bona, quae fecerint, occultare, ne contingat eos lapsum elationis incurrere. Vnde per se metipsam veritas dicit: Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis.] Hinc est etiam, quod duos caecos iuxta viam sedentes illuminans, praecipit, dicens: Videte ne quis sciat. De quibus illico scriptum est: Abeuntes diffamauerunt illum per totam terram illam.] Sed querendum nobis est, quid sit hoc, quod ipse omnipotens, cui hoc est velle, quod posse, & taceri virtutes suas voluit, & tamen ab iis, qui illuminati sunt, quasi inuitus indicatur? Nisi quod seruus suis se sequentibus,

Iob. 2. c.  
19. v.  
quo ad  
31.  
Greg. 19.  
mor. c. 14.  
Matth. 8.  
1.  
Matth. 9.  
30. 31.

exemplum dedit, vt ipsi quidem occultare virtutes suas desiderent, & tamen vt alij eorum exemplo proficiant, prodantur inuiti, & facta quidem sua occultando, se ipsos custodiant: sed dum prodantur inuiti, bona ad proximios suos exempla transmittant. Occulentur ergo studio, necessitate publicentur, & eorum occultatio sit custodia propria, eorumque publicatio sit vtilitas aliena. Rursum, quia scriptum est: Neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, vt luceat omnibus, qui in domo sunt. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in caelis est.] Aliquando sancti viri, & eorum hominibus compelluntur bona facere, aut eadem hominibus sua facta narrare, sed ad eum finem omnia referentes, vt non ipsi eisdem operibus, sed Pater eorum, qui in caelis est, debeat glorificari. Dum enim sancta praedicant, ipsa praedicatio eorum fortasse despicitur, quorum vita nescitur.]

Matth. 5.  
15. 16.

Hac Gregorius. Sic & Paulus, vt ex nouo testamento aliud proferam exemplum: lae se ipsum pro Ecclesiae vtilitate laudauit. Sed merito Ambrosius admiratur humilitatem laudationis istius, qua Apostolus aperte monstrauit, se non se ipsum, sed diuinam liberalitatem extollere. Hac sunt verba Ambrosij. Ante annos quatuordecim reuelatum sibi dicit, & tamen reuelationem tam diu tenuit, & repressit: nec dixisset, nisi vtile nobis iudicasset, vt diceret: Ne nos reuelationibus extolleremur. Si enim in tanta gratia non est gloriatus Paulus, nec nos gloriari oportet. laeuis ipse non gloriatus est, senex gloriaretur? Deinde raptum se vsque ad tertium caelum negare non potuit: & tamen vtrum in corpore, an extra corpus raptus esset, se ignorare testatus est. Non ergo de scientia, sed de ignorantia gloriatur, & Dei circa se gratiam praedicat. Quod scientiae est, negat: quod charitatis est, confitetur. [Scientia enim inflat, charitas vero aedificat.] Iterum, raptum eiusmodi hominem dixit, quem admodum raptus esset, vtrum in corpore, an extra corpus, incertum sibi esse memorauit. Vide stateram sapientiae. Constituit vnum in Christo; & in se alterum, qui ait, nescio: Quod alienum est, atollit, quod suum, humiliat. Et audiuit, inquit, verba ineffabilia: non dixit: audiui; sed quod alter audierit, non negauit. Verecunde itaque testem se maluit significare, quam vatem, & refugit videri caelestium arbiter secretorum. Testimonium enim dicere, veritatis est: meritum elationis non refugere, gloriantis. Ideoque ait: Pro huiusmodi gloriabor, pro me autem non gloriabor.] Haecenus ille. Raro igitur instat necessitas, vt te ipsum laudes, & dona tibi concessa manifestes. Sed dum id aut Dei gloria exigit, aut vtilitas proximorum requirit, te laudans non aduersaris humilitati, nec despicientiae tui ipsius, dum modo non tuam, sed Dei laudem quaeras, & in ipso modo laudationis modeste te geras, & magis te ipsum vituperare quam laudare concupiscas,

Ambrosius  
in Psal.  
16.

Deinde raptum se vsque ad tertium caelum negare non potuit: & tamen vtrum in corpore, an extra corpus raptus esset, se ignorare testatus est. Non ergo de scientia, sed de ignorantia gloriatur, & Dei circa se gratiam praedicat. Quod scientiae est, negat: quod charitatis est, confitetur. [Scientia enim inflat, charitas vero aedificat.] Iterum, raptum eiusmodi hominem dixit, quem admodum raptus esset, vtrum in corpore, an extra corpus, incertum sibi esse memorauit. Vide stateram sapientiae. Constituit vnum in Christo; & in se alterum, qui ait, nescio: Quod alienum est, atollit, quod suum, humiliat. Et audiuit, inquit, verba ineffabilia: non dixit: audiui; sed quod alter audierit, non negauit. Verecunde itaque testem se maluit significare, quam vatem, & refugit videri caelestium arbiter secretorum. Testimonium enim dicere, veritatis est: meritum elationis non refugere, gloriantis. Ideoque ait: Pro huiusmodi gloriabor, pro me autem non gloriabor.] Haecenus ille. Raro igitur instat necessitas, vt te ipsum laudes, & dona tibi concessa manifestes. Sed dum id aut Dei gloria exigit, aut vtilitas proximorum requirit, te laudans non aduersaris humilitati, nec despicientiae tui ipsius, dum modo non tuam, sed Dei laudem quaeras, & in ipso modo laudationis modeste te geras, & magis te ipsum vituperare quam laudare concupiscas,

1. Cor. 8.

Deinde raptum se vsque ad tertium caelum negare non potuit: & tamen vtrum in corpore, an extra corpus raptus esset, se ignorare testatus est. Non ergo de scientia, sed de ignorantia gloriatur, & Dei circa se gratiam praedicat. Quod scientiae est, negat: quod charitatis est, confitetur. [Scientia enim inflat, charitas vero aedificat.] Iterum, raptum eiusmodi hominem dixit, quem admodum raptus esset, vtrum in corpore, an extra corpus, incertum sibi esse memorauit. Vide stateram sapientiae. Constituit vnum in Christo; & in se alterum, qui ait, nescio: Quod alienum est, atollit, quod suum, humiliat. Et audiuit, inquit, verba ineffabilia: non dixit: audiui; sed quod alter audierit, non negauit. Verecunde itaque testem se maluit significare, quam vatem, & refugit videri caelestium arbiter secretorum. Testimonium enim dicere, veritatis est: meritum elationis non refugere, gloriantis. Ideoque ait: Pro huiusmodi gloriabor, pro me autem non gloriabor.] Haecenus ille. Raro igitur instat necessitas, vt te ipsum laudes, & dona tibi concessa manifestes. Sed dum id aut Dei gloria exigit, aut vtilitas proximorum requirit, te laudans non aduersaris humilitati, nec despicientiae tui ipsius, dum modo non tuam, sed Dei laudem quaeras, & in ipso modo laudationis modeste te geras, & magis te ipsum vituperare quam laudare concupiscas,

1. Cor. 3.

De Secundo Gradu Humilitatis, qui est:

Sibi ipsi diffidere.

CAPVT III

**A**B hoc primo humilitatis gradu facile est, optulante diuina gratia, ad secundum ascendere. Hic autem gradus est, vt homo,



qui

De Humilitate  
Tom. II



qui seipsum despiciat, & suas vires nullas esse putat, sibi ipsi penitus in magnis minimisque diffidat. Quemadmodum enim mendicium, qui nihil omnino possidet, sequi mendicium esse probè nouit, habet tamen amicam diuitem & liberalem, à quo semper subsidium necessitatis accepit; de se ipso cibum ac uictum habere desperat, at ex beneficentia amici sibi dari hæc necessaria sperat: ita humilis, qui se nihil esse & posse cognoscit, & Deum fidelissimum adiutorem expertus est, in rebus agendis sibi ipsi diffidit, sed prosperum rerum euentum de Domino fidelissimo adiutore confidit. Ideo diffidentia hæc non est initium pusillanimitatis, sed magnanimitatis origo, quia quod homo per se præstare non ualet, Dei gratia fultus, ac eius beneficio perficit. Ita autem hanc diffidentiam assequemur, si eam à Domino postulare discamus. Nec enim ad eam comparandum (sicut nec ad reliquos humilitatis gradus habendam, nec ad aliquod bonum obtinendum, quod semel in hac materia dictum sit) rationes considerationeque sufficiunt, nisi bonum quod cupimus, à Domino fuerit prerogatum. Nam sicut affectum timoris solæ rationes non fruant, immo euenit ut ratione videamus nihil tunc esse timendum, & tamen contra omnem rationem appetitu trepidemus: Ita nec confidentiam propriam rationes cohibent; sed cognoscentes nobis ipsis non esse fidendum, ocella quadam superbia de nobis ipsis confidimus, & aliquid aut paruum, aut magnum, quasi à nobis ipsis facturos esse præsumimus. Ac proinde conatibus nostris, affectioni huius sancti affectus impensis, accedat oratio, qua à Domino affectum diffidentiam propriam postulemus, & ab eo hunc humilitatis gradum doceamur. Istudque esse præcipuum remedium diffidentiam propriam, & puræ uitæ, quæ illam sublequitur, assequendæ, optimè Richardus Victorinus exposuit, affirmans, iustum sæpe cadere, & nunquam optata ad plenum obtinere, quousque sibi ipsi diffidens, in Deo spem suam collocaet, & ad illum pro bonis concupitis recurrat. Verba eius sunt, quæ sequuntur. Data igitur lege, & accepta, incipit uelle proficere; sed non datur posse adimplere. Ita ut cum Apostolo proclamare possit, [ uelle adiacet mihi, proficere autem non inuenio. ] Superba etenim adhuc mens, quia omnia præsumit, de sua potius industria, quam de Dei gratia, deserente Deo, sibi sapius relinquitur, ut inimitatem suam experimento edoceatur. Incipit itaque, fatagit, lacessit, deficit. Sed nec sic quidem statim à sua præsumptione reprimitur: & à propria confidentia nisi post multa experimenta non reuocatur. Resumit iterum vires, & renouatur: sibi irascitur; sibi indignatur: increpat, castigat, nunc de negligentia, nunc de imprudentia septem accusat. Viciscitur seipsam: de se ipsa inuehitur, in seipsam. Vigiliæ itaque extenduntur. Ieiunia itaque continentur. Affligitur corpus frigore & nuditate; caro atteritur labore, ex verberibus. Mactantur itaque multiplices hostiæ, in ara tamen exteriori: necdum mentio, saltem fit de ara interiori. In tanta ergo afflictione dum requies nulla datur, dum nec modus nec mensura seruatur, corpus iam deficit, animus lassescit, & tandem vix aliquando, cum se videt corpore deficere, & corde tabescere, in se reuertitur, & illius Apostoli recordatur: Neque uolens, neque currentis, sed miserentis est Dei. Abiecta itaque spe omni de propria confidentia, tota ad Deum conuertitur, & hausto prius igne de exteriori ara, in sancta sanctorum curritur, non sine tamen vituli sanguine. Mactato namque

A vitulo superbiæ, & tota prioris arrogantia præsumptione abiecta, iam desperans de se, sperare incipit de Domini adiutorio: & post multiplices (ut diximus) hostias in exteriori ara oblatas, in ara iam interiori offerre Domino consuecit, gemitus, suspiria, preces, & lacrymas. Hæc ille. Orandus est igitur Deus, ut nos hunc sanctum ac castum propriæ diffidentia affectum doceat, nam ab illo sunt dona quæ desideramus, postulanda, ut ea tandem ex illius benignitate capiamus.

Et quidem oratio aptissima est ad hunc gradum humilitatis ascendendum, sed non sola; debet enim iustus seipsum contra præsumptionem veritate munire. Quanam veritate? Ea sanè, qua & initium bonorum operum, & progressum, & finem eorum à Deo esse cognoscat. Non ille extollit eos, qui de sua uirtute præsumunt, sed eos, qui sibi ipsis diffidentes in Dei gratia & adiutorio confidunt. Non in fortitudine equi uoluntatem habebit, inquit Dauid, nec in tibiis uiri beneplacitum erit ei. Beneplacitum est Domino super timentes eum, & in eis, qui sperant super misericordia eius. Istud adiutorium est, sine quo nec bona initium habent, nec cæpta prouehuntur, nec prouecta finem accipiunt; quod Dorotheus pulchra similitudine seminum & legentium patefecit, in hunc modum scribens: Agricola enim quantumcumque elaborauerit, purgans uillam, excolens, & seminans; nisi tamen Deus desuper pluuiam dederit, otium semper semen erit, & sterile, & quicquid egerit, uanum. Ita nos facere debemus, ut scilicet cum boni quippiam egerimus, illud terra occultemus per humilitatem; iaciamus in de coram Domino inimitatem nostram, orantes eum, ut faucat, & respiciat in opus nostrum, ne otiosum sit & uacuum. Plerumque etiam cum semen ex pluuiâ cæperit erumpere, nisi deniq̃ pro tempore imber adueniat, exiccatur germen, & perit: egerit enim pari modo & semen, & germen, pluuiâ, dum scilicet excreuerit, & magis magisque firmatum fuerit. Sed neque etiam post hæc securus esse quis potest. Sape enim etiam cum excreuerit, & aristas fecerit, superuenit uelbruchus, uel grando, uel aliud quippiam huiuscemodi, quod fructum perimat, & perdat. Idem fit nonnunquam in anima. Quare cum illam expurgauerit aliquis à multis, quæ prædixi, uitiis, & exerit studiosissime ad uirtutes omnes, tunc prospectum atque oculos suos dirigat omnino in misericordiam & patrocinium Dei, ne illam derelinquat, & pereat. Nam, ut diximus de semine, quod etiam cum germinauerit, & excreuerit, ac fructum fecerit, nisi rursum per excrecentiam pluuiâ adueniat, exiccatur, & perit: ita & de homine dici potest, à quo si Deus, per momentum, protectionem & patrocinium suum abstulerit, ac reliquerit eum, perit omnino, & euanescit. Et ad idem Cassianus, ut uerbi arbitrij nostri sine gratia Dei insufficientiam exponat, quædam uerba Psalmistæ sapienter adaptat. Non, inquit, liberum arbitrium, sed Dominus solus compeditos. Non nostra uirtus, sed Dominus erigebat illos. Non lectionis industria, sed Dominus illuminat cæcos, uel Dominus sapientes facit cæcos. Non nostra cautio, sed Dominus custodit aduenas. Non nostra fortitudo, sed Dominus alleuat, siue suffulcit, omnes qui corruunt. Hæc autem dicimus, non ut studium nostrum, uel laborem, atque industriam, quasi inaniter & superfluo impendendam, uacuemus; sed ut nouerimus, nos sine auxilio Dei nec adiri posse, nec efficaces nostros esse conatus ad capeendum tam immane præmium puritatis, nisi nobis adiutorio Dei & misericordia fuerit con-

Richardus ad Psal. 54.  
Rom. 7.  
Rom. 9.  
16.

Psal. 146.  
10. 11.  
Dorotheus doctrin. 12.  
Cassianus col. 3. c. 15.  
Psal. 145. 8. 9.  
Psal. 144. 14.



PROV. 21. 31. 1. Reg. 8. sec. 70. Psal. 117. 14.

tributum. Equus enim paratur in diem belli, à Domino autem est adiutorium: quia non est in fortitudine potens vir. Oportet igitur nos semper eum Beato Dauid canere: Fortitudo mea, & laudatio mea, non liberum arbitrium, sed Dominus, & factus est mihi in salutem. Sic Cassianus. Dum hæc attentè perpendimus, & vires nostras minùs sufficientes ad bonum agendum, auxilium verò gratiæ Dei potens esse perspiciamus, incipimus sanè tineam propriæ confidentiæ, quæ conatus nostros rodit, abicere, & salutari diffidentia nostram voluntatem imbuerè, atque ardentissimis postulationibus ad boni adeptionem inflammare.

Sed nemo est, qui hanc imbecillitatem propriam ad res agendas, non experimento peruideat. Sæpe bona non tantùm magna, sed minima, ac nullius difficultatis, aggredimur, & post paulum deserimus, & quasi aliquo onere pressi succumbimus, nisi efficaci Dei auxilio roboreremur. Ideo ait Salomon: Qui sperat in Domino sanabitur. Qui confidit in corde suo, stultus est: quia nimirum quam optauerat sanitatem, licet cominus positam, non adipiscitur eam. Sæpe non in Domino, sed in hominibus confidimus, & ab eis, quorum auxilium implorauimus, miserieiores discedimus. Auditque populus Iudæorum apud Ieremiam: Nam & ab ista, id est, ab

PROV. 28. 25. 26.

Ægypto, egredietis, & manus tuæ erunt super caput tuum, quoniam obtriuuit Dominus confidentiam tuam, & nihil habebis prosperum in ea. Sæpe in diuitiis, & in thesauris aut nostris, aut amicorum, speramus, & in tempore necessitatis eludimur. Qui enim confidunt in virtute sua, & in multitudine diuitiarum suarum, stulti à Dauide pronunciantur.

Ierem. 2. 37.

[Hos frater] etiam ditissimus non redimit, id est, redimere non poterit, quanto minùs redimet quilibet alius homo non adeo sanguine & amore contentus? Certè non afferet aliquid Deo ex omnibus diuitiis suis, quo à morte, vel labore, amicum eripiat. Non semel spem nostram in donis naturæ, ac in talentis collocamus, & sine vilo timore, & sine respectu ad Deum, aliquid faciendum assumimus; in ipso verò opere, quasi talento caruissimus semper, turpiter erubescimus. Insultatque Propheta nobis illis verbis, quibus Ninivem superbam ciuitatem irrisit. Hæc est ciuitas gloriosa habitans in confidentiâ; quæ dicebat in corde suo: Ego sum, & extra me non est alia amplius; quomodo facta est in deserto? Porcius talis est anima sibi ipsi præfidens. Et velut ciuitas suis diuitiis exultans, & læta, quasi à seipsa tantùm penderet, nihil omnino metuens, seque omnibus aliis præferens. Sed cum minùs putabat, se desertam reperit, id est, se illis donis suis quasi spoliatam & priuatam inuenit. Ac tandem multoties, quod adiutorium nostrum putauimus, vt discamus hanc salutarem diffidentiam, obstaculum conatuum nostrorum esse perspeximus. Adam Euam vxorem in adiutorium accepit. [Non enim inueniebatur Adæ adiutor similis eius:] & eduxit Dominus mulierem ex latere ipsius, quæ primum illum generis humani parentem adiuuaret. Adam lætus erat consorte sua, gaudio plenus adiutorio suo, à coniuge iuuamen sperauit; & ruinam atque excidium sibi, & omnibus posteris, accepit. Sapienter quidem notauit Ambrosius quemquam ex hoc facto ad diffidentiam propriam incitari. Deinde contuendum est, inquit, quia nemo debet sibi facile præsumere. Nam ecce illa, quæ in adiumentum facta est viro, præsidio virili indiget, quia vir caput est mulieris. Ille autem, quia adiumentum vxoris habiturum se esse credebat, lapsus est propter vxorem.]

Psal. 48. 7. 8.

Sophonia. 2. 15.

Genes. 2. 20.

Amb. lib. de Paradi. 4. c. 4.

Ephes. 5. 23.

A Hæc cum ita sint, de nobis ac de rebus creatis, est penitus diffidendum, nisi quatenus sunt instrumenta Dei, quibus vult nos vel corporaliter vel spiritualiter adiuuari, & in Deo solo, tanquam in præcipua bonorum causa, nostrum est omne præsidium collocandum.

Qui ergo seipsos despiciunt, & suam infirmitatem quasi manibus attræctant, in hoc secundo humilitatis gradu, quo sibi diffidant, & in Deo confidant, seipsos constituere satagant. Sic profectò à malo liberantur; sicut ille, qui dicebat: Et in Domino sperans non infirmabor. Non infirmabatur Dauid coram hostibus suis, quoniam spes concepta de adiutorio Domini, causa erat, ne hostes sibi præuulerent. Nec infirmabitur ille, qui in Deo fideliter sperauerit. Sic etiam iusti bona consequuntur: quia sperantes in Domino misericordia circumdabit, & cumulatiuè omnibus bonis afficiet. Et Isaias ait: Si reuertamini, & quiescatis, salui eritis: in silentio, & in spe erit fortitudo vestra. Si, inquam, separemini à prauis voluntatibus vestris, si quiescatis in Domino Deo vestro, salutem, quam cupitis, assequemini. Silentium, id est, tranquillitas animi, & spes in Deo posita, erit vobis pro fortitudine, qua & malis resistatis, & bona concupita comparetis. De hac diffidentia sui, ac fiducia in Domino collocata, gloriabatur Iob, cum inter alia dicebat: Si putauit aurum robur meum, & obrizo dixi: Fiducia mea, Profrumento oriatur mihi tribulus, & pro hordeo spina. Aurum, allegoricè Gregorius ad subtilitatem ingenij, & obrizum, ad humanæ mentis dona refert. Vnde est acti sanctus vir dixisset: Nec quæ veraciter intellexi, meo ingenio tribui; nec menti propriæ, si qua egisse me bona contigit, hæc principaliter deputari. Hanc exercebat Paulus, qui nec res minores à se, sed à Deo disponendas affirmat. Quare ad Philippenses ait: Confido autem in Domino, quoniam & ipse veniam ad vos citò. An tanta res est, à Paule, Philippo venire, & illius ciues inuisitare, vt necessarium sit rem hanc fiducia promereri, & à Domino eam sperare? Non sit magna res; ac certum est in rebus magnis & paruis Domini auxilium sperandum esse, sine quo nec possumus magna nec parua præstare. Hic denique affectus diffidentie propriæ, ac confidentiæ in Deo, superius instrumentum virtutum acquirendarum factus est; quoniam eo & impedimenta virtutis minuimus, & tentationes vincimus, & robusti ad studiosas actiones efficiuntur. An non affectus hic impedimenta tollit, cuius memor sapiens, ad Dominum loquens, ait: Creatura tibi factori deseruiens exarscit in tormentum aduersus iniustos, & lenior sit ad benefaciendum pro his, qui in te confidunt. An non tentationes vincit, & operibus virtutis insilit? Et quidem. Nam diffidentia propriâ hostes fugamus; & fiducia in Deo, ense, id est, multiplici virtutis instrumento, pugnamus. Quare Richardus Victorinus de iustis loquens, qui in septuaginta fortibus Salomonis signabantur, hæc ait: Qui tantummodo hoc cõsistit fortes sunt, quantum ad decertandum cum hoste, non in se, sed in Deo confidunt. Cum inimico enim humani generis nullus ex æquo decertare possit, comparatis inuicem viribus, cuius tanta est fortitudo, vt nulla virtus humana ei comparari possit; quapropter nocendi artes, quas habet, nemo cognoscere sufficit. Diuina ergo virtute cum eo congregiendum est, quam propriâ meretur infirmitatis cognitio, & humilitas, quæ sola (vt in vitis Patrum legitur) hos laqueos euadere potest. Sic Ionathas hostium multitudinem vallatus, dum se resistere non posse cogno-

Psal. 25. 1

Psal. 31. 10.

Isa. 30. 15.

Iob. 31. 24.

Greg. 22. mor. 4.

Philipp. 2. 24.

Sap. 16. 24.

Richard. in Cant. 6. 11.

icit,

De B. 2. Tom. 11



scit, ad diuinum auxilium confugit, & victor exiit. Sic Iolaphat in simili periculo positus, cum se infirmum coram se profiteretur, totum se ad inuocandum Deum conuertit, & contra hostes conualuit. Quorum vterque humilitate, & oratione magis triumphauit, quam virtute. ] Ipsi diffidentia sui, & oratione triumpharunt, & nobis eisdem armis pugnandum est, si volumus de hostibus victoriam comparare, & ad virtutum fastigium peruenire.

Cum itaque aliquod malum fugimus, cum aliquod bonum aggredimur, cum in bono perseverare statuimus, eo affectu inchoemus, eo affectu proficimur, vt de nobis ipsis tanquam de vilissimis instrumentis penitus desperemus. Sed hæc pars nos pusillanimes faciet, & ad desperationem inducet, nisi illi alteram huius gradus partem, scilicet spem in Domino, ac fiduciam, adiciamus: aggrediamurque bona, dicentes cum Dauid: Quoniam tu es, Domine, spes mea. ] Et respondebit securus, & alacer spiritus noster: Altissimum posuisti refugium tuum. ] Planè altissimum hoc refugium est, ad quod superandum, aut infirmandum, creata non possunt accedere. Illud refugium spes nostra sit, & vt verbis Bernardi finiam: Quicquid igitur agendum sit, quicquid declinandum, quicquid tolerandum, quicquid optandum, tu es, Domine, spes mea. Hæc vna mihi omnium promissionum causa, hæc tota ratio meæ expectationis. Præterdat alter meritum, sustinere se iacet pondus dei, & æstus, ieiunare bis in Sabbato dicat, postremò non esse sicut cæteros hominum, gloriatur: [ mihi autem adherere Deo, bonum est, ponere in Deo meos spes meam. ] Speret in aliis alij fortè hic in scientia litterarum, hic in astutia sæculi, ille in nobilitate, ille in dignitate, ille in alia qualibet vanitate confidat: [ propter te omnia detrimenta feci, & vt stercora arbitror, ] quoniam tu es, Domine, spes mea. ] Speret, qui vult in incerto diuitiarum, ego verò ne ipsa quidem, nisi abs te, victui necessaria spero, nimirum verbo tuo confidens, in quo abiici omnia. Querite primum regnum Dei, & iustitiam eius, & omnia adiciuntur vobis. ] Nempe tibi derelictus est pauper, orphano tu eris adiutor. ] Si mihi præmia promittuntur, per te obtinenda sperabo. Si insurgant aduersus me prelia, si sæuiat mundus, si fremat malignus, si ipsa caro aduersum spiritum concupiscat, in te ego sperabo. Fratres, hoc sapere, ex fide vivere est, nec alius ex sententia dicere potest: Quoniam tu es, Domine, spes mea, ] nisi cui intus sit persuasum à spiritu, vt (quemadmodum monet Propheta) iacet cogitatum suum in Domino, sciens quòd enutriendus sit ab eo. Iuxta illud quoque Petri Apostoli: Omnem sollicitudinem vestram proicientes in eum; ipsi enim cura est de vobis. ] Vt quid enim, si hæc sapiamus, vt quid cunctamur abiicere spes miseras, vanas, inutiles, seductorias, & huic vni tam solidæ, tam perfectæ, tam beatæ spei, tota deuotione animi, toto seruiore spiritus inhæreret? Si quid illi impossibile, si quid vel difficile est, quare aliud, in quo speres. Sed verbo omnia potest. Quid facilius dictum? Attamen huiusmodi dictum intelligas volo. Si decreuerit saluare nos, continuo liberabimur: si viuificare placuerit, vitam voluntate eius est: si præmia æterna largiri, licet ei, quod vult, facere. An verò de facilitate non dubitas, sed ipsa tibi est suspecta voluntas? Planè & voluntatis testimonia credibilia facta sunt nimis. Maiorem hæc dilectionem nemo habet, quam vt animam suam ponit quis pro amicis suis. Denique quando in se speranti desit illa maiestas, quæ tam studiose monet in se sperari? Planè non derelinquit sperantes in se. ] Adiuuabit eos, ait, & eruet eos à pecca-

A toribus, & saluabit eos. ] Quare: Quibus meritis? Audi quod sequitur: Quia sperauerunt in eo. ] Hæc Bernardus. Hæc sunt commoda certè magna huius gradus humilitatis, quòd à malis eruumur, & salutem consequimur, & per hunc gradum etiam à Deo donante, in quo speramus, ad alios sequentes ascendimus.

De Tertio Gradu Humilitatis, qui est, se reputare diuinis donis indignum.

CAPVT IV.

**V**as immundum atque contractum, prorsus inutile est, vt in id pretiosus aliquis liquor mittatur, quia sua immunditia illum inficiet, & per rimulas effusum perdet. Humilis autem, qui sua peccata considerans, seipsum vt vas immundum respicit, & ideo se despicit, atque de se nihil magnum, aut honore dignum, sperat, Dei donis se putat indignum. Quæ iam accepit, cum timore, & quasi cum rubore, possidet, cautè & diligenter exercet, sibi ex illorum vsu nullum honorem, nullamve laudem dari permittit. Quæ nondum accepit, si ad veram solidamque virtutem non pertineant, non cupit, quia se illa indignè & negligentè tractaturum timet. Scit, quia cum augentur dona, quemadmodum ait Gregorius, rationes etiam crescant donorum; & ideo dona non appetit, quia tempore reddendæ rationis, qualiter satisfacturus sit, nescit. Legit in Ecclesiastico: Cor sarui, quasi vas contractum, & omnem sapientiam non tenebit. ] Sequè cum vas contractum putet, quod per varias cogitationes, & per varia desideria, quasi per rimas perfluat; pretiosum liquorem sapientiæ, aut aliorum donorum appetere ad effundendum, & malè vtendum, non audet. Hunc autem affectum, à vera ac perfecta humilitate proficisci, docet Magnus Albertus, in hæc verba: Argumentum veræ humilitatis est, cum in tantum se homo deicit, quòd omni gratia se indignum sentit, nec audet etiam aliquam gratiam appetere, & si præterea à Deo super ipsum absque suo desiderio effluerit, cum timore percipit. Immo laudabilis iudicat carere Dei gratia (intellige tu gratis data, & quæ ad salutem animæ non sit necessaria) quam habere gratiam Dei, quam toties diuersis modis demeruit, quam toties diuersimodè deturpauit, qua nunquam secundum ordinationem Dei fruebatur. ] Hic autem humilitatis gradus hominem facit quietum, non tamen inertem. Facit illum quietum; quoniam, sicut vilis agricola, cui nulla suppetit ingenuitas, nulla diuitiæ, nulla potentia aut dignitatis insignia, regnum possidere non appetit, sed in suo ordine latus manet ita verus humilis, qui seipsum minimum reputat, & se carere aptitudine ad eximias actiones existimat, dona, quæ sunt harum functionum principia, non curat. Non tamen facit inertem, quia cum aliquod donum Dei adesse sibi sentit, illud ad opus & ad exercitationem dari cognoscit; quare vires & neruos, vt eo bene vtatur, exercit. Saul cum innocens esset in star pueri vnius anni, indignum se regno putauit: accepta regia potestate, ita se gessit, vt [ cecinerit buccina in omni terra, & audierit vniuersus Israël ] huiuscemodi famam, quòd Philistæos percussisset, & omnes vires eorum neruosque contriuerit. Hic in sua innocentia positus fuit humiliam imago, qui extra dignitates positus, se illis prorsus indignos iudicant, & ita se abscondunt, vt nihil magnum ab illis expectetur: at voluntate Domini in dignitate

conitari,

Psal. 90.

Bern. ser. 19. in Pf. Qui habitat.

Psal. 72.

Philipp. 3.8. Psal. 70.5.

Matth. 6. 31. Psal. 9. 14. uel. 35.

Psal. 70. 5.

1. Petr. 5. 7.

Psal. 36. 40.

Greg. hb. 9. in Euang.

Ecl. 21. 17.

Alber. li. de viti. tit. c. 2.

1. Reg. 13. 34.



constituti, mirum est quantum placeant, quam prouiderent se gerant, & quam superbos post se relinquunt. Sed hunc humilitatis tertium gradum à quo discimus: Discamus à Moysè, qui vocatus à Domino ad ducatum populi sui, se humiliter excusauit, nec solùm excusauit, verùm & ad non subeundum onus gubernationis, suam indignitatem apposuit. Quis sum ego, inquit, ut vadam ad Pharaonem, & educam filios Israël de Ægypto? ] Et postea: Obsecro Domine, non sum eloquens ab heri, & nudius tertius. ] Et rursus: Obsecro Domine, mitte quem missurus es. ] Ter se indignum prædicat, id est, omni ex parte se indignum prælatione iudicat. Bonum quidem & imitatione dignum, humilitatis exemplum est, inquit Rupertus Abbas, Deo vocanti ad tantum tamque gloriosum ministerium, dicere: Quis ego sum? ] ut pro conscientia, vel æstimatione ipsius, subaudiat, nullus. Et Bernardus: Moyses, quod poterat per gratiam, excusabat per verecundiam. Tutius enim est discere, quam docere; tacere, quam loqui. At iste, qui se excusauit, qui se indignum protulit, accepto imperij dono, quam sapienter, quam fortiter illud obiit! Quam mitis erga bonos, quam terribilis erga malos exiit! quam fideliter & perseveranter Domino, qui ipsum vocauerat, atque elegerat, deseruiuit! Discamus & à Ieremia, qui ad munus prophetandi inuitatus, ignorantiam præterdit, & se tanto munere indignum confessus est. A, a, a, dixit, Domine Deus, ecce nescio loqui, quia puer ego sum. ] Pueritiam obiicit, & timorem, & defectum sanctæ libertatis ad onus suscipiendum obtendit, existimans æquum non esse si puer elinguis loquatur, & si timore correptus ad increpandum vocetur. Aspiciebat ille, ut Gregorius Nazianzenus annotauit, propriam imbecillitatem, & eam diuini iussis opposuit, non ut contradiceret factori suo, nec ut obedientiæ se subduceret, sed ut se illo dono indignum ostenderet. Discamus tandem & à Ioanne Baptista, cuius hoc fuit de Christo testimonium: Ipse est, qui post me venturus est, qui ante me factus est; cuius ego non sum dignus, ut solam eius corrigiam calceamenti. ] Ille, inquit, cuius ego sum præcursor, adeo mihi prælatus est, ut nec dignus sum in infimis ministeriis illi famulari, nec minora mysteria eius incarnationis edicere. Ab his magnis viris, & verè magnis, quia humilibus, capiat spiritualis vir huius gradus humilitatis exemplum: sicque maioribus donis dignus erit, dum se minoribus indignum putauerit. Prælationem super alios non perdet, si se ad eam minus aptum senserit, quin eo ipso (si oportuerit) eum Deus aliis præponet, & aptum (quod magis est) ad munus hoc venerabile efficiet. Gratiam prædicandi non amittet, si se ab ea indignitatis prætextu subtraxerit: Immo ab ipso augebit eam, quo non propria, sed prælati ac Domini voluntate, prædicationis labori se subiecerit. A familiaritate Domini, & contemplatione mysteriorum eius, non erit alienus, si satis sibi inter mediocres actiuos esse cognouerit; quin potius si ad Dominum accurrerit, & quod in se est, fecerit, ob hanc humilitatem donum contemplationis accipiet. Et dum præ modestia non audeat corrigiam calceamenti contingere, & cum timore & tremore mysteria humanitatis euoluit, ad cellam vinarum vocabitur, & ad osculum oris, id est, ad notitiam diuinitatis, & ad castissimos amoris amplexus.

Quia verò hæc cognitio indignitatis propriæ, & hic sanctus humilitatis affectus, quo quis se indignum donis reputat, est quasi scala ad eadem dona percipienda, ideo Dominus, qui ordinis amator est, prius iustos suos ad hunc affectum assequendum ad-

A iuuat, & postea eos suis donis multiplicat. Vult, sanctum Iob ad magnam gloriam, ad duplicatas opes efferre, & prius illum multis tribulationibus atterit, & difficillimis percontationibus deprimit, ut ad dona recipienda indignitatis suæ sensu se præparet. Quis est iste, ] dixit illi, [inuoluens sententias] resque verissimas proferens [sermonibus imperitis? Accinge sicut vir lumbos tuos, ] quasi mecum sis in arenam descensurus, [interrogabo te] de his quæ in prospectu tuo sunt, & apparebit an scias respondere mihi. His verbis Dominus suam interrogationem est orsus, qua modum loquendi Iobi libenorem compescuit. Eum longa oratione sua non iam ad suam innocentiam prædicandam, sed ad timorem traxit, & ad profundissimum humilitatis affectum. Nam insipienter, inquit, locutus sum, & quæ ultra modum excederent scientiam meam. ] Tunc humiliter Deus laudat, merentem erigit, depressum exaltat, quia vas capax exaltationis, est cognitio & affectus propriæ indignitatis. Hanc ergo ob causam, auctore Gregorio, tantis Iob interrogationibus percussus est, ut humilitate periculum elationis euaderet, quæ facillè ex tanta innocentia suboriri poterat, & se ad capienda ampliora dona disponeret. Quid, inquit, peius plerumque anima, quam conscia virtus interficit? Quæ illam dum consideratione sua inflat, à plenitudine veritatis euacuat; & dum se ad percipienda præmia sufficere suggerit, eam à meliorationis intentione distendit. Iustus igitur Iob ante flagella exiit, sed iustus post flagella permansit, & laudatus antea Dei voce, postmodum creuit ex verberibus. Profectò velut tuba tubicillis ex percussione producta in laudem Dei tanto altius eleuatus est, quanto maiori est castigatione percussus. Sed humiliandus erat iste, qui prostratus uicibus, sic virtutibus stabat. Humiliandus erat, ne tam robustissimum pedus elationis tela confoderent, quod constabat certe, quia & illata vulnera non uicissent. Sic Gregorius. ] Intelligent ergo isti se hoc humilitatis affectu donorum Dei fieri capaces. Intelligebatque Paulus, dum ait: Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me virtus Christi. ] Non coactè, inquam, tribulationes perfero, non ægro animo infirmum, ac bonis indignum, me esse profiteor, sed potius libens, & lætus, in mea pusillitate glorior, ut me virtus, ac potentia Christi, validum & sanum efficiat.

Euenit sanè aliquando ut iustus, secreta quadam cogitatione, aliquid se esse putet, ut tanquam miles veteranus, aut seruus, qui multis annis famulatus est, præmia maiora postulet, & ad ea, quæ suum captum excedunt, anhelat; & tunc minora recipit, ut ad se redeat, suamque indignitatem aduertat. Confirmat hoc Bernardus, sponsæ, & Moïsi, atque Apostolorum, primas sedes postulantium, exemplo. Olim, inquit, sanctus Moyses, quoniam multum presumebat de gratia, & familiaritate, quam inuenerat apud Deum, aspirabat ad quandam visionem magnam, ita ut diceret Deo: Si inueni gratiam in oculis tuis, ostende mihi teipsum. Accepit autem pro ea visionem longè inferiorem, ex qua tamen ad ipsam, quam volebat, posset aliquando peruenire. Filij quoque Zebedæi in simplicitate cordis sui ambulantes, magnum aliquid & ipsi aucti sunt: sed ad gradum nihilominus sunt reducti, per quem fuerat ascendendum. Ita & modò sponsa, quoniam rem grandem postulare uideretur, reprimitur sanè austeriori responsione, sed planè virili, & fideli. Oportet namque humiliter sentire de se, nitentem ad altiora, ne dum supra se attolitur,

cadat

Exod. 3.  
11.Exod. 4.  
10. 13.Rupert. li.  
1. in E.  
xod. c. 13.Bern. de  
ordine vi  
ta longè  
post prin  
cipium.Ierem. 1.  
6.Nazian.  
orat. 41.  
in Pascha.Ioan. 1.  
27.

Iob. 38. 2.

3.

Iob. 42. 3.

Greg. 18.  
mor. c. 1.1. Cor. 11.  
9.Bern. ser.  
34. in  
Cant.Gen. 33.  
13. 18.



cadat a se, nisi in se firmiter per veram humilitatem fuerit solidatus. Et quia nisi humilitatis merito maxima minime obtineretur; propterea, qui prouehendus est, correptione humiliatur, humilitate mereatur. Tu ergo, cum te humiliari videris, habeto id signum in bonum, omnino argumentum gratiae propinquantis. Nam sicut ante ruina exaltatur cor, ita ante exaltationem humiliatur. Sic ille. ] Nec solum, quae postulabamus negantur, vt indignitas nostra nobis perfecta sit, sed aliquando etiam gratia concessa subtrahitur. Est, qui antea recta cogitabat, & multa de diuinis rebus fumina cum facilitate meditabatur, quibus tanquam optimis alimentis affectus pinguesceret. Subito vero illa sanctorum cogitationum copia discessit, & vix reperit animus aliquid quo se pascat, suamque mutabilitatem colligat. Est alius, qui seruidis desideriis abundabat, & sanctis ac castis in Deum ferebatur affectibus: at repente affectus illi lassescunt, & mens tali irrigatione priuata, incipit exarescere. Est alius, qui bene loquendi gratiam acceperat, sanctisque sermonibus proximos erudiebat, & viam caeli monstrabat, & cum minus speraretur, bene loquendi gratia ab eo tollitur, & sterilis sermo efficitur. Alius denique in orationibus diligens, in corporis castigationibus animosus, & in bonis operibus erat assiduus: post non multum vero temporis tepore correptus in magnam bonorum operum paupertatem incurrit. Huius mutationis causam ex Richardi Victorini scriptis edisce. Ad hoc, inquit, electis gratia diuina aliquando subtrahitur, vt vnusquisque intelligat quid sit de se ipso. Ad hoc autem datur, vel reparatur, vt intelligat quid sit de munere diuino. In vno eruditur ad contemptum sui, in altero ad amorem Dei. Ex vno proficit ad humilitatem, ex altero promouetur ad charitatem. ] Haec ille, qui & ad hoc propositum illud Psalmi mystice interpretatur. In salicibus in medio eius suspendimus organa nostra. ] Salices enim arbores sunt infructiferae, folia, & non fructus, habentes. In illis quasi organa nostra suspendimus, quando subtracta a nobis gratia, a sancta cogitatione, aut desiderio, aut sermone, aut actione cessamus. Qui ergo hanc gratiam non perdere cupit, se ea indignum existimet: nam cognitio, & sensus propriae indignitatis, est stabilimentum virtutis.

Hunc autem gradum humilitatis comparabimus, si non ex donis, quae a Deo accepimus, sed ex nobis met ipsis nos aestimauerimus. Si enim vilissimum & pauperimum homuncionem rex nullo expectato merito pretiosis suis vestimentis indueret, ille homo aliena vestimenta tanquam propria considerans, forte se dignum honore regio reputaret; at non sua esse, sed precario data animaduertens, potius de tam splendido, & suae indignitatis minus conueniente amictu erubesceret: Ita homo cum bona, quae habet dona, Dei esse cognoscit, ad illud tempus data, quo Deus ea seruire voluerit, nequaquam in superbiam, & inanem gloriam erigitur, sed potius in sancto timore, & in maiori affectu suae indignitatis radicatur. Audit Dominum dicentem: Cui multum datum est, multum quaeretur ab eo: & cui commendauerunt multum, plus perent ab eo. ] Et haec audiens non de elatione, sed de reddenda ratione cogitat, & dum non plene acceptis satisfacit, quotidie se magis indignum donis acceptis putat. Quia si economus substantiam domini sui minus fideliter tractans, munus meretur amittere, & suae infidelitatis poenas dare: qua poena dignum se reputabit homo, qui multa Dei dona gratis accepit, & aut otiosa te-

**A** nuit, aut non bonam eorum rationem reddit? Iustus ergo donis Dei cumulatus semper se illis indignum aspiciat. Dicatque cum sancto Iob. Si letatus sum super multis diuitiis meis, & quia plurima reperit manus mea, haec faciat mihi Deus, & haec addat. ] Non letetur inaniter de diuitiis, quas ad negociandum accepit, sed potius cura cum aliquid lucrandi sollicitet. Non offeratur de his, quae reperit, licet multa sint, & pretiosa, sed tempus iam iam instare, quo ea sint restituenda, animaduertat. Stultus namque est debitor, vt Gregorius ait, qui gaudens pecunias mutuas accepit, & tempus, quo reddere debeat, non attendit. Moderatur autem laetiam accipiendi, quando solerti prouidentia etiam constitutum tempus reddendi cogitatur. ] Vinum ergo donorum Dei non bibamus purum, sed aqua dilutum, ne sua fortitudine nostram mentem inebriet. Purum bibimus, si quid nobis datum sit, quamque diuites illo thesauro efficiamur, solum attendimus. Mixtum vero bibimus, cum donum illud alienum esse, nempe Dei, & cum vsuris reddendum meditatur. Porus hic non dementat oculos mentis nostrae, sed potius roborat, vt se donis indignam, & alienis bonis onerata videat, & non se ex alieno magni pendat.

Conferet demum ad hunc gradum ascendendum, si quisque suam magnam ingratitude agnoscat. Ingratus enim indignus est, cui noua beneficia conferantur, & dignus, vt in eum iam collata negentur. Ingratus autem maximus est, qui accepta beneficia in otio continet, aut donis sibi datis abutitur. At quis est, qui in se signa multa huius ingratitude non inueniat: Poena, & afflictio ad nostram emendationem inflata, beneficium Dei est, quo filios sibi dilectos corripit, atque castigat, & a malis admissis auertit. Saepem autem huiusmodi poenis non emendatur, indignique efficitur, vt flagello filiorum castigemur. Quadratque in nos illud Ieremiae: Percussisti eos, & non doluerunt: attristi eos, & renuerunt accipere disciplinam: indurauerunt facies suas supra petram, & noluerunt reuerti. ] Bona quoque tam naturae quam gratiae, sunt Dei beneficia maxima, & quibus ipse vult sibi gloriam, & nobis vtilitatem decerpere. Nos vero vt terra sterilis, sero aut numquam fructus ferimus. Dictumque de nobis videtur illud Dauidis: Mutabitur peccator, & non soluet: ] quia Dei dona quasi mutuo accipimus, & ea otio consumentes, aut negligenter tractantes, nunquam persoluimus. Accipimus a Domino, vt simus, & vt homines simus, accipimus corporis formam, sanitatem, & robur, membrorumque integritatem. Accipimus mentem, qua possumus capere veritatem, & verum a falso, iustumque ab iniusto discernere, & bonum diligere, & appetere, illique inhaerere. Accipimus multiplicia bona, quae ipsum corpus ac mentem exornant. Haec mutuo accipimus, & nunquam bene reddimus, quia nunquam ex toto nos Domino consecramus, immo multoties reddimus mala pro bonis, dum nostrum benefactorem irritamus, eiusque iustissima mandata transgredimur. Si ergo ingrati sumus Deo, ergo beneficiis & donis eius indigni. Et profectio non multum erit, si nos omni dono, omnique beneficio indignos reputemus, & tanquam hi, qui debita male soluimus, noua dona accipere timeamus.

Richard. ad Psal. 136.

Ps. 136.

Luce 12. 48.

Iob. 21. 25.

Greg. 22. mor. c. 3.

Ieremia 5. 3.

Psal. 36. 21.





De quarto Gradu Humilitatis, qui est se  
omnium minimum aestimare.

CAPVT V.

**M**ULTA sunt in vita spirituali, quæ non expertis videntur maximè difficilia, & quæ possunt sermone dici, non tamen actione compleri. Vnum autem istorum est, quod hic gradus humilitatis poscit, vt quis se omnium minimum ac vilissimum existimet. Bone Deus, quam ratione potest homo sanctus, & maximis Dei donis coopertus, id de se sentire, seque minimum aestimare? An humilis cæcus est, qui se ipsum non videat? An stultus, qui suas opes ignoret? An ingratus, qui non Dei beneficia sibi data cognoscat? Quomodo ergo poterit tantum semet ipsum despiciere, vt meritis se minimum omnium putet, & infideles, & fures, & homicidas, se meliores & sanctiores existimet? Sanè aut humilitas incititia ridenda est, aut humilis omnium minimus non est: quod si non est, quo pacto ad virtutem pertinet se ipsum fallere, & bona magna, quæ habet, quasi nihilum reputare? Quæramus nunc de sanctissimo Ioanne Euangelista, an humilis fuerit, necne? Profectò ille, qui sanctissimus fuit, etiam fuit & humillimus, quoniam sicut numquam repperta est vera sanctitas sine vera humilitate; ita neque maxima sanctitas, sine maxima humilitate. Sed videamus an potuerit ille se omnium hominum abiectionissimum reputare? An ille, qui toto vitæ tempore nullum lethale crimen patrauit, & pauca leuia peccata commisit, potuit se viliozem putare sceleratissimis & flagitiosissimis hominibus, qui quotidie grauissimis & innumeris criminibus fordiantur? An ille, qui primitias Spiritus ac gratiæ, & donorum incomparabilem copiam accepit, potuit se pauperiorem existimare illis hominibus, qui nullum donum supernaturale sanctitatis acceperunt? An ille, qui tanta diuinorum cognitione emiuit, vt Verbum æterni Patris intonaret, potuit se ignoriorem putare illis, qui nullam sunt peritiam rerum diuinarum aut humanarum adepti? Certè non potuit, nisi aut se ipsum decipiendo, aut bona, quæ acceperat, obliuioni tradendo, aut aliorum mala (quod iniquitas est) meliora, quam sua bona, putando. Quid postulas à nobis, humilitas, quid nos angustas & opprimis, quid à nobis vt dura nouerca impossibilia requiris? Ego quidem à teneris annis in literarum studium incubui; scientias Philosophicas, & Theologicas didici, & easdem publicè docui. Si peteres vt me indoctiorem ac minorem omnibus Philosophis, ac Theologis putarem, etiam discipulis meis, fortè assequeris. At quomodo possum me indoctiorem putare Æthiopicis, aut Peruanis insipientissimis, quos video vix fidei elementa memoriter addiscere, & vt psittacos pronuntiare? Quid est hoc, quod dicis, & quod sæpe auribus meis insulas: Si non te minimum omnium reputaueris, non eris humilis?

Humilitas hæc, non est res intellectus, sed appetitus, & voluntatis, quare non intellectus errorem, aut cæcitatem, sed voluntas depressionem sursum tendentis efflagitat. Nec vult vt ignoremus nos ipsos, sed ne supra meritum efferamur. Humiles igitur cognoscunt dona Dei sibi concessa. Vnde & Paulus ait: Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed Spiritum, qui ex Deo est, vt sciamus quæ à Deo donata sunt nobis.] Et postea:

**A** Quis cognouit sensum Domini, qui instruat eum? Nos autem sensum Christi habemus.] Et in Apocalypsi scriptum est: Vincenti dabo calculum candidum, & in calculo nomen nouum scriptum, quod nemo scit, nisi qui accipit.] Atque adeo sancti, & humiles optimè sciunt dona Dei, quibus aliis præstant: sciunt se habere sapientiam Christi, quam non habent hæretici, nec infideles, nec qui regulis huius sæculi cuncta metiuntur: sciunt sibi datum esse calculum candidum imitationis Christi, ac nomen nouum, vt filij Dei sint, & nominentur, in quo illos superant, qui vitia ac peccata sequuntur, & filij diaboli nominantur. Scire potest verus humilis, se esse alio doctiorem, se esse alio sanctiorem, se naturalibus talentis, aut supernaturalibus donis, inter alios eminere, quibus cum degit, aut in re aliqua aliis præstare. Sed hanc scientiam, aut suorum bonorum noticiam ita temperat, vt modestiæ non officiat. Nam scit, omnia bona tum naturalia, tum supernaturalia, quæ habet, se à Deo habere, & gratis, ac sine meritis, accepisse. Scit, illa omnia mutuo data, aliena esse, à seque posse subtrahi. Scit, innumerabiles esse, qui ipsum scientia, & doctrina, ac virtute, ac sanctitate, & donis naturæ superent. Scit, ab illis, quos quibusdam donis excellit, aliis multis donis superari. Scit, illos gratos pro donis acceptis, Deo esse, se verò ingratum. Scit, alios donis Dei bene vti, se verò non semel abuti. Ignorat aliorum peccata, nouit sua. Respicit denique quod à se habet, & cum se ex se ipso nihil esse cognoscat, affectu humilitatis ductus se sub pedibus aliorum collocat, & ac si minimus omnium esset, ita deprimitur. Hic erat affectus Pauli dicentis: Ego autem sum minimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus, quoniam persequeutus sum Ecclesiam Dei.] Alio loco ait: Nihil minus feci ab iis, qui sunt supra modum Apostoli.] Et rursus: Ministri Christi sunt: (vt minus sapiens dico) plus ego: in laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis supra modum, in mortibus frequenter.] Et iterum: Abundantiùs omnibus laboraui.] Se Apostolum agnoscebat aliis (præterquam Petro) potestate æquale, laboribus pro Ecclesia susceptis, & afflictionibus superiorem. Et minimum se aestimabat, quia omnia illa dona à gratia Dei, non à se ipso, manare sciebat. Quamobrem, cum dixisset: [Abundantiùs omnibus laboraui;] adiecit, [non ego, sed gratia Dei mecum.] Et cum dixisset, [Nihil minus feci à magnis Apostolis;] subiunxit; [Tamet si nihil sum.] Illud, quo se Apostolum aliis æqualem prædicat, ad cognitionem veritatis: illud verò, quo se minimum, aut nihil esse affirmat, ad depressionem pertinet affectionis. Video, inquit, ex me ipso me nihil esse: video, omnia, quæ habeo, non propria, sed aliena, id est, Dei esse; ideo me contemno, & me minimum voco, & aliis omnibus inferiorem, ac planè nihil existimo.

**E** Alia etiam ratione verus humilis se minimum omnium reputat, quia prudenter potest cogitare, quod si dona & beneficia sibi à Deo data, aliis concederentur, meliùs & abundantius illis responderent. Audit Dominum exclamantem: Væ tibi Corozain, væ tibi Bethsaida; quia si in Tyro, & Sidone factæ fuissent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio, & cinere penitentiam egissent.] His auditis cõpungitur, stupet, & contremiscit, dicitque sibi: Væ tibi miser, quia si infidelibus, & magnis peccatoribus data essent beneficia, quæ data sunt tibi, forsitan feruentius & fidelius Domino

serui



serviissent. Quare ergo te non sub pedibus omnium pones, qui tepidissime & negligentissime accipis beneficium respondes? Hac via Beatissimus Patriarcha Franciscus se omnium minimum reputabat. Cum enim quidam ex suis fratribus, in extasim raptus & vidisset sedem dignissimam illi in caelo paratam, quaesivissetque postea ab eo, quid de seipso sentiret: humilis Christi servus (vt refert Bonaventura) respondit: Videor mihi maximus peccatorum. Cui cum frater diceret ex aduerso, quod hoc non posset sana conscientia dicere, nec sentire; subiunxit: Si quantumcumque sceleratum hominem tanta fuisset Christus misericordia persecutus, arbitror sane, quod multo quam ego gravior esset.) Hac etiam erat humilitas Beatae Gertrudis, de qua haec scripta reperimus. Quoscumque enim homines vidit, sibi praeferebat, eoque meliores se iudicabat. Atque ideo dum illis Dei dona communicaret, putabat illos sola cogitatione, innocentia, conuersioneque munda plus mereri, Deoque inde laudes accrescere maiores, quam ipsa omnibus exercitiis suis, cunctisque corporis viribus potuisset. Idque fieri arbitrabatur per suam indignitatem, vilitatem, ac negligentiam. Ea res, hoc est, humilis sui cognitio, profundissimamque humilitati ipsam urgebat, quare Dei dona aliis manifestabat, videlicet quia in se (vt putabat) essent otiosa, manifestata vero aliis, saltem fructum, & Deo laudem operantur: praefertim, cum, vt dixi, crederet, propter se dumtaxat nihil, verum propter aliorum salutem omnia se recepisse. Hac ibi. Non itaque pugnant quod homo dona sibi a Deo data cognoscat, & quod seipsum despiciat, ac minimum omnium reputet, quia dona illa non sibi arrogat, sed gratis sibi quasi mutuo data considerat. Nescit an fideliter (vt debet) illis donis vtatur, dubitat an inani gloria vsque ad consensum fore deat: nam [prauum est cor hominis, & inscrutabile: ignorat an alius melius dona sibi data collocaret, & verosimiliter praesumit, quod multi eum fidelitate & strenuitate praecellerent, his incitatus, securus & sapientius putat, si se omnibus postponat, quam si alicui forte in occulto meliori se praeferat.

Ad hunc humilitatis gradum hortatur Paulus, ad Philippenses scribens: Implete, inquit, gaudium meum, vt idem sapiatis; & post pauca, in humilitate superiores sibi inuicem arbitantes.] Nam si alium ego superiorem arbitror, me minorem reputo, & si alius me superiorem iudicat, se minorem arbitratum. Quo loco optime hunc gradum animaduertit Anselmus, ita scribens: Hoc proprium specimen electorum esse solet, quod de se semper infra quam sint, sentiunt. Ideo nunc subditur, vt sint arbitantes alij alios (sibi inuicem superiores): nam quia iniquus quisque inferiorem se omnem, quem cogitat, putat; e diuerso iustus studet, vt superiorem quemlibet proximum attendat. Ac ne dum se aliis alter humiliat, humiliatio iret alteri in elationem: vtramque partem monuit Apostolus, dicens: Superiores sibi inuicem arbitantes, vt cogitationibus cordis & ego illum mihi praeferam, & vicissim ille me sibi; vt cum ab vtraque parte cor inferius premitur, nequaquam ex impensio honore infletur. Nec ita debemus hoc aestimare, vt nos existimemus, sed nos existimare fingamus, sed verè existimemus posse esse aliquid occultum in aliquo, quo nobis superior sit, etiam si bonum nostrum, quo illo videmur superiores esse, non sit occultum.] Ad quod etiam facit dictum illud verissimum humillimi Francisci: Vnusquisque tantus est, quantus est coram Deo: nec ex

A opinione hominum, qui saepe falluntur, sed ex iudicio Dei aestimanda est cuiusque magnitudo. Quis autem nouit qualis sit sua, & alterius causa coram Deo? Quis nouit an amore, an odio dignus sit, qualiterque Deus ipsum, aut alium aspiciat? Quis scit an alius sit lapsus coram Deo, & ipse sit erectus, cum vno momento possint hominum status mutari, possitque qui stabat cadere, & qui iacebat, ad magnam gratiam resurgere? Si ista ignoramus, ex quibus tota nostra magnitudo dependet, merito nos omnium minimos reputamus, & in loco infimo constituimus. Merito alio loco monet Paulus: Honore inuicem praueientes; nam honorem superiori tribuimus, & honorem verum illi impendimus, quem verè & ex animo maiorem existimamus. Vnde si nos inuicem maiores arbitramur, non erit difficile nos inuicem honoribus praueinire, & externa atque interna reuerentia mutuo afficere. Ad idem quoque pertinere videtur, quod idem Apostolus alio loco ait: Id ipsum inuicem sentientes, non alta sapientes, sed humilibus consentientes. Vestrum sensum, ait, prout fieri potest, semper alterius iudicio conformare: ne tumeatis, nec superbiatis, sed humilium ac minimorum voluntati acquiescite. Hoc profecto, o homo, est te minorem minimè existimare, cui consentis, cuius iudicio te submittis. Quod si non tibi solum, sed omnibus hoc documentum propositum est, vniuersi ex sententia Pauli debent se ipsos minimos reputare, & affectum cordis sui infra alios deprimere.

C Magna verò est huius gradus humilitatis securitas, quia eo iustus, ab iniustitia se liberat, qua possit aliis, quibus se praefert, officere. Si enim frater virtute & meritis maior me est, iniurius sum in illum, si non ipsi in corde meo potiorem locum defero, & si non illum maiorem ac meliorem reputo. Esto autem quod omnibus in rebus sim maior illo, nullum est periculum, si ei tamquam meliori me submittam. In elatione est grande periculum, quia, dum effero, possum alienum honorem, & alteri debitum surripere. In humiliatione grande est meritum, licet alium excedam, quia assuesco ex eo, quod meum est, proximum honorare. Duo haec Bernardus optime in hunc modum declarauit. Si in quonam statu vnumquemque nostrum habeat Deus, liquidò cognosceremus, nec supra sanè, nec infra secedere deberemus, veritati in omnibus acquiescentes. Nunc autem quia consilium hoc [posuit tenebras latibulum] suum, & sermo absconditus est a nobis; ita vt nemo sciat si dignus sit amore, vel odio, iustusque profecto, iuxta ipsius veritatis consilium, nouissimum nobis locum eligimus, de quo postmodum cum honore superius educamur, quam praesumimus altiore, vnde cedere mox oportet cum rubore. Non est ergo periculum, quantumcumque te humiliter, quantumcumque reputes minorem, quam sis, hoc est, quam te veritas habeat. Est autem grande malum horrendumque periculum, si vel modicè plus vero te extollas, si vel vni videlicet in tua cogitatione te praeferas, què forte patrem tibi veritas iudicat, aut etiam superiorem. Quemadmodum enim si per ostium transeas, cuius superliminare (ad intelligentiam loquar) nimium bassum sit, non nocet quantumcumque te inclinaueris, nocet autem si vel transuersi digiti spatij, plus quam ostij patitur mensura, crexeris, ita vt impingas, & capite quassato collidaris; sic in anima non est planè timenda quantalibet humiliatio; horrenda autem nimiumque pauenda vel minima temere praesumpta erectio. Quamobrem noli te, homo, comparare maioribus, noli

Bonav. in vita eius c. 6.

Lib. I. in simar. de sim. p. c. 5.

Ter. 17. 9.

Philip. 2. 2. 3.

Ansel.

Rom. 12. 10.

Rom. 12. 16.

Bern. ser. 37. in Cant.

2. Reg. 22. 11.

Luca 14.





De PAZ  
Tom. II

minoribus, noli aliquibus, noli vni. Quid scis enim, o homo, si vnus ille, quem fortè omnium vilissimum atque miserimum reputas, cuius vitam sceleratissimam ac singulariter foedissimam horres, & propterea illum putas spernendum, non modò præ te (qui fortè iam sobrie, & iuste, & piè viuere te confidis) sed etiam præ cæteris omnibus sceleratis tanquam omnium sceleratissimum: Quid scis, inquam, si melior & te, & illis mutatione dexterae Excelsi, in se quidem futurus sit, in Deo verò iam sit? Et propterea non mediocre, non vel penultimum, non ipsum saltem inter nouissimos eligere locum nos voluit; sed [recumbe, inquit, in nouissimo loco:] vt solus videlicet omnium nouissimus sedeas, teque nemini, non dico præponas, sed ne comparare præsumas. Hactenus ille.] Illud ergo, quod dictum est à Domino: Recumbe in nouissimo loco, non tantum de externis actibus accipiendum est, quasi semper nouissimus locus sit à nobis tenendus, quod sæpe personæ, aut muneris, quod gerimus, dignitas vetat, sed de interno affectu intelligendum, vt scilicet homo, desiderio & minima æstimatione sui, in infimo se loco constituat. Itaque idem est huius mandati sensus, atque illius: Si quis te percusserit in dexteram maxillam, præbe illi & alteram. ] Sicut enim non semper decet percutienti nos in vnam maxillam, alteram actu ferendam conuocare, quod nonnunquam hypocritis tribueretur, & proximum iratum ad maiorem indignationem prouocaret: at semper decet, & opus perfectionis est, quemque paratum esse ad aliam aliam sustinendam: ita non cuique licet in nouissimo loco sedere, vt prælato, vel principi, at semper conuenit, affectu & minima æstimatione sui infimū locum assumere. Illud primum, vt scilicet exterius ad nouissimū locum in cōfessionibus eas, etiam Philosophi monuerunt. Nā & Tullius dixit: Rectè præcipere videntur, qui monent, vt quāto superiores sumus, tanto nos submissius geramus. At hoc secundum, Christus solus docuit, & eius discipuli, Sancti scilicet omnes docuerunt, & non tantum verbis, sed moribus, & vita monstrarunt.

Hunc profectò humilitatis gradum habuit Dauid, cum Sauli impio, & Sanctiorū persecutori se submisit. Quem persequeris, dixit, rex Israël: Què persequeris? Canem mortuū persequeris, & pulicē vnū. ] Tu rex, ego seruus: tu potens, ego canis mortuus: tu magnus, ego pulex. Ipsa magnitudo tua, ac pusillitas mea te moueāt, vt ab infirmi persecutione desistas. Et certè, vt ait Gregorius, sanctus Dauid iam vnctus in regem fuerat, iam exorante Samuele, & cornu super se oleū fundente, didicerat, quòd eum diuina gratia, Saul reprobato, ad regni gubernacula possidēda seruabat, & tamen persequenti aduersario mēte humili se substernebat, cui diuino iudicio prælatū se esse nouerat. Illi itaque se humiliter postponēbat, cui per electionis gratiam incomparabiliter se nouerat esse meliōrē. Ex hoc bene colligit sanctus Doctor: Discant ergo quomodo humiliari proximis debeant, qui adhuc quo loco apud Deū habeātur, nesciūt: si sic se electi, etiam illis humiliat, quibus iam se per interna iudicia antepositos deprehendunt. ] Didicerunt multi Sancti Ecclesie hunc mirabilem humilitatis affectum, qui ad eò se submittebat, vt calamitates reipublice suorū peccatorum causa venire putaret. Et cum essent vitæ sanctitate conspicui, ad eò sibi per hunc affectū reddebantur: absconditi, vt nullū in terris inueniret præter se ipsos, cuius peccatis tam duram Domini castigationem tribuerent. Legūt in sanctis scripturis, quia

Matth. 5. 39.

Cicero. 1. off. i.

1. Reg. 24. 15.

Greg. 34. mor. 17.

A solet Dominus vnus peccatum in aliis eiusdem congregationis punire. Sic propter peccatum elationis Dauid quo numerauit populum, mortui sunt spacio trium dierum à Dan vsque ad Bersabee septuaginta millia virorum. Peccatum quoque vnus Achan, fugatium milliam pugnatorū, & morte triginta sex hominum mulctatus est, qui à viris vrbis Hai, quam expugnare venerant, partim victi, partim occisi sunt. Et in Exodo scriptum est: Ego sum Dominus Deus tuus, fortis, zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam & quartam generationem eorum qui oderunt me. ] Putat ergo iusti, dum oculos à suis meritis magnis auerunt, & beneficia eximia Dei, quibus non perfecte respondent, attentè considerant, quia propter ingratitude suam, in alios de congregatione, aut republica, Domini indignatione delatui. Quis hanc humilitatem non miretur? Quis ad considerationem huius affectus non obstupescat? Quis non expertus intelligat, quonam modo ille, qui magnus est meritis, & qui sua merita, & virtutem non ignorat, potest se ipsum ita despiciere, vt flagitiosis hominibus se submittat? At hæc vitæ sunt spiritualis arcana, & huius sacræ scientiæ secreta, quæ peritissimis, id est, viris perfectis, reuelantur, non tantum vt ea loqui sciant, sed vt vitæ conuersatione compleat.

At quibus ad hunc gradum humilitatis assequendum iuuabimur? Primò quidem, si nos cum maioribus ac melioribus conferamus, ac comparatione illorum, nos (sicut re vera sumus) pusillos, ac imperfectos esse putemus. Dum enim quisque se minorem existimat, ad illum salutarem affectum, quo se minimum reputat, aditum parat. Solitarius equus, ait Climacus, nonnunquam currere videtur, at si gregi societur, tunc suam agnoscat tarditatem. ] Ne te solitariū aspicias, sed Sanctis, qui velocissimè in cœlum currunt, circumuallatum, sic tuam tarditatem agnosces, sic de tuis laboribus erubescēs, sic te, si non minimum, at minorem reputabis, & ex hoc tanquam ex initio ad illud, vt te minimum sentias, progressum facies. Pauper diuitibus circumseptus, pauperior sibi videtur; & literatus, magistris sapientissimis associatus, quantum sibi ad perfectam sapientiam desit, agnoscit. Sic iustus dum se viris sanctissimis Dominico, Francisco, Ignatio, & aliis similibus comparat, suum omnem profectum quasi nihilum reputat. Deinde iuuat, si virtutum sublimitatem, ac perfectionem mediteris, à qua te quàm longissimè distare conspicias, & sic de te submissius sentire assuesces. Sic quidam strenuus frater (auctore eodem Climaco) hanc sui despicientiam comparabat, de quo hæc scribit. Cuidam fortissimo Athleta Christi, qui ad hanc beatissimam virtutem festinabat, impuri demones laudem in corde subfeminabant. At ille diuina inspiratione malignorū spirituum nequitiam pio, & religioso compendio vincere aggredditur. Describit in cellula pariete altissimarum virtutum appellationes, putat perfectæ charitatis, angelicæ humilitatis, mundissimæ orationis, incorruptibilis castitatis, & huiuscemodi virtutum reliquarum. Cùm ergo illum cogitationes extollere cœpissent, dicebat illis: Eamus ad arguentē, aduenientē; te legebat appellationes illas, subiq; ipsi clamabat: Cùm has omnes possederis, tunc scies quàm longè adhuc à Deo sis. Cùm enim eas possederis, [seruus eris inutilis, fecisti enim, quod facere debuisti. ] Præterea confert maximè ad hunc gradum acquirendum, oculos à propriis meritis & virtutibus auertere, nisi cùm aliud affectus gratitudinis postulat, & in peccatis ac defectibus figere. Nam homo, qui sæpe sua mala considerat, eum certè affectum generabit,

2. Reg. 24. 15.

iosue 7. 5.

Exodi. 6. 20. 5.

Climac. grad. 25.

Climac. ibid.

Luce 17. 10.

quem



quem hæc consideratio solet parturire, vt se pusillum & imperfectum, & cæteris vilioiorem reputet, qui tanta in se mala cognoscit. Hunc monet Gregorius, vt interdum bona sua nesciat, ne propterea notitia eorum per superbiam eleuetur. Bona, inquit, nostra & ignorare sapienter, & scire aliquando vtiliter debemus. Ignoranda quidem sunt, ne infirmis nobis elationem præbeant; sed à perfectioribus scienda sunt, vt per deuotionem crescant. Tandem concludit omnia beneficia Dei, vt debita nostra, sicut re vera sunt, aspicere. Nam si quo plus habemus bonorum, eo amplius debitores sumus, merito quò meliores sumus, eò submissius de nobis sentimus, & omnibus tanquam pluribus debitis onerati, submittimur. Quisquis tibi, o Domine, inquit Augustinus, enumerat vera merita sua, quid tibi enumerat, nisi munerera tua? Et venerandus vir Ioannes Ruibrochius ait, eum, qui nunquam peccauit, aut minus peccauit, maiorem causam humilitatis habere, quam illum, qui magna peccata commisit: quia videlicet maiorum bonorum debitor est; quare debet se quasi maioribus obligationibus astrictum, magis submittere. Est, inquit, & alia præclarior humilitatis causa, quam ignorare non debemus. Intemetata namque Dei genitrix, gloriosa semper Virgo Maria, cum ab omni peccato sit præseruata, maiorem se humiliandi causam habet, quam beatissima Maria Magdalena, quæ sic diuina bonitate à peccatis liberata, sicut Virgo gloriosa ab ipsis præseruata fuit. Maius autem beneficium est, à vulneribus illæsum seruari, quam inflicta curare vulnera. Itaque præclarius est, & maiori dignum gratiarum actione, seruari à peccatis, quam de admissis consequi veniam. Quanto autem cumulatiora sunt in nos beneficia Dei, tanto & nos illi cum humilitate ac reuerentia gratias abundantiores agere sumus adstricti. Non solum de peccatis nobis misericorditer indultis, sed multò magis de iis quoque, in quæ incidere poteramus, nisi sua nos bonitate ipse custodisset; & non tantum de beneficiis iam collatis, sed de omnibus quoque bonis illis, quæ collaturus erat, nisi nostra hoc malitia præpedisset. Vnde si quis solemter aduertere velit, ex ipsis quoque virtutibus à Deo collatis, & ex Dei bonitate, quæ à profundiori ipsi ruina præseruauit, maiorem, præclarioremque humilitatis rationem, quam ex hoc, quòd lapsus à Deo veniam meruit, & indulgentiam habet, inuenitque. Hæc ille. ] Omnia ergo hæc prospera, siue aduersa, siue bona, siue mala, nos ad hunc gradum humilitatis instigant: omnia nos ad hoc mittunt, vt nos minimos esse putemus. Quoniam pusillus est, qui semper peccatis & imperfectionibus vincitur; nec non & pusillus est, qui non ex se, sed ex dono gratiæ, & ex beneficiis quotidie susceptis, à maioribus malis seruatur. Minimus denique est, qui ex se nihil habet, & quequid habet, gratis ab alio recipit; & beneficiis, quæ recipit, nunquam cumulatè respondet.

*De quinto Gradu Humilitatis, qui est: Nol-  
le ab hominibus honorari, &c.*

CAPVT VI.

**V**l se ipsum vilissimum ac minimum omnium existimat, quod quarto humilitatis gradu est consecutus, faciliè ad quintum adueniet, vt scilicet ab hominibus magni æstimari, honorari, aut laudari non velit. Honor enim, & laus

**A** magnis ac præclatis vitis debita est, qui perfectissima virtute eminent, qui egregijs operibus yacant, suæque auctoritate alios quali humeris sustentent. Quæ autem dementia esset, si homo proprio iudicio suo minimus omnium, ac nullius pretij existimatus, sibi eos honores, eaque laudes cuperet, quas non conuersatio iners, sed vita immaculata, & vtilissimis ac præstantissimis operibus occupata deposcit? Eugam honoris, ac laudis humanæ, in hoc quinto humilitatis gradu positam, ab ipso Magistro humilitatis accepimus, qui ad homines veniens, statim pauperem, secundum mundi gloriam, & vitam nullis caducis honoribus splendidam, sed despicabilem ac obscuram, elegit. Potuit ille quidem ex hominibus ditissimis, & qui tunc in mundo regnarent, nasci: potuit, regnum Israëliticum temporale, aut certè Pontificiam dignitatem obtinere, & exequi: potuit, regum & Principum more, vitis nobilissimis & regali satellitio constipari. Potuit, sed noluit, & hæc omnia mundi magna contempsit, paupertatem autem, & infimum locum, & ignobilium societate amauit, vt sectatores suos tantæ humilitatis exemplo ad contemnendos honores, & fugiendas laudes adduceret. Semel, post satiata turbam quasi quinque millium hominum, sine paruulis ac mulieribus, in deserto, tanto percussæ miraculo gentes ille ipsum regem ac clamare voluerunt. Ipse autem quid fecit? Cum cognouisset, inquit Euangelista, quia venturi essent, vt raperent eum, & facerent eum regem, fugit iterum in montem ipse solus. ] Noluit temporaliter regnare, & imperare hominibus, sed ministrare illis, vt superbiam illorum retunderet, qui de obtento honore ac mundi dignitate lætantur, & non parum moerent, cum in ordinem rediguntur. Qui profectò tam cæci esse solent, vt sibi persuadeant, se ad imperandum ac gubernandum fuisse natos, tempusque terere, quod non in amplissimo munere gerendo posuerint. Sed Christus, o superbe, aptus erat ad gubernandum, & ad munera reipublicæ Christianæ gerenda, nec à potioribus redemptionis nostræ muneribus imperio temporali distrahatur, & tamen noluit illud admittere, vt disceres, tuam cecitatem & elationem agnoscere, & te ab honorum desiderio subtrahere. Quare Gregorius bene ait: Sed quia idcirco in carne apparuit, vt non solum nos per passionem redimeret; verum etiam per conuersationem doceret, exempli se sequentibus præbens. rex fieri noluit: ad crucis verò patibulum sponte peruenit. Oblatam gloriam culminis fugit; penam probrosæ mortis appetit: vt membra eius videlicet discerent, mundi fauores fugere; terrores minimè timere; pro veritate, aduersa diligere; prospera, formidando declinare; quia & ista sæpe per tumorem cor inquitnant, & illa per dolorem purgant. In istis se animus erigit; in illis autem, etiam quando se erexerat, sternit. In istis homo sui obliuiscitur; in illis verò ad sui memoriam, nolens etiam coactusque reuocatur. In istis sæpe & ante acta bona deperunt; in illis autem longi quoque temporis admissa terguntur. Nam plerumque aduersitatis magisterio, sub disciplina cor premitur, quod si ad regiminis culmen eruperit, in elatione protinus vsu gloriæ permutatur. Sic ille. ] Iterum à quoniam laudatus est, sic eum interrogante: Magister bone, quid faciens vitam æternam possidebo? Statim autem laudationem reiecit. [Quid me dicis bonum? Nemo bonus nisi solus Deus.] Quæ sententia bonitatem naturalem, ac per essentiam (vt vocant) soli Deo tribuit, ac sibi non vt homini (sic enim erat bonus participatione) sed vt Deo conuenire monstrauit. Hoc verò factò, o homo, tuâ quoque leuitatem reprehendit, qui passim inanes laudes aucu-

Greg. lib. 4. in 7. Reg. ad c. 10.

August.

Ruibrochius lib. de quibusdam precipuis virt. ca. 10.

Item. 6. 11.

Gregor. 1. p. Pastor. 6. 3.

Luca 18. 18. 19.



pas, & ex his etiam, quæ non habes, ab hominibus efferti & prædicari curas. In quo quàm sis inanis, ostendis, qui vento pascaris, & mendacissimo hominum plausu te implere & satiare præsumis.

Hanc eandem viam omnes Sancti ac Deo dediti homines ingressi sunt, qui nec honores ambierunt, nec ab hominibus laudari curarunt. Lege ipsorum egregia facinora, ac historias de illorum vita scriptas euolue, & contemptum honoris ac laudis vanæ, in quo eminuerunt, admirabere. Quidam eorum, virtutes eximias, quibus præditi erant, absconderunt: alij, mirabilia, quæ patrabant, immo & stupenda miracula à Deo per ipsos facta, prout sibi fuit possibile, tacerunt: alij, à ciuitatibus, & regionibus, in quibus laudabantur, & honore afficiebantur, fugerunt: alij, delatos honores, & amplissimas dignitates recusarunt. Erat vitæ illorum dux, Saluator noster Christus, quem non verbo tantum, sed multò magis opere & veritate imitari gestiebant; & ideo quod ipse respuit, abiecerunt; & quod ipse voluit, nempe contemptum honoris & laudis, amplexi sunt. Nec se nimis coegerunt, vt honores spernerent; quoniam se indignos honore putantes, facile hanc mentem induebant, vt sibi non debita refutarent.

Quamuis autem humiles, laude & honore affici nolint, ex eo quòd se putent bono laudis & honoris indignos, tamen multa in honore humano reperiunt, propter quæ contemnendus sit, & ab homine sapiente, nihili reputandus. Honos namque, & laus ab hominibus delata, inanis est, nullaque veritate aut stabilitate desiderabilis. Honos iste non in honorato, sed in honorante est, nam est sententia de honorato concepta. Hæc autem sæpissime non veritati, sed vanæ existimationi nititur, & impuris honorantis affectibus roboratur. Si enim iste prædas & rapinas in pretio habeat, eos honore prosequitur, quos videt corpore robustos, neruis præualidos, & audacia ad diripiendum intrepidus. Si delicias amet, & carnis voluptates, laudat diuites, & rerum temporalium possessores, tanquam eos, qui pecunia, cui obediunt omnia, possunt, quæ delectent, mercari. Si curiositate pascatur, illos honore afficit, quos literatos, & sciolos, & loquaces nouit. Si superbia & ambitione tumeat, honorat publicis muneribus, & dignitate fulgentes. Quid dicam? Ipsi virtutis amatores sæpe suspiciunt magis, & honorant, non iustiores & sanctiores, sed quos vident esse magis suo ingenio & nature conformes. Ac tandem hic honos, istaque laus ab hominibus delata, non nos meliores facit, sed in nobis bonitatem, ob quam honoremur, supponit. Qua si careamus, eo ipso, quòd honoramur, contemptibiles efficiamur. Est enim indignum honorare, non aliud, quàm honore histionem, regis personam agentem, afficere. Non ergo honos, aut laus appetenda est, sed vera laudis & honoris causa. Quæ profectò non est alia quàm vera virtus, & conscientia immaculata, & hominis Deo fideliter seruientis vita non ficta. Vnde Augustinus ad quendam hæreticum verba faciens, ait: Senti de Augustino quicquid libet, sola me in oculis Dei conscientia non accuset. Et ad alium: Si autem non aurem solam percutit iracundia criminantis, verumtamen conscientiam mordet veritas criminis, quid mihi prodest, si me continuis laudibus totus mundus atrollat? Ita nec malam conscientiam sanat præconium laudantis, nec bonam vulnerat conuiciantis opprobrium. ]Didicit hunc contemptum laudis humanæ Augustinus à Paulo dicente: Mihj autè pro minimo est, vt à vobis iudicer, aut ab humano die,

August.  
lib. com.  
Secund. c.  
1. v. 6.  
Idem lib.  
3. 407.

1. Cor. 4.  
3.

A Quis nam est, Paule, humanus dies? An naturalis lux, & ratio, quæ immensa Dei opera vult suæ capacitatis angustia concludere? An humanus intellectus, qui sine luce Dei fallitur, & occulta nequit aspicere? An dies huius vitæ, in quo homines, vt sibi videretur, res exculant, aut damnant, quo vique veniat dies Domini, qui non pro vanis hominum opinionibus, sed pro meritis omnia diiudicat? Hos omnes dies, ac vniuersa humana iudicia, pro minimo habet Paulus, & laudes, aut vituperationes ab hominibus prouenientes, pro nihilo ducit, quia scit, mentis virtutem, & conscientiam munditiam, non esse in signis honore afficientis, nec in ore laudantis, sed in assidua bonorum operum exercitatione iuste viuientis.

Nec solum laudes humanæ inanes sunt, verum & sunt adeò exiguæ, & angustæ, vt hac sola ratione essent aspernandæ. Nam breues terræ limites non transcendent, & in vno regno, aut vna Prouincia à paucis deferuntur: & laude digni ab his paucis non semper, sed ad modicum tempus laudantur. Noui ego quendam, ad cuius conciones magna hominū turba confluebat, qui eo die, quo ad populū eximio plausu verba fecerat, post tertiam noctis horam, quando homines se somno dare cōsueuerunt, ita secū cogitabat: Erit ne aliquis nunc in tota vrbe, qui mei sermonis recordetur? Certè nullus. Si ita est, quòd iam mei recordatio apud omnes istos cessauit, vanum erit, ex tanto labore tam breuem laudem querere, & etiam ad veram laudem, quæ ex Deo est, & nunquam desinituram, non tota mentis contentione festinare. Sed hæc angustias honorum, & laudum humanarum, gratum erit ex ore ipsius sapientiæ, quam Boetius Seuerinus loquentem inducit, audire. At illa, inquit, at qui hoc vnum est, quod præstantes quidem natura mētēs, sed nondum ad extremam manū virtutum perfectione perductas, allucere possit, gloriæ scilicet cupido, & optimorum in re publicam fama meritorum. Quæ quàm sit exilis, & torius ponderis vacua, sic confidera: omnem terræ ambitum (sicut astrologis demonstrationibus accepisti) ad cæli spacium, puncti cōstat obtinere rationem, id est, vt si ad cælestis globi magnitudinem conferatur, nihil spacij profus habere iudicetur. Huius igitur tam exiguæ in mundo regionis, quarta ferè portio est (sicut Ptolomæo probante didicisti) quæ à nobis cognitis animantibus incolatur. Huic quartæ, si quantum maria paludèque premunt, quantumque siti vasta regio distenditur, cogitatione subtraxeris, vix angustissima inhabitandi hominibus area relinquetur. In hoc igitur minimo puncti quodam puncto circum septi, atque conclusi, de peruulganda fama, de proferendo nomine cogitatis? At quid habet amplum magnificumque gloria tam angustis exiguisque limitibus arctata? Adde quòd hoc ipsum breuis habitaculi septum plures incolunt nationes, lingua, moribus, totius vitæ ratione distantes, ad quas cum difficultate itinerum, tum loquendi diueritate, tum commercij insolentiâ, non modò fama hominum singulorum, sed ne vrbium quidè peruenire queat. Etate deniq; Marci Tullij (sicut ipse quodam loco significat) nondum Caucasum montem Romanæ reipublicæ fama transcederat, & erat tūc adulta, Parthis etiam, cæterisque id locorū gentibus formidolosa. Vidēsne igitur quàm tæ angusta, quàm cōpressa gloria, quam dilatare ac propagare laboratis? An vbi Romani nominis transire fama nequit, Romani hominis gloria progredietur? Quid quòd diuersarum gentium mores inter se, atque instituta discordat, vt quod apud alios laude, apud alios supplicio dignum iudicetur? Quo fit, vt si quem famæ prædicatio delectet, huic in plurimos populos nomen

Boet. lib.  
2. de con.  
4. p. 7.

proferre



proferre nullo modo conducatur. Erit igitur peruagata inter suos gloria quisque contentus, & intra vnius gentis terminos præclara fama immortalitas coarctabitur. Sed quam multos clarissimos suis temporibus viros, scriptorum inops deleuit obliuio? Quamquam quid ipsa scripta proficiunt, quæ cum suis auctoribus premit longior atque obscura vetustas? Vos verò immortalitatem vobis propagare videmini, cum futuri famam temporis cogitatis. Quod si ad æternitatis infinita spacia petrahes, quid habes, quod de nominis tui diuturnitate lateris? Vnius etenim mora momenti, si decem millibus conferatur annis, quoniam vtrumque spacium definitum est, minimam licet, habet tamen aliquam proportionem. At hic ipse numerus annorum, cuiusque quantumlibet multiplex ad interminabilem diuturnitatem, ne comparari quidem potest. Etenim finitis ad se inuicem fuerit quædam, infiniti verò, atque finiti nulla vnquam poterit esse collatio. Ita fit, vt quantumque prolixi temporis fama, si cum inexhausta æternitate cogitetur, non parua sed planè nulla esse videatur. Vos autem nisi ad populares auras inanè, que rumores rectè facere nescitis, & relicta conscientia virtutisque præstantia, de alienis præmia sermunculis postularis. Hactenus ille. Cuius verba, si attentè considerentur, satis euidenter aperiuunt quantæ sint humanorum honorum, ac laudum angustia; quorum cumulus in cor humanum iniectus, non magis, quam guttula aquæ, capacitatem maris, implebit. Esto ergo quòd mundi honos vetus sit, quia tamen exiguus est, à magnis animis, quales sunt animi humilium, debet despici: quia nunquam magnanimus exigua & vilia magni reputabit. Est autem humilis semper magnanimus; qui seipsum & omnia exigua despicit, & in solo Deo veræ magnitudinis, quam semper appetit, auctore confidit.

Est etiam res infamis & ignominie plena, honorem, ac laudem propter seipsum, aucupari. Quod quidem ipsum est superbi & ambitiosi manifestant. Hi enim voce nunquam suis præfationibus honorem huius sæculi tanquam finem præfigunt, sed aut bonum reipublicæ, aut custodiam disciplinæ, aut occupationem talenti commissi sibi, aut alios honestos fines se desiderare prætendunt. Si autem dignam existimassent, ad honorem, aut laudem, tanquam ad finem respicere, hoc fateri non erubescerent. Discipuli sanè Domini cum de prælatione & honoribus disputassent, rubore suffusi sunt, quòd id Dominus cognouisset. Interrogabat eos, inquit Marcus, quid in via tractabatis? At illi tacabant: si quidem in via inter se disputauerant, quis eorum maior esset? Quare tacerent? nisi quia rem probrosam putarunt, de primatu contendisse, & ad prælationem aspirasse. Et in hoc sensu ego illud Ioannis Climaci dictum intelligo: Cenodoxia, id est inanis gloria, pro honore ministravit ignominiam, suis enim discipulis irata, confusionem illis maximam indixit. Quomodo ex inani gloria confusio & ignominia generatur? Ita quidem, quòd vanæ laudis, & honoris mundani cupidi, sæpe illa faciunt, ex quibus suum superbium desiderium detegitur, ob quod ab aliis tanquam elati & ambitiosi damnantur. Et contra verò, qui has hominum laudationes plaususque contemnant, omnes in sui admirationem rapiunt. Sicut illa genere nobilissima, sed sanctitate multo nobilior & illustrior, Paula, de qua ait Hieronymus: quòd fugièdo gloriam, gloriam merebatur, quæ virtutem, quasi vmbra, sequitur, & appetitores sui deserens, appetit contemptores. Merito profectò laus sectatores suos fugit

A quali laudis & honoris indignos. Nam indignus est laude, qui laudem propter ipsam appetit, & non finem operum suorum in beneplacito Dei, atque in vera virtute, constituit. Hunc omnes detestantur, tanquam ordinis subuersorem, qui virtutum functiones in ipsam vanitatem intorquet; qui in ancillam sponse suæ (nam virtus sponsa est viri iusti, & laus virtutis ancilla) oculos impudicos iniicit: & qui, quod sibi quali in additamentum datur, optimam esse substantiam, propter quam virtus quærenda sit, dicit. Si vis ergo, o iuste, verè laudari, & honore affici, ab hac infamia te libera, quòd velis laudes honorisque conquirere. Hæc namque voluntas malam de te in cordibus aliorum opinionem generat, quòd superbia tumeas, & velis non tam studiosus esse, quam apparere, & non de veritate, sed de virtutis ostensione laudari. Potius ex humilitatis affectu à laudibus humanis absconde te ipsum, & in infimo loco constitue, vt inde ad celsiorem exalteris. Ne gloriosus appareas coram rege, nec tuam coram illo summo rege, qui omnibus præsidet, & vniuersa intuetur, aut sapientiam, aut virtutem ostentes: [ & in loco magnatorum ne steteris, ] nec eorum honorem, aut dignitatem habere procures. [ Melius est enim, vt dicatur tibi, Ascende huc, quam vt humilieris coram principe. ] Humiliaberis autem, si honorem tibi non debitum aut appetere aut captare præsumperis.

C Aliud quoque reperimus mundanorum honorum laudemque periculum, quòd dum honores ac laudes, quasi præmia sanctarum actionum, exquirimus, æternum præmium illis destinatum posthabemus. Er sicut diuiti epuloni dictum est: Fili recorde, quia recepisti bona in vita tua: ita his, qui honores quæserunt, dicitur: iam præmia vestrorum operum recepistis, non est cur aliud accipiendum expectetis. Er sanè alio loco honos, & laus humana à vanis hominibus experita, merces elemosynarum, & honorum operum, à Domino vocata est. [ Amen dico vobis, ait, receperunt mercedem suam: ] non quidem quia inanis laus condignum sit præmium bonarum actionum: sed quia ista ob vilem finem facta, viles & mala redduntur, & maius præmium non merentur. Misera est ergo illorum conditio, qui ex suis laboribus honorem quærunt, quoniam vili præmio sibi satisfieri concupiscunt. Qui enim pro virtute, quam agit, ait Gregorius; humanos fauores desiderat, tem magni meriti vili pretio venalem portat. Et vnde cæli regnum mereri potuit, inde nummum transitorij sermonis quærat. O nummum despiciabilem, & nec respectu hominis dignum, quoniam si contempseris, ex tuis laboribus thesaurum cælestem reportasses. Sed quia aspernari non audes, & quasi dignam mercedem tuarum operationum assumis, eris instar scirpi, de quo inquit Iob: Humectus videtur antequam veniat sol, & in ortu suo germen eius egreditur. Virebis enim, & florebis in conspectu hominum, antequam sol iustitiæ Christus ad iudicandum adueniat, & in ipso ortu operum tuorum, germia eorum, nempe hominum laudes, & acclamationes, habebis. [ Super acerrum petrarum radices eius densabuntur, & inter lapides commorabitur. ] Cogitationes tuas, quæ sunt veluti radices operum, ad acerrum petrarum mittes, quia ex hominibus factis & sterilibus, qui in petris signantur, humorem vanarum laudum suges, & in æstimatione, quam apud eos obtineas, morari concupisces. [ Si absorberit eum de loco suo, negabit eum,

D Qui enim pro virtute, quam agit, ait Gregorius; humanos fauores desiderat, tem magni meriti vili pretio venalem portat. Et vnde cæli regnum mereri potuit, inde nummum transitorij sermonis quærat. O nummum despiciabilem, & nec respectu hominis dignum, quoniam si contempseris, ex tuis laboribus thesaurum cælestem reportasses. Sed quia aspernari non audes, & quasi dignam mercedem tuarum operationum assumis, eris instar scirpi, de quo inquit Iob: Humectus videtur antequam veniat sol, & in ortu suo germen eius egreditur. Virebis enim, & florebis in conspectu hominum, antequam sol iustitiæ Christus ad iudicandum adueniat, & in ipso ortu operum tuorum, germia eorum, nempe hominum laudes, & acclamationes, habebis. [ Super acerrum petrarum radices eius densabuntur, & inter lapides commorabitur. ] Cogitationes tuas, quæ sunt veluti radices operum, ad acerrum petrarum mittes, quia ex hominibus factis & sterilibus, qui in petris signantur, humorem vanarum laudum suges, & in æstimatione, quam apud eos obtineas, morari concupisces. [ Si absorberit eum de loco suo, negabit eum,

Pror. 25. 67.

Lucæ 16. 25.

Matth. 6. 23-5.

Gregor. 8. mor. c. 28.

Iob. 8. 16.

n. 17.

n. 18.

Marc. 9. 32.

Climac. grad. 21.

Hieron.



Matt. 23. 12.

& dicit: Non nouite. Cum Deus te à viuis subtraxerit, nequaquam te seruum agnoscat; dicitque, quod fatuus virginibus dixit: Amen dico vobis, nescio vos. Quia opera licet ex genere bona, accepta non habet, quæ præpostera intentio captanda laudis humane à sua bonitate deiecit. Est ergo vanus honor ex sancta conuersatione quæsitus, qui nos celestibus præmiis euacuat, & thesaurum illum, quem in æterna patria speramus, pro inani fauore & momentaneo commutat.

His & aliis rationibus solent viri iusti seipfos ad contemnendum honorem adducere. Et præcipua causa huius contemptus est, quia seipfos honore ac laude indignos existimant. Ad hunc sanctum affectum despiciendi honoris se adigunt, quia pro contempto habent, eos, qui verè & ex animo iter spiritus ingrediuntur, semper mundi honores, & hominum laudes fuisse aspernatos. Et sicut pauci sunt, qui se totos Deo consecrant, non iam religiosa professione, sed vita: ita pauci sunt, qui ad hunc gradum humilitatis perueniant. Nam, experientia teste, ait Laurentius Iustinianus, pauci reperiuntur numero in comparatione cæterorum, qui saltem naturali exagitatione impulsu, præesse potius non ambiant, quam subesse; laudari magis appetant, quam despici, atque plus concupiscant ab hominibus boni existimari, quam mali. Hos paucos tu, o amator humilitatis, imitaberis, & appetitum laudis honorisque frenabis. Si quid habueris, cui laus & honos debeatur, illud, si poteris, prudenter abscondes. Periculosum est, talentum ad laborandum abscondere, & in sudario ligare: at valde tutum est, causas accipiendi honoris & laudis occultare, & quemque se ab occasione elationis subtrahere. Moses sciens faciem suam radios lucis emitte ex consortio Domini, [posuit velamen super eam,] vt splendore radiis temperaret, & illud donum quasi absconditum possideret. Sic vir humilis dona sibi concessa, humilitatis velo cooperit, ne dum sunt sibi honoris & laudis causæ, sint etiam occasiones ruinae. Tege & tu splendorem tuum, occulta bona tua, ne ea fures, siue fauores humani, deprædentur. Si Deo placitum fuerit, ipse te manifestabit, ipse te è latebris extrahet, & super candelabrum ponet. Si autem ipse non dixerit: Ascende superius, caue ne ascendas, ne honores & laudationes iniquitas, quia eas fortassis diabolus tibi suppeditabit, vt pereas. Hoc ingenium humilium est se abscondere, & ex sola voluntate Domini, ipsos manifestantis, & ad honores euentis, velle honorari. Quare Gerson optimè ait: Verè humilis est, qui ex vera sui cognitione sibi vilescit. Hic se diuinis gratis indignum computat, hic laudes horret, proprias veluti insidiatrices, tollere volentes ipsum in altum, vt lapsu grauiore ruat. Propterea deicit se iugiter in terram suæ fragilitatis, pro vt de Anteo Gigante fingit fabula, cui ex casu suo in terram vires augebantur, sed in sublime leuatus ab Hercule strangulatus est. Hic se in omnem creaturam Dei peccasse fateretur, in cælum, & terram, & omnia, quæ in eis sunt. Nullam ergo flagellationem ab eis reicit, nullam læsionem, iniuriam nullam. Hic denique iudicia Dei magna, & occulta [velut rumentes super se fluctus] expauescit. Iam in his verbis audiisti radicem huius gradus, quem in ascensu humilitatis constituimus. Licet enim ad despiciendos honores, & laudes, prædictis rationibus moueri possimus, tamen verus humilis fauores humanos contemnit, & reicit, quia indignum illis se esse cognoscit. Cogitat se peccasse, cogitat, iniuriis, quibus Deum offendit, omnes etiam creaturas læsisse: cogitat, incomprensibilia esse iudicia Dei, qui non semel con-

Iusti. lib. de Humilit. c. 1.

Exod. 34. 33.

Luc. 14. 10.

Gerson. ser. in ca. na Domini. 2.

Iob. 33. 23.

A suevit nonnulla bona facta reprobis temporali prosperitate premiare, & eos à regno perpetuo reuicere. Rectum ergo putat, qui humilis est, honorem sibi non debitum non appetere, & vt æternum in cælis honorem habeat, temporalem honorem & inanem laudem despiciere.

De Sexto gradu Humilitatis, qui est de desiderare ab alijs contemni, & vilis haberi.

CAPVT VII.



MAGNUM & rarum est, honores non cupere, & laudes non appetere; sed multo maius atque sublimius, oppositum honorum & laudum, scilicet despicientias & vituperationes, optare. A quinto illo gradu ad hunc sextum ascendendum est; nec difficile erit tibi, si velut aquam bibisti iniquitatem, & aliquam notitiam tuæ scditatis habes, penam etiam iniquitati debitam, nempe contemptum ac vilipensionem, potare. Redemptor certe tuus hanc aquam contemptum & iniuriam, pro te potauit, & nimium desiderauit, vt te ad huiusmodi desiderium alliceret. De eo quippe scriptum est: Ponet in puluere os suum, si forte sit spes. Dabit percipienti se maxillam, saturabitur opprobrijs. Ille quidem, ait, præ abundantia humilitatis, de seipso submissè sentiet, & tanquam homo peccatis oneratus (& oneratus illis erit, sed alienis, non proprijs) nec oculos in cælum attollet, immò in terram se prosterner paratum ab omnibus conculcari. Id autem faciet, sperans quòd suo tempore exaltandus sit, & ad Patris dexteram collocandus. Non sibi sufficiens videbitur, contumelias & opprobria sustinere, sed præ desiderio contemptus, maxillas vltro percipientibus offeret, & tanquam maximam iniuriarum appetentiam habens, ad mensam eorum accumbens, se opprobrijs & despectibus satiabit. Et ipse Dominus per Isaiam ait: Corpus meum dedi percipientibus, & genas meas vellentibus, faciem meam non auerti ab increpantibus, & conspuentibus in me. Sponte inquit, immò & libenter meipsum ad opprobria sustinenda disposui. Non me subtraxi, non me abscondi, sed præ desiderio contemptus me increpantibus & conspuentibus obtuli. Ab illo ergo hanc appetentiam vilipensionum discamus, nam opprobrium non modicum est, nos, discipulos eius qui opprobria dilexit, opprobria fugere, & contumelias detestari. Vnde Cyprianus hunc locum adducens ait: Et quisquam per ipsum nunc, atque in ipso viuens, extollere se audet, & superbire, immemor & factorum, quæ ille gessit, & mandatorum, quæ nobis vel per se, vel per Apostolos suos tradidit? Quod si non est maior domino suo seruus, qui Dominum sequuntur, humiles, & quieti, & taciturni vestigia eius imitentur. Desiderauit igitur Magister noster Christus despici, atque contemni, & lætitiæ signis ciuitatem, in qua passurus erat, intrauit. Ostendit & illis verbis: Baptismo habeo baptizari, & quomodo coactor vique dum perficiatur? Baptismum appellat mortem, cruciatum, alapas, sputa, contumelias, contemptus, iniurias: quia hæc omnia adueria & horribilia illi præ amoris magnitudine instar balnei erant, in quo ad fomcatum mergeretur. Arctabatur cor eius sanctissimum, & angustabatur contemptionum & iniuriarum desiderio, vt nos ad hæc desideranda concitaret, quorum præsidio nobis æterna gloria proueniat. Tanta Domini dignatio est, inquit Beda, vt infundenda nobis

Thom. 3. 29.

Isa. 50. 6.

Cypri. lib. 1. epist. 7. ad Rogatian.

Luc. 12. 50.

Beda lib.

De Humilitate Tom. II



nobis deuotionis, & consummandæ perfectionis in nobis, & maturandæ pro nobis, studium passionis sibi inesse testetur. Qui cum in se nihil habuerit, quod doleret, nostris tamen angebatur siue coarctabatur ærumnis: & sub tempore passionis, mœlitiã prætendebat, quam non ex metu mortis suæ, sed ex mora nostræ redemptionis assumpserat. Si ille angebatur, vt pro nobis ludibria sustineret; quàm rationi contentaneum est, vt nos desiderio contemptus angustemur, vt per illum tanquam per humilitatis gradum perfectissimũ, cœlestes honores consequamur?

Fortassis cogitabis hanc humilitatem adeo perfectam, vt irrisiones & contumelias concupiscat, esse humilitatem hominis Dei, quam purus homo desiderare quidem potest, sed habere omnino non potest. Falleris propterea, si ista cogitas; nam & sancti homines gratia Dei adiuti, ita appetitũ honoris & laudis vicerunt, vt eam perfectè consequerentur. Elset præter institutum nostrum id exemplis comprobare. Sed si tu versatus fueris in legendis Ecclesiasticis historiis, statim memoriã occurret magna turba sanctissimorum virorum, qui dignitates oblatas contempserunt, & iam habitas constantiter repudiãrunt, vt contemptum honori præponerent, & in humili statu delitescerent. Alij spiritu Dei acti, aliqua gesta omnium oculis obiecerunt, non quidem mala, sed primo aspectu inepta, & hominibus sapientiã studiosis indigna, quibus sibi stultorum & viliũ nomen acquirerent. Hoc autẽ, nõ pusillanimitatis sed magnanimitatis est opus. Sunt enim humiles, mente sublimi & excelsa, qui ista caduca, & communibus hominibus admirabilia, contemnunt, & sola cœlestia concupiscunt.

Quis ambigat huius gradus humilitatis participem fuisse Paulum, qui dicebat: Complaceo mihi in infirmitatibus meis, in cõtumeliis, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustiis pro Christo. Gaudium namque & exultatio, rei est præsentis, antea concupit, & multis votis desiderata. Si ergo Paulus in persecutionibus & contumeliis presentibus exultabat; absque dubio cum absentes erant, appetebat, & pro amore Christi eis subesse desiderabat. Quis etiam neget, reliquos Apostolos eodẽ gradu fuisse positos? Qui ibant gaudentes a conspectu concilij, quoniam digni habitũ sunt pro nomine Iesu contumeliã pati.

Eadem enim ratione conficitur, eos, contumelias, irrisiones, & ludibria cupiuisse, quorum præsentia lætabantur. Hos viri perfecti sequuti sunt, qui cõtumeliam ac despectionẽ desiderio aliqua sibi reprehensione digna esse finxerunt. Quorum memoriã faciẽs Ioannes Climacus, hæc inquit: Si hic tandem finis, & ratio, & modus est supremæ superbiæ, virtutes, quæ nõ ad sint, gloriæ causã simulare, id profectò erit altissimæ humilitatis argumentum; culpas, quæ itidem non ad sint, in quibusdam rebus, vilitatis causã, vel gratia, confingere. Quod fecit, qui panem & caseum sumpsit in manibus, abiectionis suæ gratia. Et sanctus ille, qui veste reiecta, absque vlla passione, quippe castissimus, ciuitatẽ circueiuit nudus. Non metuunt huiusmodi iam, neque curabunt hominũ offensam, cum iam per orationem, virtutem eam consecuti sunt, vt omnes inuisibiliter ædificent, cunctisque satisfaciunt. Qui prius curat, secundo isto se carere significat. Vbi enim Dominus nos audire paratus est, ibi omnia facere tutò valemus; præstat enim cõtristare homines, quàm Deum. Gaudet quippe Deus, cum nos contemendã vanissimæ elationis causã promptè videt ad ignominias currere. Parat autem huiusmodi certamina superna peregrinatio. Magnorum enim re vera est pari, suis esse ludibrio. Non te ea, quæ dicta sunt, perturbent. Nemo vnquam repentè vno simul passu

A scala gradus omnes conscendere potuit. In hoc cognoscet nos Dei esse discipulos, non quia nobis dæmonia obtemperant, sed quia nomina nostra in humilitatis cœlo conscripta sunt. Hæc ille. Non licet quidem humilitatis assequendæ gratia mentiri, neque per mendacium, aut falsitatem, aliquid reprehensione dignum nobis inesse confingere. At ex desiderio contemptus, defectus proprios aperite, aut quod nobis probro dari potest, sine vilo peccato simulare, fecerunt illi viri sanctissimi, qui non minori cura irrisiones pro Christo, quàm mundani honores, amplexi sunt. Faciunt & nunc aliqui eodem humilitatis desiderio succenti. Nam & nos necdum fenestram sumus, & in hoc genere mirabilia inter nostros vidimus, dum voluerunt illorum antiquorum feruorem æmulari.

B Est verò hoc desiderium contemptus, virtutum operimentum optimum, quo pulchra custodiuntur, & munda. Puluis enim inanis gloriæ adeo viscosus est, vt faciliè præcordiis adhareat, & virtutes inficiat, quem vix poteris scopula multiplicis considerationis excutere. Quod ergo excutitum aduersus hunc puluerem remedium, nisi curate ne supra vestes animæ nostræ cadat, id est, ne ad virtutes accedat? Non accedet autem, si nos desiderio propriæ vilipensionis regamus, & honorem nostrum propter Christum contemni ac vilipendi putemus. Cor namque adeo spirituale, & serium, vt sui contemptum cupiat, gloria vana non titillar, & opertum hoc propriæ humiliationis desiderio puluis vilissimus laudis humanæ nõ fœdat. Præceptum est a Domino, vt tabernaculum pellibus regetur, ne ex imbribus, & ex puluere, & alijs similibus, aliquam immunditiam contraheret.

C Facies, inquit, & operimentum aliud recto de pellibus arietum rubricatis, & super hoc rursum aliud operimentum de ianthinis pellibus. Tribus operimentis tabernaculum reatum est, sagis nempe cilicinis, de quibus supra dictum erat. Facies & taga cilicina vndecim ad operiendum reatum tabernaculi: de pellibus rubris, & pellibus ianthinis. Sed quod est mysticum tabernaculum, nisi mens viri iusti, virtutibus & donis cœlestibus exornata, in qua Deus ipse habitare, & responsa dare cognoscitur? Hoc ad custodiam tribus operimentis tegatur: Primum sit cilicinum, quod corporis castigationem significat, & dum corpus domat, mentem seruat. Secundum sit ex pellibus arietum rubris, quod affectuum mortificationem indicat, & dum cordis motus inordinatos comprimit, mentem a peccato custodit. Tertium sit ex pellibus hiacinthinis, id est coloris cœlestis; hoc autem desiderium contemptionis & despicientiæ designat: nam qui illud habet, quasi a terra discessit, & se cœlestibus spiritibus iunxit. Huius autem desiderij præsidio se a proueniens ex laude humana immunditiis abscondit. Nam licet honores & laudes nolis, si hoc desiderio contemptus careas, cum offeruntur, gratè suscipies, & earum tactu fœdaberis. Necessè est ergo, oppositum honorum & laudum, scilicet in honorationem & vituperia, cupere, ne laudes oblatæ cor tuum per complacentiam tangant, illudque contagione sui tactus inficiant. Neglecto quippe hoc desiderio, non difficulter diabolus per honoris & laudis cupiditatem, non tantum iustorum virtutes fœdabit, sed etiam in præcipitium impellet. De quibus Prosper loquens, ait: Tantam itaque firmitatem, & tam sublime propositum qua impugnatione diabolus posset adorti, nisi vt quibus non potuerat persuadere vitiorum amorẽ, immitteret laudis cupiditatem; & inde nouissima instrueretur tentatio, vnde nocuit prima deceptio: Nõ itaque desidiis &

2. Cor. 13. 10.

Exodi. 26. 14.

7. 7.

Prosper p. 18. ad Deme. 11. 18.

2. Cor. 13. 10.

Abbr. 5. 41.

Climac. gradu 25.



tepidis, neque inertibus & incultis, sed magis quibusdam animis sedulis, & bonorum actuum probitate luculentis, per gloriam irrepit humanam: & quos impulsionem non mouit, elatione deiecit. Quanto enim clariore erant meritis, tanto eos aptiores suis inuenit insidiis. Hæcille. Quomodo igitur isti se ab huiusmodi insidiis liberabunt, nisi spernendo, quod diabolus obicit, & oppositum optando eius quod ipse proponit?

Ex hoc etiam honoris laudisque contemptu, & ex ludibriorum, pro Christi amore, desiderio, nascitur sancta libertas, qua verus humilis, nec timet loqui quæ oportet, nec quæ necessaria aut vilia sunt, operari. Nam qui sunt illi, quos notat Isaias? Speculatores eius, inquit, cæci omnes, nescierunt vniuersi: canes muti non valentes latrare, videntes vana, dormientes, & amantes somnia. Nonne hi sunt, qui nesciunt humanos honores & populorum laudes contemnere? Speculatores sunt, sed cæci, qui putant se aliquid in se qui, nihil tamen nisi ventum & auram transeuntem apprehendunt. Duces, sed ignari, qui pro veritate vanitatem diligunt, & pro substantia vmbra complectuntur. Canes, sed muti, qui non audent arguere, obsecrare, increpare in omni patientia & doctrina, ne ab aliquo, quem iusta increpatione læserunt, aliquid sibi bonæ opinionis detrahat. Porro hi vident vana, & amant somnia, quia oculos suos intendunt in rerum sæcularium gloriam inanem, quæ similis est somnio, & phantasia dormientium. Hanc amant, vt tempus inutiliter terant, & quod maius est, salutem suam perdant. Qui etiam sunt illi, qui detractionum, aut persecutionum causâ sanctam conuersationem arreptam deserunt, & ad pristinas leuitates dilabuntur, nisi, qui amore honoris & laudis tenentur? Quibus si contemptus honorum, & desiderium propriæ vilipensionis arrisisset, numquam pro inepto cuiusdam verbulo, virtutis se sectatores negassent. Petrus, timore mortis, aut cruciatuum, Christum negauit: sed heu multi hodie ipsum negant, aut palam ei seruire non audent, ne ab insanis hominibus irideantur. Audiunt Christum dicentem: Qui negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo, qui in cælis est. Sed ita victi sunt honoris ac laudis desiderio, vt malint, negantes se esse seruos Christi, à Christo apud Patrem negari, quam hominum contemptum incurere. Cum tamen si homines illos irideant, nihil illis mali obueniat: si autem Christus eos non agnoscat, ad summam redigantur miseriam. Nam, vt ait Chrysostomus: Si tu negaueris Christum coram hominibus, denegans Christum, illi nocere non potes: si autem te negauerit Christus coram Deo, denegat, qui perdere potest in igne æterno. Nihil ergo efficacius ad loquendum libere, quando id exigit gloria Dei, & ad sanctè viuendum, licet inter impios habitemus, qui nos ob virtutis actus irideant, quam honorem contemnere, laudes humanas conculcare, & vt dignos opprobrii & contumeliæ, hæc vero desiderio pro Dei amore percipere.

Illud, tu, opprobrium, s̄ serue Dei, illum contemptum metue, quæ sanctus Dauid formidabat, cum canebat: Aufer à me opprobriū, & contemptū, quia testimonia tua exquisiui. Hoc enim est opprobriū maledictionis æternæ, quod superbis paratū est, de quo antea dixerat: Increpasti superbos: maledicti, qui declināt à mādatis tuis. Ab initio, inquit, superbos odio habuisti: superbum Luciferū cum complicitibus suis è cælo eiecisti æternis suppliciis destinasti, primū parentē altiora se appetentē de paradiso trusum multis

ærumnis consecisti, & elatos animos semper maledictione mulcasti. Amoue igitur à me huiusmodi maledictionē pessimā opprobrii, & contemptus plenā, siquidē ego non superbiui, nō me aduersus tuam voluntatē erexi, sed mādata tua seruauī. Hoc itaque opprobriū, hunc contemptū extimesce: opprobria verò & contemptus hominū concupisce, sciēs quia quem homines stultè reprobāt, hunc Deus probare cōsueuit. Quod enim, inquit Ambrosius, in hoc mundo contemptū, hoc pretiosum est apud Deū. Deniq; humilitas in hoc mūdo contēnitur, sed Dei iudicio cōprobatur. Et si publicanus se humiliauerit, exaltatur. Audi quæ pro nihilo nō habeat Deus. Quicūq; sanctus est, qui sine macula uiuit, veritatē custodit, non appetit proximū suū, ad nihilū deductus est in cōspectu eius malignus; omnia, quæ malitiæ sunt, reprobauit: hic talis deuotione humilitatis à Deo comprobatur. Superbi autē, velut Pharisæus, arrogantia sua pro nihilo ab illo æstimantur. Hæcille. Si autem hunc vesiculum non de contemptu maledictionis æternæ, sed de huius vitæ opprobriis ab hominibus illatis intelligas, scito, viros iustos, non propter se, sed propter inferentes, hæc opprobria contempnūt; timere. Nouerunt enim illi inimicos suos diligere, & ne ipsi inimici delinquant, volunt opprobrium & contemptum emolumentō carere, quæ si in malum hostium suorum non cederent, animo libenti pro humilitatis desiderio susciperent. Et hunc sensum indicat Augustinus, sic scribens: Christi corpus ista cum dicit, numquid ab impiis & superbis audire opprobrium atque contemptum, vllam deputat pœnam, cum potius inde perueniat ad coronam? Cur ergo quasi graue aliquid aut intolerabile à se poscit auferri, nisi quia, vt dixi, orat pro ipsis inimicis suis, quibus esse prospicit noxium, obicere sanctum nomen Christi, tamquam opprobrium Christianis, & eius à Iudæis irrisam crucem, totamq; humilitatis Christianæ medicinam, quæ sola tumor ille sanatur, quo inflati cecidimus, & iacentes amplius intumimus, eadem superbia permanente, & crescente, contemnere? Dicat itaque corpus Christi (iam enim diligere dicit inimicos suos) dicat Domino Deo suo, aufer à me opprobrium, & contemptum, quia martyria tua exquisiui, id est, opprobrium, quod idē audio, & contemptum, quod idē contemnor, quia martyria tua exquisiui; aufer à me. Inimici enim mei, quos à me præcipis diligi, qui magis magisque moriantur, & pereunt, cum martyria tua contemnant, & criminantur, in me profecto reuiuiscunt, & inueniuntur, si martyria tua venerentur in me. Sic Augustinus. Ne igitur opprobriū ab hominibus proueniēs, quod sancti cupiunt, despicias: ne contemptū, quem illi amat, pro amore Christi contemnas, sed potius summis votis amplectere. Scitoque, contemptum istū præsentissimum esse humilitatis assequendæ remediū. Vt enim dixit Doctor theus: Contemptus duos modos habet, vnū à corde, alterum ab hominibus. Maior autē, qui est ab hominibus, quàm qui est à corde. Neque ad eodē laborare nos facit, qui à corde est, vt qui ab hominibus; cor enim ad hoc admodū patitur. Currere autē sua sponte ad vilia exercitia, nullius profectus est, quin potius inanis gloria. Sed cum tibi vile aliquid præcipitur, neque tu cōtradicias, sed iussa facis cum omni mādaturæ & obediētiæ, tunc fit hoc ad profectū: & hoc est contemptum sui ipsius habere. Desidera cōtemni, & pro nihilo haberi, quia iustū est vt puluis & cinis cōtemnaris. Desidera contemni, vt Christo capiti, qui factus est opprobrium vicinis suis, & timor notis suis, similis efficiaris. Desidera contemni, vt securè virtutibus exornaris. Desidera contemni, ne ob

Isaia 56. 10.

Matth. 10. 33.

Chrysost. 25. in Matth.

Pf. 118. 22.

Ps. 21.

Ambr. in Pf. 118. ser. 3. v. 6

Aug. in concione 9.

Pf. 118. 18.

Der. dist. 21.

appe

De Paz  
Tom. 11



appetitum honoris, à bono & æquo retraharis. Desidera tandem contemni, vt tuo contemptu, quem in hac vita sustinueris, æterna gloria coroneris.

De septimo gradu Humilitatis, qui est, ex accepto honore, aut laude, dolore affici.

CAPVT VIII.

**S**OLENT humiles, honorem, laudemque ab hominibus delaram, contemnere, despicientiam ac vilipensionem sui concupiscere; honores verò non possunt effugere; neque ad gloriam confusionis pro Christo sustentata peruenire. Illi quidem crucifixi sunt mundo, sed mundus non est crucifixus ipsis, qui illos fugientes insequitur, delitescens quasi digito monitrat, & in imo iacere volentes, ad fastigium dignitatis efferte conatur. Hinc iam ad alium gradum humilitatis efferuntur: nam qui sui contemptu desiderabant, videntes se ab omni contemptu alienissimos, & laudibus, honoribus, & dignitate præfulgidos, suam vicem dolent, & statum illum oculis insipientium felicem, sed re vera periculosum, timent. Superbia namque & insipientiæ indicium esse, dignitates aut ambire, aut concupiscere, Salomon in Proverbiis expressit. Stultus, inquit, plaudit manibus, cum sponderit pro amico suo. Quem locum intelligendum esse de his, qui dignitatem, ac curam aliorum suscipiunt, docet venerabilis Beda, sic scribens: Stultus est, qui cum animam fratris suscipit regendam, de suis gloriatur actibus, & non potius ei humiliter compassione, quicquid potest auxilij salutatis impendit. Hoc ergo est stultorum & sapientium, seu superborum humiliumque discrimen, quòd illi sponione à se pro subditis facta, quando dignitatem admittunt, læritia gestiunt, & quasi præ exultatione manus complodunt. Hi verò cum se fideiuflores subditorum considerant, pro quibus sunt rationem reddituri, non modico dolore afficiuntur. Ex quo apparet nostrorum temporum miseranda fatuitas, in quo electis ad aliquam dignitatem congratulamur, & explosis condolemus. Cum tamen æquum esset contrà facere. Nam ad dignitatem euectis, propter onus & periculum, quòd subeunt, condolendum esset, & reiectis, tamquam à periculo & debito liberis gratulandum. Certè cum Mathias ad Apostolarum electus est, & Ioseph, seu Barfabas iustus, prætermissus, non legimus illum gratulationem aliquam à fidelibus, aut istum signum doloris audiuisse. Illa autem electio, si quæ alia gratulationem non modicam exigere videbatur, quæ in locum Iudæ suffectus, non hominum suffragiis, sed Dei iudicio ac voluntate, fuit iusto prælatus. Sed neque huic ita electo fuit gratulandum, quoniam ad onus electus, quoniam cura animarum onustus, quoniam ex natura oneris mille periculis casus expositus. Ipse Iudas, in cuius locum successit Mathias, ab ipso Christo electus fuit, & tamen sua culpa, non tantum dignitatem perdidit, sed & vitam æternam amisit. Saul quoque à Domino rex factus est. Audiuit enim Samuelem dicentem sibi: Ecce vixit te Dominus super hæreditatem suam in principem, & liberabis populum suum de manibus inimicorum eius. Sed quia muneri sibi commissio defuit, etiam fuit à Domino reprobatus. Si verò nec electis à Domino, propter pericula, quæ cum dignitate subeunt, gratulandum fuit, quanto minus illis est miseris collatandum, qui honores cupiunt, di-

**A** gnitates ambiunt, & vt imperent, seiplos discrimini propriæ salutis submittunt?

Longè itaque abest à veris humilibus, honoris ac dignitatum desiderium, aut gaudium de honorifico gradu suscepto; quem tristi vultu intuentur, & non sine sensu doloris admittunt. Merito autem dixi, sine sensu doloris, quoniã multi hodie cum honorantur, aut cum ad dignitatē euehantur, dolere & tristitiam simulant, pauci verò sunt, qui eam mēte concipiunt. Est enim ambitio ad eò animis sapientium inuisa, vt hi, qui dignitatem totis desideriis cupierunt, & dato etiam pretio cōemerūt, vile sibi putent dolorem de accepto munere fingere, ne propter ambitionem sapientibus sint & ipsi cōtempri. Ex aduerso verò humiles, sæpe ne apud homines humiliū & Sanctorum opinionem sibi concilient, sensum doloris, quem de oblata sibi dignitate concipiunt, prudenter abscondunt. Malunt enim duplici dolore tangi; altero, quò minus sibi inuisum obeunt; altero, quò priorē dolorem supprimunt, quàm ab hominibus ob despicientiam muneris honorari. Sed sæpe merorem suū dissimulare non possunt, quia vix sufficientes ad salvandas animas proprias, ad curandam aliarum salutem præcepto coguntur. Legunt illi in Apostolo: Qui

**B** **C** **D** **E** Episcopatum desiderat, bonū opus desiderat. Oportet enim Episcopum irreprehensibilem esse; & quia se nequaquam irreprehensibilem sentiant, merito minus, quòd vitam immaculatā possit, effugiant. Intellexerunt illi optimè sensum Apostoli, qui eò verbo non ad desiderium muneris prouocat, sed ad vitam ab omni labe purā, & ad labores, & mortis sustentationem inuitat. Sic perfectò Gregorius magnus sanctitate, & mirabilis humilitate, hunc locū est interpretatus. Fauet, inquit, ex desiderio, & terret ex præcepto, ac si aperte dicat: laudo quòd quæritis, sed prius discite quid quæritis; ne dū vos metipfos metiri negligitis; tanto foedior vestra reprehensibilitas appareat, quanto & à cunctis cōspici in honoris arce festinat. Magnus enim regendi artifex fauoribus impellit, terroribus retrahit, vt auditores suos, & de scripto irreprehensibilitatis culmine restinguat, à superbia; & officium laudando, quòd quæritur, cōponat ad vitam: Quamuis notandum, quòd illo in tempore hoc dicitur, quò, quisquis plebibus præerat, primus ad martyrij tormenta ducebatur. Tunc ergo laudabile fuit Episcopatum quærere; quando, per hunc quandam dubium nō erat ad supplicia grauiora peruenire. Vnde ipsum quoque Episcopatus officium boni operis expressione definitur, cum dicitur: Si quis Episcopatum desiderat, bonū opus desiderat. Ipse ergo sibi testis est, quia Episcopatum non appetit, qui non per hunc, boni operis ministeriū, sed honoris gloriā quærit. Hæc ille. Merito ergo erubescunt humiles, cum ad sublimia vocantur, cum in candelabro dignitatis ponuntur, quia ipsa admissione dignitatis se immaculatos & irreprehensibiles, & perfectos profitentur. Et quæ maior causa doloris, quàm si verè humilis seipsum sanctū fateatur, & nō iam ore (quòd minus est) laudet, sed ipsa se actione commendat? Merito Zaraligatam coccino manum retraxit, & quasi se præ rubore vinculi splendidiore abscondit, quia viri humiles, accepto splendido dignitatis amictu, præ dolore & tristitia quasi manum retrahunt; & dum se abscondere volunt, quasi aliis locum priorem ac digniorem relinquunt.

Humilium sanè virosum est, locum sublimem cum dolore suscipere, eumque, modò licitè possint, detrectare. Quòd pulchre delineatum est in illa parabola Ioathan, filij Gedeon, quæ ciues Sichè, in gratitudinis & infidelitatis admonuit. Terunt, inquit, ligna, vt v-

Prov. 17. 18.

Beda. 1b.

Ahor. 1.

1. Reg. 10. 1.

1. Tim. 3. 1. 2.

Greg. Pastor. 1. p. c. 8.

Gen. 38. 28.

Lu. 2. 9. 8.

gerent



gerent super se regem; dixeruntque oliua: Impera nobis. Non ipsa venit, non principatū ambiuit, non se aptam ad gubernandum prædicauit. Sed magis se in suo loco continuit; donec ab aliis arboribus inuitata est ad regnum; & ad imperandum inducta: sed nec sic præcantibus, & impellentibus acquieuit; immò oblatum splendidum munus reiecit, dicens: Numquid possum deserere pinguedinem meam, qua & diu vtuntur, & homines, & venire, vt inter ligna promouear? Oliua iustos humiles signat, gratia deuotionis vñctos, & in diuinorū contemplatione suspensos, quorū suavis spiritus & Deo cultui est, & hominibus fructui. Hunc illi nolūt deserere, propter imperium; quia vel experientia, vel aliorum relatione didicerunt, quā difficile sit, inter curas ac sollicitudines huius vitæ deuotionis gratiam seruare. [Dixeruntque ligna ad arborem ficum: Veni, & super nos regnum accipe.] Ficulnea quoque ad regnum inuitata est, quæ illorum iustorum humilium est typus, qui in actiua vita positi, bonorum operum sunt feraces, & nolunt propter dignitatis assumptionem, cui multi sepe se defectus admittent, suauitatem suorum laborum amittere. Ideoque ficus nomine eorum dicit: [Numquid possum deserere dulcedinem meam, fructūque suauissimos, & ire, vt inter cætera ligna promouear?] Ac si diceret: Non est æquum, vt ego lubens suauitatem actionum mearum pro aculeis curarum relinquam, & cum securè viam, me periculis, quæ ex prælatione nascuntur, exponam. [Locuta igitur sunt ligna ad vitem: Veni, impera nobis.] Quæ & regimè quoque subire etiam inuitata contempserit. Nam & vitis, eorum humilium est typus, qui charitate Dei, & proximi inebriati, animas saluare contendunt. Hi autem opus charitatis amant, sed onus obligationis iustitiæ, & dignitatem, cui opus solet adiungi, subire detrectant. Quorum vitis vocem assumens, ait: [Numquid possum deserere vinū meum, quod lætificat Deum, & homines, & inter ligna cætera promoueri?] Zelus, inquam, meus, quo Deo placeo, & fratribus profum, non tam vilis pretij est, vt sit pro munere publico relinquendus, quod terrenis occupationibus noctes diesque terit, & vtilioribus functionibus vacare non sinit. Si ergo hinc nolunt regere, quis imperitabit? Si hi habenas imperij non accipiunt manibus, quis gubernabit? Certè hi gubernabunt: & vā congregationi, cui isti non præ sunt. Sed gubernabunt iusti, regent tracti, imperitabunt Dei voluntate, & maiorum præcepto compulsi. Superbus autem non sic, sed iste leui signo vocatus, statim lætus adest, vt dignitatem rapiat, quod si non vocetur, ipse se ingerit. Hic est rhamnus, qui audito hoc verbo; [Impera nobis.] sine vilo timore, immò & sine pudore respondit: [Si verè me vobis regem constituitis, venite, & sub vmbra meæ requiescite: si autem non vultis, egredietur ignis de rhamno, & deuoret cedros Libani.] Rhamnus genus est rubi primum molle, deinde aculeis, & spinis pungentibus oblitum, quod vento agitatū (si Iosepho fides habenda est) ex se ignem emittit. O pulchra hominis superbi & arrogantis imago! Vide superbi ementiam benignitatem. Si verè me regem constituitis, quando ita vultis, venite, ego enim vos protegam vmbra mea, & ab omni malo defendam. Sed vide veram crudelitatem. Si non vultis, egredietur ignis de me, & deuoret præcipuos ex vobis. Ergo hic cõtra aliorum voluntatem se ipsum intrudit. Si non vultis, inquit, me vocare, me inuitare, me eligere, ego me ingero, & per fas & nefas munus honorificum inuado, & in eo positus, meis malis exemplis, & ver-

bis iracundis, & duro ac iniusto imperio, ceu rhamnus, animas vestras cruento. Superborum igitur est, honores & dignitates appetere, & de illorū afflictione gaudere: humilium verò, hæc eadem reicere, & cum non possunt, de onere humeris accepto tristari. Habent quidem humiles sapientiam, habent peritiam literarum, habent non modicam dexteritatem in negotiis gerendis; habent & cor magnum, vt possint aliis præesse, & populos ac gentes gubernare. Hæc habent, & se habere cognoscunt; neque enim humilitas insipiens est, aut stulta (quemadmodū iam diximus) quæ dona cœlitus sibi data non agnoscat. Et tamen nec honorari, nec aliis præfici appetit, & si præficiantur, munus & prælationem cum dolore subeunt, quoniam sciunt, talenta naturalia nihil ad præfecturam rectè oboundā prodesse, nisi auxilium Dei, & eius voluntas, accesserit. Sepe magni, & oculis omnium ad gubernandum aptissimi; à Domino reiecti sunt: & paruuli, de quibus nihil eximium sperabatur, electi. Mutitur Samuel ad vngendum in regem vnum ex filiis Isai. Videns autem Eliab adolescentem robustum, & facie decorū, & primo aspectu ad imperium aptissimum, interrogat: [Num coram Domino est Christus eius? Er Dominus ad eum: Ne respicias vultum eius, nec altitudinē stature eius, quoniam abiecti eum, nec iuxta intuitū hominis ego iudico: homo enim videt ea quæ parent, Dominus autem intuetur cor.] Hic, & alij similes contempti sunt: paruulus verò, & quasi relegatus ad pascendas oues, & pro nihilo habitus, suffragis totius cœlestis curiæ, ad regnandum eligitur, & quem homines contenebant, Deus approbat, & quos illi probabant, reprobat. Quis hæc audiens, licet doctus sit, licet prudens, licet magnanimus, licet omnibus donis ad regimen ornatus, ad nomen prælationis non contremiscat, dum an ab hominibus tantum eligatur, & an à Deo sua electio improbetur, ignorat? Humilis profectò timebit, & formidabit: stultus verò, atq; superbus, licet vitij scateat, licet prauis motibus corrumpatur, prælatione subire non metuet. Hunc, & eius similes miratur Bernardus exponens illud Canticorum: Posuerunt me custodē in vineis. Miror, ait, audaciā plurimorū, quos videmus de suis vineis nō colligere nisi spinas, & tribulos, vineis tamen dominicis etiam se ingerere non vereri. Fures sunt, & latrones, non custodes, neq; cultores. Qui statim quid de sua prælatione sentiat, & quo motore verus humilis aliis præsit, sic explicat. Hoc illis. Væ autem mihi etiā nunc à periculo vineæ meæ: immò magis nunc quando pluribus intentus, minus circa vnam diligens, minusque sollicitus fieri cogor. Nec sepe circumdare, nec torcular fodere in ea licet. Heu destructa est macetia eius, & vindemiant eam omnes, qui prætergrediuntur viā. Patet exposita tristitia, iracundiæ, atque impatientiæ peritia. Demoluntur eam sedula quædā vulpecula instantiū necessitatū. Irrumpunt vndiq; anxietates, suspiciones, sollicitudines. Turbæ discordiarū, caustarū molestiararā horā defunt. Non est prohibendi facultas, non copia declinandi, sed nec orandi spatium. Quo imbre lacrymarū perfundere sufficiā [sterilitatem animæ meæ?] Vineæ meæ volū dicere, sed de psalmo sic incidit, propter vsum, & sensus idē est. Nec piget erroris, qui admonet similitudinis, quia non de vinea sermo est, sed de anima. Ergo anima cogitur, cum vinea legitur. Siquidē sub huius specie, & nomine illius sterilitas deploratur. Quibus ergo lacrymis rigabo sterilitatē vineæ meæ? Omnes palmites eius aruerūt præ inopia. Iacent sine fructu, eo quod non habeant humorem. Iesu bone, quos fasciculos far-



mentorum ex eis in tuo quotidie sacrificio vltio contriti cordis mei, te teste, absumit? Sic obsecro sacrificium tibi [spiritus contribulatus, cor contritum, & humiliatum Deus ne despicias.] Haecenus ille vir sanctissimus, & humillimus, qui (vt mihi quidem videtur) patenter expressit quo affectu viri humiles dignitatum oneri se subiiciant. Suscipiunt eas maiorum auctoritate compulsi, incipiunt aliis praesse cum dolore, prosequuntur cum timore, & quasi qui importabile onus depouunt, praelatione cum gaudio & exultatione relinquunt.

Nec immerito dignitatem ac praelationem onus vocamus, quam scriptura sancta hoc nomine declarauit. Iob quippe de Deo loquens, ait: Deus, cuius irae nemo resistere potest, & sub quo curuantur qui portant orbem. Qui enim sunt, qui orbem sustinent, nisi reges, & principes, & praelati, quorum est, subditos suos quasi humeris sustinere, vel potius semper brachiis manibusque portare, ne in malum ruant, & Dei amicitiam dilapident? Hi curuantur, & subiiciunt se Deo, cuius irae nemo resistit, vt sciant se iudici seuerissimo rationem reddituros de onere sibi commissio, & de animabus fratrum in custodiam acceptis. O magnum onus, quod tamen multi stulti non metuunt, quia splendore dignitatis obcaecati, onus esse nesciunt! O multiplex onus, quod ex multis hominibus praelato subiectis confectum est! Quorum aliquis vix se ipsum portare valet, miser vero praelatus omnes simul debet pro officij sui obligatione portare. Quare Gregorius ait: Tantorum quippe pondera vnusquisque sustinere compellitur, quantis in hoc mundo principatur. Vnde & terrae princeps non incongrue Graeco eloquio Basileus dicitur. Laos enim populus interpretatur. Basileus igitur basis Laon vocatur, quod Latina videlicet lingua, basis populi dicitur: quia videlicet ipse super se populum sustinet, qui motus illius potestatis, pendere fixus regit. Quo enim subiectorum suorum onera toletat, eo quasi superpositam columnam basis portat.]

Est ergo praelatio, pondus, quod non sine magno periculo sustinetur: nam dum aliis sustinendis, & portantis intendis, saepe te ipsum & tuam conscientiam curare desinis. Vnde alij proficiunt, tu deficis: vnde alij impinguntur, marces: & vnde illi ad perfectionem ascendunt, tu saepe ad imperfectiones, & lapsus, & peccata descendis. Cur ergo de tam periculoso pondere non dolebis? Sane humiles, tanquam veri sapientes, pondus fugiunt, si possunt, & si non possunt, cum maerore & dolore suscipiunt. Considerat humilis, inquit Laurentius Iustinianus, quod quanto quisque in superiori constitutus est loco, tanto in maiori versatur periculo, & quanto splendoris honore celsior quisque est, tanto (si delinquat) peccator maior est. Fuerunt namque non pauci, qui in humili constituti gradu, se ipsos optime nouerunt gubernare, in laboribus, in vigiliis, in abstinentiis; qui quandiu licuit ipsis esse priuatis, & nihil aliud curare, quam propria, humiles erant, & Deo placebant, atque inde non modica Philosophiae incrementa rapiebant: at vbi fastidium dignitatis affectu fuisse, & in publico prodierunt, ac multorum imperitias emendare necesse fuit: aliqui inter exordia tantum sufferre pondus non potuerunt officij, & se subtraxerunt: qui vero tolerare coacti sunt, perdentes conscientiam, & humilitatem priorem, sibi intulerunt magna dispendia, & nihil aliis profuerunt. Haec intelligentes humiles omnem dignitatis altitudinem abhorrent, ne disperdant in pelago, quod magno cum labore adepti sunt. Haecenus ille. Si ergo humiles ista cognoscunt, & sic sapissime euenisse aliis deprehendunt: quid mirum, si dum salutem suam amant, de imposi-

**A** ta sibi dignitate dolorem maeroremque concipiant? Sciunt quia Dominus aliquando [immutat cor principum populi terrae, & decipit eos, vt frustra incedant per inuium. Palpabunt quasi in tenebris, & non in luce: & errare eos faciet quasi ebrios.] Permittit, inquam, vt affectus illorum in praua & verita feratur, & intellectus ipsorum prauis consiliis decipiat, & vt iter per inuia vitiatorum faciant, numquamque ad optatum finem perueniant. Permittit etiam, vt in media luce sapientissimorum consiliorum, inordinatis suis affectibus raptati, errant, & quasi ebrii, quae pueri facile assequuntur, ignorent. Sciunt etiam, quia contra iudices, & praelatos [stabit spiritus virtutis, & tanquam turbo venti diuider eos.] Stabit scilicet spiritus indignationis Dei, vt eorum acta iudicet, & propter munus male occupatum, & peius administratum, quasi ventilabro in varia desideria disperiat. Sciunt denique, quia non semel Dominus [secretorum scrutatores quasi non sunt, iudices terrae velut inane fecit: quando scilicet, eos quorum est pro sibi tradita potestate, aliorum vitas scrutari, & lites contentionesque componere, quasi in nihilum redigit, & conatus eorum inanes atque inutiles reddit.] Et id quidem, quoniam neque plantatus ab eo, neque satus, neque radicatus in terra truncus eorum. Si enim ipse Dominus eos plantasset, atque seuisser, & in dignitate constitueret, vtique (si per eos non staret) adiuuisset, vt labores ipsorum viles essent, neque in vacuum atque inane reciderent. Merito itaque ab humilibus honores ac dignitates, tanquam periculorum plena, respiciuntur, quas si subite contingat, non sine dolore & maerore tanto oneri, cui vires suas impares iudicant, sese submittere.

**B** Vt autem tu, o vir Dei, hunc gradum humilitatis ascendas, a priori incipe, & disce velle contemni, & a corde tuo desiderium honoris & imperij reuellere. Si enim imperium concupueris, absque dabo eo oblato non dolebis, sed de eius obtentione lataberis. Hoc ingens malum est, quod nimirum tibi forte noxium erit, ac si vtile esset percipere. Sed aliud malum, & quidem maius, tibi imminet, quod si praelationem concupueris, ex desiderio ad opus ambiendi peruenies, & sic in illa mala incidis, quae Basilius grauissimis verbis, ambitiosis inesse animaduertit. Ille sic ait: Caeterum clerum, aut inter fratres principatum nullo modo appetere monachus debet. Siquidem diabolica ista pestis est, & libidinis dominandi labes, quae res insignis est prima illius diaboli prauitatis indicium. Etenim ex hac ille quoque imperandi libidine praecipit insigni illo superbia lapsu corruit, & sine dubio, qui in huius viti potestate est, is eodem plane cum diabolo, malo laborat. Qui autem ab eo captiui tenentur, eos inuidos, contentiosos, insimulatores, impudentes, calumniatores, assentatores, humiles, vbi non conuenit, illiberales, gloriosos, sexcentis denique aliis huiusmodi turbis refertos existere necesse est. Etenim qui est huiusmodi, is idoneis inuidet, & palam traducit. Quin erit saepenumero cum illorum etiam interitum exoptabit, quod videlicet, sublati de medio qui tales sunt in deferendis muneribus necessario suffragia ad ipsum deueniant. Atque ex hoc etiam aliud sequetur, quod iis, penes quos illa deferendi potestas erit, adlabitur, atque ita multa illiberaliter ac seruiliter aget: aduersus inferiores vero, si aduersentur, superbe ac praesidenter se geret. Itaque dolos consuens machinabitur, perturbationesque innumerales ac suspiciones sibi accerset, a seque animi tranquillitatem fugabit, & Deus pacis expectetur, vt pote cui locus in eo non sit, vbi acquiescat. Cognito

Iob. 12. 24.

Sap. 5. 24.

Isaie 40. 23.

Bas. epi. mon. c. 10

igitur

psal. 50.

Iob. 9. 13.

Gregor. 9. mor. c. 10

Iustin.



igitur nos detrimento, à ratione abhorrentem istiusmodi cupiditatem fugiamus. Sic Basilius. [Ista omnia ambrosiorum flagitia in hoc sancto Doctore legimus, sed hac nostra ætate propriis oculis in hominibus ambrosiosis sæpe perspeximus. Qui dignitatem adepti, ita se gerunt, ut non obscurum sit, eos non ad Dei gloriam aspexisse, sed sua commoda procurasse. Opes pauperum, in aulais, in lectis eburneis, in lecticis, in rhedis, in conuiuibus, in potationibus, in deliciis, & in ditandis consanguineis infumunt. Magnatibus iniusta poscentibus non audent obfistere, quorum ope, & falsis de ipsorum vita exaggerationibus, putant se aut in dignitate adepta durare, aut aliam pinguiorem obtinere. Peccata, & flagitia subditorum dissimulant, virtutes non plantant, vitam populorum emendare non curant. Denique munus habent ducum, qui homines dirigant, & leonum, qui aduersus peccata rugiant, cor autem leporum timidorum, qui qualibet oborta difficultate, turpiter fugiunt, & pauperes conculcati permittunt. Verum enim est, quia [regnantibus impiis ruina hominum.] Has laruas, has pelles deauratas, has umbras dignitatum fuge, tu o homo Dei, si valueris, sin minus dolenter admittite, non ut timeas, sed ut Deo, atque prælatis obedias, in eisque laborem & curam pro Dei gloria suscipias; splendorem verò, honores, & hominum laudationes cum vera humilitate spernas.]

Prouerb.  
28. 12.

De octauo Gradu Humilitatis, qui est, propriam vilitatem, & defectus libenter detegere.

CAPVT IX.



IMILIS est superbiæ, descensio; & humilitatis, ascensio. In descensu verò superbiæ, quem in primo parente animaduertimus, primum fuit, diuinam dignitatem appetere, postea verò culpâ admittam celare, & turpem nuditatē obtegere. Appetit ille rem pulchram oculis eius propositam: Eritis sicut dii. & postmodum suam aduersens nuditatē foliis se ficus operuit, & audiens vocem Domini ipsam vocantis, se ab oculis eius, qui omnia intuetur, abscondit. Oppositus huic est humilitatis ascensus: nam primò iustus humilis dignitatem, & honorem, ac laudem fugit: & postea ut efficaciter fugiat, defectus suos, ac imbecillitatem, ut ab aliis contemnatur, detegit, & quicquid eum potest despicibilem facere, minimè abscondit. Duplex est manifestatio culparum, aut defectuum propriorum: altera, qua quis prælato suas miseras manifestat: altera, qua fratribus, prout prudentia dicitur, & edificatio non refugit, aliquos suos quisque defectus renelat. De illa prima (annuente Domino) infra in quinto gradu sancti Benedicti dicemus, nunc verò hanc secundam hoc loco tractamus.

Infra p.  
4. 5.

Quemadmodum enim superbi & elati, si quid habeant, quod eos, apud alios, magnos & honorabiles faciat, passim & sine villo delectu effundunt, defectus verò & vilitates abscondunt: ita è contrà, humiles & modesti bona sua naturalia, & dona supernaturalia prudenter celant, at defectus, siue ad naturam, siue ad motes pertinentes, cum edificatio non reluctatur, dicere non extimescunt. Nam cum verissimum sit, quia ex abundantia cordis os loquitur, cum ipsi de se parua & vilia cogitent, seque pusillos & abiectos existiment, vilia solum & abiecta de se libenter produnt. Istud certè discrimen superbi & humilis assignat Prosper, in hunc modum scribens: Superbi cupiunt, in se, quod non faciunt, prædicari:

humiles refugiunt, quicquid boni operantur, agnoscunt. Illi, vitia sua à se alienando, peruersitatem suæ voluntatis excusant, & bona sua suis viribus deputando, semetipsos turpiter iactant: isti, si qua peccata commiserint, voluntariè confitendo, semetipsos accensant, & omnia bona sua diuino muneri deputando, Deum iugiter laudant. [Nec mihi obicias carmina Dionysij Catonis Poëta Christiani:

Nec te collaudes, nec te culpaueris ipse,

Hoc faciunt stulti, quos gloria vexat inanis.

Hæc, inquam, non obstant, quæ ad communes homines, communem virtutis gradum habentes, dicta sunt: qui nesciunt se, nisi ad captandam gloriam inanem, aut laudibus extollere, aut vituperationibus simulatis impetere. Ac sicut excellens humilitas, instante necessitate honoris Dei, se ipsam sine villo vitio, immo cum magni meriti obtentione, collaudat: ita ad contemptum sui coram aliis sine vlla simulatione vituperat, & non vanam laudem, sed veram sui despicientiam desiderat. Hæc igitur salutatis atque humilis propriæ miseræ detectio Ionæ Propheta facti fuit. Interrogatus enim à nauis sua illa tempestate iactatis quis nam esset, se Hebræum, ac seruum veri Dei esse dixit, turpèque fugam suam, & inobedientiam indicauit. Quod ex responsione eorū fit manifestum, qua dixerunt: Quid hoc fecisti?

Prophet  
lib. 3. de  
vita con-  
templati-  
ua. c. 3.

Ionæ 1.  
10.

[cognouerunt enim viri, quod à facie Domini fugerent, quia indicauerat eis.] Hæc autem peccati pia humilisque confessio quæ à illi bona attulit: Primò eum, quem antea ignorabant penitus, ac vilem putabant, suspexerunt ut seruum Dei; deinde, dilexerunt eum, nam audito remedio euasione suæ, ut scilicet eum in mare mitterent, præ reuerentia & amore, quo eum iam prosequerantur, proficere noluerunt, sed remigabant valde, ut se illumque liberarent. Hanc nauarum reuerentiam erga Ionam Hieronymus indicauit, qui eos sic loquentes introducit: Propter te dicis ventos, fluctus, mare, gurgites concitato: exposuisti causam morbi, indica sanitatis. Ex eo quod contra nos fugit mare, intelligimus iram esse susceptionis tuæ. Si culpa est quod suscepimus, quid facere possumus ne Dominus irascatur? Quid faciemus tibi? Hoc est, interficiemus te? sed cultores Domini. Seruabimus? sed Deum fugis. Nostrium est præbere manus, quid fieri iubeas: tuum est imperare, quo facto quiescat mare, quod nunc creatoris iram suo timore testatur. Tandem voluntate Dei cognita, quod eum in mare mitterent, magno timore, & ingenti dolore percussi de submersione illius, eiecerunt eum, clamantes, atque dicentes: Quæsumus, Domine, ne pereamus in anima viri istius, & ne des super nos sanguinem innocentem, quia tu, Domine, sicut voluisti, fecisti. Dominus quoque placatus est, qui inobedientia ac duritie Propheta iratus, humili tamen detectione peccati eius delinuit, imperauit pisci, & euomuit Ionam in aridam.

Hierony.

10. 14.

Ionæ 2.  
11.

Hæc eadem suos defectus provalentibus accidit. Nam qui antea ignorabantur, iusti & humiles agnoscuntur; qui prius negligebantur, diliguntur: & dum eos sui contemptores videmus, libenter in consiliarios & magistros accipimus. Ipsi verò, qui ita se manifestant, virtutem ad pugnandum aduersus defectus suos, immo & (faciente Domino, ac vires immitente) integrâ salutē accipiunt. Sicut enim culpæ excusatio atque defensio, eius geminatio est: ita eius manifestatio eam imminuit atque extenuat. Vnde vox est iusti: Sit nox illa solitaria, ne claude digna. Solitariam namque noctem culpæ relinquimus, cum eam nequaquam verbis procacibus excusamus: eam verò alteri sociamus, cum inepta excusatione defendimus.

Iob 3. 7.

Vnde



Greg. 4. mor. c. 19.

Ecc. 21. 1.

Gen. 3. 11.

Iob. 3. 7.

Ber. ser. 54. 49. Cant.

Ps. 118. 70.

Vnde Gregorius ait: Sunt nonnulli, qui non solum nequaquam desunt, quod faciunt, sed etiam laudare & defendere non desinunt. Et nimirum dum defenditur culpa, gemitur. Contra quod rectè per quendam dicitur: Peccasti, non adicias iterum. Peccatum quippe peccato adiicit, qui malè gesta, etiam defendit, & noctem illam solitariam non relinquit, qui culpa suæ tenebris etiam patrocina defensionis adiungit. Hinc est quod primus homo de erroris sui nocte requisitus, eandem noctem esse solitariam noluit, quia dum requisitione ad penitentiam vocaretur, ei adminicula excusationis adiunxit: dicens, Mulier, quæ dedisti mihi fociam, dedit mihi de Ligno, & comedi: scilicet excessus sui vitium in auctorem latenter intorquens: ac si diceret: Tu occasionem delinquendi præbisti, qui mulierem dedisti. Hinc est quod huius erroris ramus in humano genere ex illa nunc usque radice protrahitur, ut quod malè agitur, adhuc etiam defendatur. Dicitur ergo: Sit nox illa solitaria, nec laude digna. Ac si aperte exoret, dicens: Culpa, quam fecimus, sola remaneat, ne dum laudatur & defenditur, in conspectu nostri iudicis multiplicius adstringat. Peccare quidem non debuimus, sed vinam alia non iungentes, vel, ea quæ fecimus, sola deseramus. Hæc ille. Si sola non defensio culpa, eam minuit; quanto magis pia & humilis accusatio tenuabit? Quia ergo humiles, multis se defectibus multisque imperfectioibus scelerate sentiant, ideo coram fratribus (seruato prudentiæ moderamine, & adificatione retenta) detegere ad salutem non meruunt. Se viles, se abiectos, tepidos, superbos, & cæcos vocant, ut ad opem sibi afferendam, diuinam misericordiam, verba accusationis ipsorum audientem, inflant.

Et quidem apud Bernardum habemus illustrissimum huius gradus humilitatis exemplum. Qui ad fratres concionem habens, magistri quasi personam deposuit, & quasi munus accusatoris suscipiens, in hunc modum dedit, quos sibi inesse putabat, manifestauit. Sanè, inquit, hoc ego legens, referensque oculos in me, & intuens diligenter, inuenio me peccare ipsa insectum, quam in Angelo Dominus in tantum exhortauit, quatenus propterea declinaret ab eo, cum omnes in circuitu eius montes, siue de angelis, siue de hominibus, visitationis suæ gratia dignaretur: & pauens tremensque ajo ad me metipsum: Si sic actum est cum angelo, quid de me fiet, terra & cinere? Ille in celo intumuit, ego in sterquilinio. Quis non tolerabiliorem in diuite superbiam, quam in paupere, dicat? Va mihi, si tam dure in potente illo animaduersum est pro eo quod eleuatum est cor illius, nec ei profuit quod cognata potentibus superbia esse cognoscitur, quid de me exigendum, & misero & superbo? Denique iam luo penas, iam acerbissime vapulo. Non sine causa sanè ab heri & nudus tertius inuasit me languor iste animi, & mentis hebetudo, insolita quædam inertia spiritus. Curebam bene: sed ecce lapis offensionis in via: impegit, & corruit: Superbia uenta est in me, & Dominus declinauit in ira à seruo suo. Hinc ista sterilitas animæ meæ, & deugationis inopia, quam patior. Quomodo ita exaruit cor meum [coagulum est sicut lac,] factum est sic ut terra sine aqua? Nec compungi ad lacrymas queo: tanta est duritia cordis. Non lapit Psalmus, non legere liber, non orare delectat: meditationes solitas non inuenio. Vbi illa inebriatio spi-

ritus: ubi mentis serenitas, & pax, & gaudium in spiritu sancto: deo ad opus manuum piger, ad vigilas somnolentus, ad iram præceps, ad odium pertinax lingua & gula indulgentior, segnior obtuliorque ad prædicationem. Heu omnes montes in circuitu meo uisitat Dominus, ad me autem non appropinquat. Nam collis non sum ex his quos transtulit Dominus sponsus. Nam alium quidem intueor singularis abstinentiæ, alium uero patientiæ admiranda, alium autem summiæ humilitatis & mansuetudinis: alium multæ misericordiæ & pietatis; illum in contemplatione frequenter excedere, hunc pulsare & penetrare calos orationum instantiâ, aliosque alius præemere virtutibus. Hos, inquam, considero omnes seruantes, omnes deuotos, omnes in Christo unanimes, omnes donis celestibus & gratia affluentibus, tamquam spiritualis re vera montes, qui à Domino uisitantur, & sponsum in se salentem frequenter recipiunt. Ego autem, qui horum in me inuenio nihil, quid me aliud putem, quam unum de montibus Gelboë, quem præterit in ira & indignatione sua ille cæterorum omnium benignissimus uisitator? Filioli, hæc cogitatio tollit extollentiam oculorum, conciliat gratiam, sponsi saltibus præparat. His autem dictis ad limilem confessionem discipulos suos prouocat, ita subiungens: Hæc ego in me transfigurauit propter vos, ut & vos ita faciatis. Imitatores mei estote. Quod non de exercitio dico modò virtutum, aut morum disciplina, aut gloria sanctitatis (nec enim de huiusmodi quicquam mihi temerè arrogauerim imitatione dignum) sed uolo vos non parcere uobis, sed accutare uos metiplos, quoties forè in uobis uel ad modicum tepere gratiam, uirtutem lingue scere deprehenditis, sicut & ego pro huiusmodi me metipsum acculo. Hoc facere hominis est, qui curiosus circumspicitor est sui, & scrutator uiam suarum, ac studiorum, atque in omnibus semper suspectum habet arrogantiam uirum, ne subrepat. Huc usque ille. Est ergo iustorum studium, accusare se ipsos, & defectus, ac culpas suas periculis aliis facere, quo & aduersus elationis & arrogantiam uita se muniunt, & opposita uirtuti humilitatis intendunt. Sic humilitas sanctam quandam libertatem acquirit, & defectus naturæ, in quibus nulla intercedit culpa, ab aliis uideri non erubescit; & seposita puerili erubescencia dimittit. Sic defectus morum odit quidem, & propter eos se contemptibilem putat, non tamen propterea inuerecunde excusat, quia contemni & uilis haberi desiderat.

Fortassis autem de hac defectuum & culparum apertione illud Ecclesiastici potest intelligi: Confiteberis uiuens, uiuus, & sanus confiteberis, & laudabis Deum, & glorificaberis in miserationibus illius. Viuentem enim, id est, iustum, & non peccato mortuum, ad confessionem suorum peccatorum hortatur: & non solum uiuentem sed & uiuum, & sanum: & Græca habent: [Sanum corde.] eum scilicet monet; qui iam ex corde morbos uitorum depulerit, & uirtutes acquisierit. Tu itaque, qui uiuens Deo es, qui cor purum habere cupis, & ex magna parte iam habes, ne confundaris apertire coram fratribus defectus & culpas tuas, nam & sic Deum laudabis, & quia te miserum sustinet, laudabilem prædicabis. Gloraberis etiam in miserationibus eius, quas ob humilem culparum detractionem accipies. Quoniam ille se cum mendacio excusantes damnat, se humiliter contentes glorificat. Ac tandem dum te ipsum acculas, humilis inuenieris, quia (ut scitè dixit Gregorius) ille est uerè humilis in-

Ecc. 17. 27.

Greg. 26. ndr. c. 1.





bonis, qui non est defensor in malis.  
 Hæc igitur accusatio sui, qua quis defectus suos pandit, & causas turbationum, aut aliarum molestiarum, quæ inter fratres eueniunt, in se ipsam intorquet, initium est pacis: nam dum fratrem excuso, meq; ipsū accuso, eius iram mitigo, eius animū lenio, & ad pacē & tranquillitatē reuoco. Est etiā ianua magni profectus & accessus ad Deum: nam ille amator veritatis, quos superbiæ & vanarum excusationum vacuos inuenit. Quare Beatus Dorotheus, enarrato quorundā fratru iurgio, hanc censer causam imperfectionum, & obdurationis, quod quisque se ipsam excuset, & alium impudenter accuset. Hinc fit, inquit, quod numquam proficimus, numquam procedimus, conterentes omne vitæ nostræ tempus, computrescimus in cogitationibus nostris, bellōque intestino nos inuicem lacessimus. Vnusquisque etenim nostrum se iustum facit, labiturque quiuis ad quæcumque sine cura, sine custodia vlla sui ipsius. Extorquet vnusquisque præcepta à proximo. Hinc fit, vt neque ad bonum conulescamus. Cùm enim paululum excanduerimus ira, omnia ex proximo volumus extorquere. Acculamurque eum illico, & dicimus sic agere eum debuisse, inelamamurque quare ita non egerit. At cur non magis ipsi nobis imperamus? Cur non accusamus nos ipsos potius vt desides & negligentes in rebus nostris? Vbi nam senior ille, qui interrogatus quam potissimam viam ad Deum inuenisset, respondit: Hanc præ omnibus, vt homo seipsum in cunctis semper accuset? Laudata est sententia, ab interrogante magis magisque confirmata. Dixit & Abbas Pastor, virtutes omnes cum genita domum ad virtutem vnā commigrasse, & hominem extra hanc frustra eniti, & laborare: Interrogatūque quænam illa esset, hæc ait, Vt seipsum homo accuset. Mirabilis sanè est & nunquam satis laudata Abbatis Pastoris ista sententia: Nullam putat virtutem extra domum propria excusationis exister. Quare hæc? Certè ideo, quia exculans se ipsum, & culpas ac defectus manibus excusationibus contegens, humilitatis virtute caret. Extra domum verò humilitatis, nolunt alia virtutes commorari. Vel etiam, quia pauci admodum sunt, qui aliquos defectus aduersus omnes virtutes, nunc contra hanc nunc contra istam non admittant. Si autem defectum aut culpam, exempli gratia, aduersus mansuetudinem, aduersus excules, & his excusationibus assuescas, quis non videat te mansuetudinem lædere, & quasi à te ipso relegare? Merito ergo virtutes vniuersæ ad domum humilis accusationis commigrarunt, quia si illa desit, cum desicimus, & nos non accusamus, sed potius exculamus defectus nostros, quasi bellum virtutibus cunctis indicimus.  
 Cùm hæc in se habeant, merito sanctus Dauid suos defectus aperiebat, vt sic profiteretur, & diuinam misericordiam imploraret. Iam se in iniquitatibus conceptum, & in peccatis natum vocat: Iam egenum, pauperem, mendicum, paruum, & contempibilem nominat: iam vermem vilissimum & opprobrium hominum, & plebis abiectiōnem appellat, vt verba cordis sensui congruerent, & sermōnes animo humili conuenirent. Nec solum hoc, verum & omnem reuerfationem, ac peccatorum suorum futilem excusationem auertatur, dicens: Non declines cor meum in verba malitiæ ad exculandas excusationes

Dorothei doctrin. 7.

**A** in peccatis.] Licet humilitatis, o Domine, ait, studiosissimus essem, licet iam ex affectu à te dato despici voluissem, tamen radix peccati parentibus primis relicta, & nunquam euulsa, me ad tegenda & abscondenda peccata vehementer inclinat. Cùm ergo peccauero, (& quis est qui non peccet?) cor meum ad coloranda peccata, & prætextus excusationis quaerendos, inclinari non sinas. Hæc enim sunt verba malitiæ, quæ & à fomite peccati procedunt, & ad defendenda peccata tendunt, & ipsa per se bonitatis vacua sunt, & humilitatis virtuti contraria: Sufficiat peccasse, nec adeo inuerecundus sim, vt exculans peccatum meum, quali paniteat semel tantum deliquisse.  
**B** Ne potius velim inueniri [cum hominibus operantibus iniquitatem,] quorum est semper peccata peccatis addere, & quæ admittunt, in aliud referre, ac proacriter excusare. Qui dicunt (quos quidam etiam ethnicus risit) non ego ambitiosus sum, sed nemo Romæ potest aliter vivere. Non ego sumptuosus sum, sed vrbis ipsa magnas impensas exigit: Non est meum vitium, quod iracundus sum, adolescentia hoc facit. Certè non communicabo cum electis eorum. Non, inquam, operibus me ab illis electis & probatis immiscebo, immo si quid peccauerim, libenter accusabo, libenter confitebor, tum vt me humilitatis professorem faciam, tum vt culpas meas non attingam, tum vt ex accusatione ad compunctionem promotus, earum apud Dominum veniam promerear. Humiles igitur hunc induant Davidis affectum: defectus suos (nisi adificatio ac discretio propter bonum aliorum aliud suaserit) libenter aperiant, imbecillitates pandant, ineptitudines manifestent, non sit illis cura si despiciantur, immo sit illis cura despici atque contemni, vt per contemptum ad humilitatis gloriam, & Christi imitationem perueniant. Qui (vt ait Augustinus) contemptus est inter nos à nobis, & postea nobiscum: & docuit nos contemni, quia contemptus est: docuit tolerare, quia tolerauit: docuit pati, quia passus est. O gloriosa despicientia, qua id consequimur, vt Christum sequamur, & vbi ipse est, tandem aliquando simus.

num. 5.

Seneca l. 6. epist. 11.

Aug. ad Ps. 135.

De Nono gradu Humilitatis, qui est Se Deo omnino subicere.

CAPVT X

**H**UMILIS, qui ex vna parte se ipsum despiciit, sibi que distit, seque reputat ad quaque functiones ineptum, & diuinis donis indignum, quique constanter vult ab aliis vili haberi, & alluetus est se ipsum accutare: ex alia vero parte se videt non despectum, immo aliquando magni habitum, caelestibus donis operum, ad magnas functiones assumptum, & à Deo plane dilectum, & in pretio reputatum: quid faciet, nisi coram diuina maiestate, quæ eum non contemnit, sed amat, sed honorat, de se humillime sentire, seque iuris affectibus inclinare? Et tunc que honus humilitatis gradus, quo iustus cor hunc & fiducia ille est non amittens, se coram Domino vt iustum, ac viliissimum mancipium respicit, & non aliter quam lutum agulo, se in omnibus diuina voluntati submittit. Se enim vt

27. 127.

De HAZ Tom. II

400

411

humilis



humilis seruum inutilem, & ad omnia quaecumque Deus voluerit, se offert paratū atq; precinctū, & magnū ducit, si in aliquo ministerio occupetur, si vel ad abiectū seruitiū admittatur. Deus illum ad aliquam dignitatem, vel ad magnam functionem vocet? Tunc miratur vehementer, quod relictis aliis fratribus suis (quos meliores putat, & aptiores) ipsum elegerit, & super candelabrum posuerit, vt luceat omnibus, qui in domo sunt. Et eo fidentius lucet, quo lucem, quam habet, non suam, sed alienam, & à Deo mutuam agnoscit. Deus illum in aliquo humili obsequio constituat, in eoque per multos annos detineat? Non conuerterit, non tristatur, quin neque ad illud se habilem sentit, supraque sua merita, & suam capacitatem esse faretur. Deus quasi illius obliuiscatur, & cum omnium domos uisitet, quasi ipsum pertranseat, & veluti in quodam angulo inglorium, despectum, & ab omnibus oblitum relinquat? Patienter suffert, immo & grateranter sustinet, & pro meritis, seu pro ineptitudine sua recepisse se putat. Hæc apud se cogitat: lutum sum, & cænum fœtidum, & ita me coram Deo collocabo, quemadmodum argilla illa rubra, ex qua primus parens meus formatus est, vt si ex me voluerit hominem facere, id est, ad actiones homine dignas euehere, euchar: si verò ei placitum fuerit, in mea vilitate me relinquere, non resistam. In eum oculos mei cordis intendam, & paratus expectabo quid de me fieri velit, nec sermonibus eius, aut instinctibus contradicam. Hæc est huius gradus humilitatis subitancia, longè facilior dicto quam factio; quam multi se habere putant, & in tempore tribulationis, & oblata occasione, longè se esse ab ista vera subiectione conspiciunt. Non miremur si Deus ianuam suæ familiaritatis non aperit, si postulata negat, si minime optata concedit, quia nunquam ad illum cor resignarum & subiectum deferentes ingredimur; nunquam cor humile illi præsentamus, sed nos ipsos, & excellentiam nostram in omnibus tum ipiritualibus tum temporalibus querimus.

Hunc præstantissimum humilitatis gradum operabat David, quando secum ipse loquens, ita canebat: Nonne subiecta erit Deo anima mea? Ab ipso enim salutare meum. ] Rem sanè, inquit, exopto difficilem, quam perfectè quilibet iusti non obuiuet, sed illi, qui sunt humilitate & charitate perfecti. Hæc autem res est, vt Deum expectet anima mea, vt ad eum ileat, vt penitus se illi committat, vt sit illi Domino suo omni ex parte subiecta. Res difficilis, sed debita: quid enim magis debitum, quam vt maioribus minora subdantur? Si autem Deus, vt ait Iob, maior est homine, & in infinitum præstantior atque excellentior, ac vniuersalis eius Dominus, debitum est, vt ei se homo plenè submittat. Res difficilis, sed iusta. Nam iustum est, vt qui suis inferioribus vult præesse, superioribus deferat, cisque se per omnia subiciat. At ego volo præesse minoribus, quibus potestate aut dominio præponor: iustitia ergo exigit, vt illi subsum, quem me, & omnibus superiorem esse cognosco. Res difficilis, sed plena utilitatis, & ideo homini infirmo & lapsio difficilis, sed integro & sano admodum facilis. Et quare facilis? Quoniam ab ipso, cui subesse debeo, salutare meum. Si non subsum, disperdor: si subsum, saluor. Si me subiectioni eximo, in miseriam & calamitatem incido: si me subiectione Deo, ab illo salutem & incolumitatem, & gloriam reporto. Nonne subiectus ero Deo vt saluer? Nonne vitæ liberatam fugiam, ne cum illa

**A** condemnet? Subde te Deo, o anima mea ( vt verbis Augustini tecum agam) adora; prosterne te: confitere illi, qui fecit; quoniam nemo recreat, nisi qui creat: nemo reficit, nisi qui fecit. Confitere, à Deo te habere quidquid boni habes; à te, quicquid maligine in bonis tuis illum accusas, te excuses. Ipsa est vera confessio, ille, qui in tantis bonis præuenit te, venturus est ad te, & inspecturus dona sua, & mala tua: quomodo enim bono eius via fueris, inspicit te. Ergo quia in omnibus istis bonis præuenit te, vide in quo tu præuenias faciem venturi. Hæc ille. ] Præuenies autem secundum meum consilium, si te ei ad omnia & per omnia submiseris. Nam vt in rebus naturalibus causa agens, nihil aliud ex parte patientis requirit, nisi materiam sibi subiectam, & ad recipiendum paratam: & statim ac lignum est siccum, nullo negotio ab igne consumitur: ita & in his quæ ad mores pertinent, simul ac Deus animam sibi subiectam reperit, mirabiles mutationes in ea facit, & per similitudinem puritatis eam in se transformat atque conuertit.

**B** Id verò, quod sanctus vates, & vit secundum cor Dei sibi optauit, nobis alio loco quaerendum esse consulit. Vnde ait: Subditus esto Domino, & ora eum ] Expone, inquit, assiduis precibus coram Domino institutum vitæ tuæ; commenda illi rerum tuarum statum, tamquam ei, qui potens est omnia ad tuum profectū reuocare: & ille, qui non spernit sperantes in se prout oportet, cuncta disponet. Ipse iustitiam tuam, qua iustum te faciet, ad gloriam suam conuenienti tempore hominibus & angelis manifestabit, & rectè institutam vitæ rationem, non aliter quam mercedem, claram efficiet. Si hæc ita futura sunt, subde te Domino. & sub potenti manu eius te ipsum humilia. Sic autem subditus & humiliatus, ac per omnia resignatus, in oratione persevera, vt subiectione & oratio te ad desiderata recipienda disponant. Hanc autem subiectionem, ad quam nos hortatur sanctus Propheta, esse subiectionem humilitatis, sicut & illam qua dixit: Nonne Deo subiecta erit anima mea, satis indicat Ambrosius, sic in eandem psalmum scribens: Omnis homo se Deo subiciat. Non enim vnum, sed omnes docet, vt subiciant cor suum, subiciant animam suam, subiciant carnem suam; quo sit Deus omnia, & in omnibus. Subiectus ergo est, qui plenus est gratiæ, & suscipit iugum Christi, & mandata Domini strenuè & incunctanter exequitur. Sine subiectione autem, qui se frustra extollit, sensu propriæ carnis inflatus, insolens deuotionis, & piæ declinans obseruantiam seruitutis, quam ipso iure naturæ auctori debemus æterno. Postremo, qui sine peccato est, subiectus est Christo, quoniam redemptus à Domino est. ] Subditus ergo esto Domino. o vit Dei, cui stellæ ipsæ quasi ancillæ subiciuntur. Ipso enim præcipiente dederunt lumen in custodiis suis, & lætata sunt: vocata sunt, & dixerunt, Adsumus, & luxerunt ei cum iucunditate, qui fecit illas. ] Ipsæ in stationibus suis lucent, si creator illis præceperit, & abscondunt lumen suum, si ille mandauerit. Si ab eo vocentur, non voce, sed opere statim adsunt, & cum lætitia & iucunditate, in eo quod sibi iniunctum fuerit, seruiunt ei. Subditus esto illi, cui & angeli vniuersi subduntur, cui septem illi præcipui astant, quorum vnus ad Tobiam ait, Ego sum Raphael angelus vnus ex septem, qui astamus ante Dominū. ] Et iure optimo hoc putat iste angelus magnū dignitatis

**C** **D** **E**

Aug. ser. 10. ad verbis Apo. stoli.

Pf. 36. 6.

Ambros. of. ad Psal. 36.

Barueb. 3:34.

Tob. 12. 15.

Pf. 61. 1.

Iob. 33. 12.



elogium, se, & reliquos creatori ita esse subiectos, ita ad omnia paratos, vt in nullo repugnent obedire ei. Tu, qui vitam angelorum emularis, qui inter illos te semper victurum esse confidis, qui ceu stelle cæli, immo plusquam stellæ, in felici illa patria lucebis, quid aliud conaris, nisi hanc subiectionem comparare? Hanc tua natura requirit, ad subiectionem creata; ad hoc enim conditus es, vt tuo conditori subdaris. Et quod amplius est, in hac subiectione stat felicitas tua. Quare Paulus de Christo ait: Cùm autem subiecta fuerint illi omnia, tunc & ipse filius subiectus erit ei, qui subiecit sibi omnia, vt sit Deus omnia in omnibus. Nunc enim quibusdam membris repugnantibus voluntati Dei, vt inquit Anselmus, videtur caput non esse subiectum. Cùm autem omnia membra fuerint Deo, tam carne quàm spiritu deuotè subiecta, tunc ipse filius, qui caput eorum est, manifestè cognoscetur in omnibus Deo subiectus.

Hoc itaque est summum bonum nostrum, Deo plenè subiici, & vt decet creaturam, penitus suo creatori submitti. Cùm ei perfectè fuerimus subiecti, tunc illud summum bonum consequemur, quod speramus, quod suspiramus, vt sit Deus omnia in omnibus. Vt ipse scilicet sit finis desideriorum nostrorum, vt iam nihil ultra desideremus, sed in eo & per eum omne desiderabile, vitam, salutem, copiam, honorem, pacem, & gloriam habeamus. Huius subiectionis perfectissimæ est iste gradus humilitatis initium, quo sine vlla repugnantia Deo subdimur, & nostræ commoditatis & vilitatis obliui, ab eo moueri & duci, & in omnibus regi ac gubernari concupiscimus. Præstantissima quidem est ista subiectione, à qua nec filius ipse naturalis eximitur. Ideo in scriptura secundum humanitatem seruus vocatus est, vt qui ad seruendum nati sumus libentes nos creatori subiiciamus. Ecce seruus meus, suscipiam eum, electus meus, complacuit sibi in illo anima mea: dedi spiritum meum super eum, iudicium gentibus proferet. Et: Humiliauit semetipsum, formam serui accipiens. Et: Ego seruus tuus (quem locum de Christo Athanasius intelligit) & filius ancilla tua. Et: Adducam seruum meum orientem. Et: Suscitabo super eas pastorem vnum seruum meum Dauid. Ne te hæsitabundè reddat, homo, inquit Basilus, quod Deus subiectus nominatur. Vt enim te subiectum reddat, ipse se subijcit, & vt ad virtutem te excitet, subiectum se nominat. Quare igitur ille, qui secundum diuinam naturam filius est naturalis & coequalis Patri, secundum humanam seruus vocatus est, nisi quia plenè Patri subiectus, quia voluntati eius addictus, quia ei per omnia, & in omnibus resignatus, nihil aliud volebat nisi Patris voluntatem implere? Nobis autem membris eius, quid aliud cordi esse debet, nisi hanc regalem subiectionem toto mentis conatu conquirere? Et verè regalis subiectione, quæ regibus præcepta est. Nam & illis dicitur in Psalmo: Seruite Domino in timore, & exultate ei cum timore. Et in eo reges sunt, si à Deo se regi sinant, & secundum eius voluntatem populos sibi commissos regant. Verè regalis subiectione nos à misera seruitute propria voluntatis extrahens, & in mirabili libertate constituens. Qui enim non ita subiectus est Deo, mirum est quot quantisque curis euentuum futurorum discerpitur, mirum quàm multis timoribus cruciatur, quanta tristitia & angore aduenienti aduersitati resistit, quanta anxietate media ad euadendum inquirat. Durum autem est illi contra infixum stimulum calcitrare, & Deo

1. Cor. 15. 28.

Ansel. ibid.

Isaia 42. 1.

Philipp. 2. 7. Ps. 115. 16.

Exechiel. 34. 23. Basili. epist. 141.

Ps. 2. 11.

A per tribulationem immisam subiectionem poscenti resistere. At qui hoc cor Deo subditum gestat, & se ac omnia sua Deo committit, inexplicabile est quanta tranquillitate fruatur. Is nihil terrenum timet, quia diuinam prouidentiam ipsam regentem animaduertit: nihil caducum sperat, quia nihil extra Deum, suum desiderium implebit. Omnem autem euentum gratanter suscipit, quia non tam à conditione naturali, non tam ab hominibus, quàm à Deo, cui subditus est, & à cuius regimine eximi non vult, aduenite nouit.

Is quoque magna aude petere, & pretiosa postulare, quoniam ex hac subiectione didicit, non ad honorem, aut commodum suum, sed ad gloriam Dei petere. Idque secundum Richardum Victorinum indicauit regius vates, cum magna rogans, se non filium, sed seruum ac subditum nominauit. Faciem tuam, inquit, illumina super seruum tuum, & doce me iustificationes tuas. Quid inquam (ait ille) Dauid, te seruum vocas: seruum nominas? Numquid hoc seruis datur obtinere, quod vix amici merentur accipere? Verè, inquit, scio quod amo, quia diligo Dominum meum: recordor nihilominus, quod Dominus dixit ad me: [Filius meus es tu:] nolo tamen dicere amicum suum; nolo me vocare filium suum. Qui enim absque meritis vult magna petere, meminerit saltem se multum deicere: & nunc verè me fateor seruum eius, non tantum iure conditionis, nec solum debito necessitatis, sed etiam proposito voluntatis. Nam alios seruus efficit ipsa eorum natiuitas, alios seruituti addicit belli necessitas; alios obsequio subiecit humilitatis magistra charitas. Seruam, seruam igitur creatori meo iure conditionis; obsequar regi meo ex reuerentia maiestatis; subiciar Saluatori meo, debito charitatis. Quantum apud eum possit voluntaria seruitus, intelligo: & idcirco magna petens, humilitatis meæ obsequium humiliter recolo Sic ille.] Hanc itaque spem obtinendi magna subiectione in illo peperit, & in nobis quoque pariet, si eam habere studuerimus. Si mens nostra subiecta fuerit Deo, subicietur illi caro, iam non vt fera ad imperium rationis recalcitrans, sed vt foror eius conatus in bonum adiuuans. Subicietur illi mundus, qui facile prosternitur, ab eo qui per veram humilitatem Dei prouidentiam committitur. Subicietur illi diabolus, qui non potest aliter quem deicere, nisi conatus fuerit eum ab hac subiectione separare. Ac tandem, vt ait Isidorus, tunc rectè subiciuntur nobis omnia, quæ sub nobis sunt, si nos subicimur ei, à quo nobis illa subiecta sunt. Cogitavi, Domine, vias meas, vias meas antiquas, quibus aut post peccata currebam, aut meam voluntatem explebam, aut postea in bonis & rectis ad mea commoda festinabam. Cogitavi eas, & de mea stultitia erubescens, conuertere meos in testimonia. Affectus meos ad tuam voluntatem conuertere, & tibi semper subesse constitui. Paratus sum, & non sum turbatus, vt custodiam mandata. Paratus, inquam, ad omnia quæcumque præceperis, & tibi plenè subiectus, emergentibus impedimētis nō turbor, sed pacatè tua mandata custodio. Cùm enim me ipsum nō quærā, sed tuam voluntatē implere cupiam, nec afflictionibus nec detractionibus nec terroribus quator, nec à via perfectionis dimoueor, quia tibi subesse, quod solum quærebam, inuenio.

C

D

E

Pf. 118. 131. Richard. ibid.

Isid. 3. sentent. 1.

Pf. 118. 59.

Pf. 118. 60.

De Hæz Tom. II





De Decimo gradu humilitatis, qui est: Subicere se omnibus propter Deum.

CAPVT. XI.



**R**ÆDICTA ad Deum subiectio, ita solet in humilibus crescere, vt ex amore Dei, & humilitatis desiderio, velint, omnibus hominibus, non tantum maioribus, verum & equalibus & minoribus, esse subiecti. Volunt autem id efficaciter, & licet munere sint maiores, & dignitate præcellant, rationes tamen quarunt, & inueniunt, quibus suis etiam seruis & mancipiis subiciantur. Cum sint sapientissimi, difficultates ac dubitationes suas cum minus illuminatis conferunt, & eos libenter & animo discendi audiunt. Cum sint prudentissimi, imperitorum consilia non respuunt, & cum sunt vtilia, suscipiunt. Ministratur illis à seruis suis; & ipsi aliquando valde familiariter illis ministrant, à quibus obsequia ex iure recipiunt. Ita inter homines conuersantur, vt cum maiores sint, sua comitate & modestia se associant minoribus, & ipsorum animos in sui amorem desideriumque conuertant. Ad hunc gradum pertinet mirabilis illa Christi actio, qua inter discipulos suos formam ministrantis induebat. Nam quis maior est, inquit, qui recumbit, an qui ministrat? Nonne qui recumbit? Ego autem in medio vestrum sum, sicut qui ministrat. Ille rex, & Pontifex Maximus, & verus Filius Dei, rudioribus discipulis obsequabatur, & ad mensam recubens, illis more serui ministrabat, & ad exemplum humilium maior se minoribus subiciebat. Ego autem credo, quod non solum in hac postrema cœna, sed & in omnibus, discipulorum collegio manducante, ipse illis, vt minister, inseruiuit. Nec solum discipulis, sed & aliis bonis & malis se submitit. Bonis quidem, vt cum de ipso ait Lucas: Et descendit cum eis, nimirum cum matre Maria, & nutritio Ioseph, [ & venit Nazareth, & erat subditus illis. ] Malis vero, quia & permisit se ab spiritu nequam assumi in sanctam ciuitatem, & statui supra pinnaculum templi: & permisit quoque se à satellitibus diaboli irreuerenter tractari, & à iudice in iudicem, & à prætorio in caluarie locum ad necem duci. Ex hoc enim probat Gregorius, non fuisse indignum Christo, quod se iniret à diabolo in montem duci, qui permisit, ad redemptionem nostram à membris diaboli crudeliter tractari. Iniquorum omnium caput, ait, diabolus est, & huius captis membra sunt omnes iniqui. An non diaboli membrum fuit Pilatus? An non diaboli membra ludæi persequentes, & milites crucifigentes Christum fuerunt? Quid ergo mirum si se ab illo permisit in montem duci, qui per tulit etiam à membris illius crucifigi? Et Chrysostomus: Quando audis dicentem, ductus à diabolo, nihil cogites de potentia diaboli, quia potuit ducere Christum: sed de patientia Christi mirare, quia sustinuit vt à diabolo duceretur. Ergo, in sequente Domino non inimitas, sed patientia est; in dicente autem diabolo, non virtus, sed superbia est. Hoc igitur omnia subiectionem Saluatoris nostri notant, propter quam voluit ab Isaiâ [ nouissimus virorum ] dici: voluit enim omnium hominum generi se subicere, vt ab eius exemplo tam maioribus quam minoribus submitti discamus. Ab hoc autem capite ac magistro viuerse virtutis accepit discipulus eius primus Petrus verba illa quibus hunc etiam humilitatis gradum indicauit:

**A** Subiecti igitur estote omnium humana creaturæ propter Deum: siue regi quasi præcellenti, siue ducibus tamquam ab eo missis. Quid hoc loco significat humana creaturæ? An ordinationem humanam, siue potestatem hominibus insidentem? An prælatos ipsos ac prælides, qui quod ab hominibus creaturæ, humana creaturæ vocantur? An vocat humanam creaturam quoscumque præfectos, licet ad præfecturam minus apti iudicentur? Et sensus sit, quicumque sit ille, qui reliquis præponatur, licet scientia, aut virtute, aut reliquis talentis inferior; eo ipso quod prælatione maior est, subiectionem exigit, obedientiamque requirit. Si ergo ob solam excellentiam potestatis, quidam homines se aliis submittant, quid etiam se submittant ob eminentiam virtutis? Humiles autem, reliquos omnes saltem virtute & meritis se maiores existimant: quid ergo mirum, si eisdem data opportunitate subdantur? Subiecti igitur sunt latiori quodam sensu omni creaturæ propter Deum, quia non tantum regibus, & principibus & aliis superioribus ab humana ordinatione creatis obediunt, sed & quibuscumque aliis, licet inferioribus potestate, præpositis tamen sibi virtute, subdantur. Hæc enim subiectio, qua etiam minoribus propter Deum subiicimur, tanti meriti est, vt propter eam, & hominibus in admiratione sumus, & à Deo magnis donis offeramur. Meritoque Esau maior natu loco benedictionis accipit, quod fratri minori seruiret, quia insignis humilitas est, quemquam se minoribus subiugare. Dixerat ille ad patrem: Num vnam benedictionem tantum habes, Pater? Mihi quoque, obsecro, vt beneducas. Cumque euulatu magno fletet, motus Isaac, dixit ad eum, utique benedicens ei: In pinguedine teræ, & in rore cæli desuper erit benedictio tua. Viues in gladio, & fratri tuo seruiens. Benedictio itaque humilitatis, est seruire minori, & subdi inferiori. Quare Ambrosius optime, Hæc igitur seruitus, ait, Dei donum est. Denique inter benedictiones numeratur huius seruitutis obsequium: nam & Isaac in loco benedictionis eam dedit Esau filio suo, vt seruiret fratri suo. Denique benedictionem ille postcebat, etsi vnam sibi cognouisset esse præceptam, tamen aliam postulabat, dicens: [ Numquid vna benedictio tibi est, Pater? ] Per hanc igitur seruitutem, ille qui per gulam primitias suas ante vendiderat, & studio venationis agrestis gratiam benedictionis amiserat, credidit se ipso futurum esse meliorem si typum Christi veneretur in fratre. Hæc ille. Optime autem hæc humilitatis actio iusti benedictionibus annumeratur: nam quæ maior benedictio illi potest obtingere, quam quod Christi æterni regis, & Saluatoris sui imitator existat? In hoc vero ipsius imitator est, cum ille pro nobis minoribus in sua se mortalitate subiecerit. Cui vicem rependit homo, cum altitudinem, quam habet, tantisper deponens, minoribus pro amore Christi se subdit.

**B** Benedictio veta & magna est, quia maledictioni superbiæ reluctamur: Idque præcipue facimus cum cunctis etiam inferioribus nos submittimus. Quare Bonaventura actus humilitatis enumerans, & hunc gradum, quem nunc tractamus, tertium eius actum faciens, putat eo nos perfectissime superbiæ reluctari. Tertius, inquit, actus est velle subesse omnibus scilicet superioribus, paribus, & inferioribus, & se opponitur superbiæ strictè sumptæ, quæ est amor propriæ excellentiæ. Maledictio itaque superbiæ, est, propriam excellentiam supra modum quantitare, & omnibus se præferre. Benedictio vero humilitatis, proprium contemptum diligere, & omnibus se sub-

1. Petri. 2. 13.

Genes. 27. 38. 39.

Ambrosii lib. de parad. c. 14.

Bonav. 1. p. contr. quij. sect. 18. 10. 1.

Luc. 22. 27.

Luc. 2. 51.

Matth. 4. 9.

Gregor. in euang. 16. in euang. 16.

Chrysost. hom. 5. in Matth.



Matt. 20. 26.

Sener. Sulpis. in eius vita cap. 1.

Serius in Maio.

Bon. in eius vita cap. 6.

Pf. 28. 2.

1. Petr. 2. 13.

mittere. Est implere illud Domini mandatum: Qui cumque voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister: & qui voluerit inrer vos primus esse, erit vester seruus. Nam vera altitudo subiectione quæreda est: illumque Dominus præfert aliis, quem reperit non se præferentem, sed omnibus se humiliantem. Ideo sancti, vt Christum imitarentur, illustrissima nobis reliquerunt huius humilitatis exempla. Martinus, vt ait Sulpitius, Sacramentis militaribus iussu patris implicatus, vno tantum seruo comite contentus est, cui tamen versa vice dominus seruiebat, adeo vt plerumque ei & calceamenta ipse detraheret, & ipse detergeret; cibum vnâ caperent, hic sapius ministraret. Pachomius in quodam cænobio, cum affideret operi storearum quæ texebantur, sic huius humilitatis formam præbuit. Veniens enim puer, qui erat deputatus ministerio hebdomadæ, videt eum operantem, & dicit ei: Noli sic vertere texta, vt rectè opereris. Abbas Theodorus textit alio modo: Is verò surgens, dicit ei: Doce me, quomodo, ô fili; & cum didicisset, sedit rursus cum magna alacritate in hoc reprimens spiritum arrogantia. Franciscus fratri comiti suo, cum quo iter agebat, solitus erat semper promittere obedientiam, & seruare. Hæc & alia similia in sanctorum antiquorum gestis, legimus, & non pauca huius generis nunc in viris spiritualibus videmus, qui, vt superbiam compriment, & spiritum elationis subuertant, occasiones quarunt, & inueniunt, quibus tum interius tum exterius se suis subiectis humiliant. Habent enim cordi infixum illud Pauli dictum: Per charitatem spiritus seruite inuicem. Et qui in libertatem Christi vocati sunt, hanc libertatem non assumunt ad perficienda desideria carnis, vt vnus aduersus alium superbiat, sed ad augendam virtutem mentis, vt minor maiori per obedientiam seruiat, & maior minori per humilitatem se submittat.

Hæc Sancta subiectio ad omnes, vera & intima est adoratio, qua viri Deo consecrati Deum adorant, quia ad pedes Domini se submittunt. Qui naque sunt pedes Domini, nisi infima Ecclesie membra, quorum comparatione nos maiores ratione alicuius dignitatis existimus? Ad hos autem pedes proouolumur, cum eos interiori mentis affectu, & externo aliquo signo, quasi superiores putamus. Et in hoc sensu interpretatur Richardus Victorinus illum Psalmi cuiusdam versum: Afferte Domino gloriam, & honorem: afferte Domino gloriam nomini eius: adorare Dominum in atrio sancto eius. Nam hunc locum mysticè de religionis exponens, sic ait: Superius offerre hostiam præcipimur: hic intus adorare iubemur. Prius, ne intremus vacui; secundò, ne stemus otiosi. Ne intremus vacui, afferte Domino gloriam nomini eius. Ne sitis intus otiosi, adorare Dominum in atrio sancto eius. Quid est adorare, nisi totum corpus nostrum ad pedes prosternere, & summum nostrum ad eius ima inclinare? Vult ergo Propheta non solum superioribus membris Domini (hoc est prælatis) vos subiecti, sed vsque ad nouissima eius membra vos sponte humiliari. [Subiecti estote modò omni humanæ creaturæ propter Deum.] & absque dubio adorastis Dominum. Itaque cum hostiis intrate: ingressi adorare. Arripite arctam viam, intrate angustam portam, in habitu religionis, in voto professionis: manete in domo disciplina: tenete instituta regula. Si enim intra claustralem disciplinam vos coarctastis, in atrium Domini absque dubio intrastis. Si verò votum professio-

nis facitis; si instituta regula seruatis, hostias Domino admodum gratas obtulistis. Si enim in claustro viuentes, per omnia humiliter obedistis omnibus, verè adorastis Dominum in atrio sancto eius. Hæc ille.] Nec partipendenda est ista adoratio Domini, qua propter amorem eius ad pedes ipsius cadimus, nam ex ea ad superiora leuamur. Illi quippe, qui in nouissimo loco, ex humilitate sedit, dictum est ab eo, qui illum inuitauerat: Amice ascende superius. Sic propterea cum nos coram minoribus interius exteriusque deiicimus, & quasi minores profitemur, eo ipso in corde eorum, & in corde Christi (quod est optabilis) ascendimus. In corde quidem Christi, nam eos sua dilectionis brachiis amplectitur, quos ita audios suæ imitationis reperit, vt propter eam minoribus se quoque submittant. In corde verò hominum quoniam maximè eos admirantur, atque suspiciunt, in quibus ita vident superbiam Adæ fuisse prostratam, vt non solum primatum non appetant, verum & subesse omnibus concupiscant. Quanta admirationis sit hoc apud homines, in quadam historia Beati Gregorij perspicimus, quam narrat Ioannes Moscus Euiratus. Inducit enim quendam Abbatem, nomine Ioannem, sic loquentem: Perreximus ad Abbatem Ioannem Persam: narravitque nobis de Magno Gregorio, Beatissimo Romano vrbis Episcopo, dicens: Cum iuissem prima Romam vt secundò adorarem ad sepulchrum sanctorum Apostolorum, Petri & Pauli, statemque die quadam in medio ciuitatis, audio Papam Gregorium per locum illum transiturum. Cogitavi itaque adorare illum. Cum autem prope me esset Papa, videretque me progredi, vt adorarem illum (loquor Deo teste, fratres) primus ipse prostrauit se humi coram me, neque antè surrexit, quam me primò surrexisse cerneret. Et cum multa humilitate salutans me, manu sua mihi tria nummismata tradidit, iubens mihi dari quæcumque erant necessaria. Glorificauit itaque Deum, quòd tantam illi contulerat humilitatem, & misericordiam, & charitatem ad omnes. Non miramur quòd hic sanctus Pontifex præferat Ecclesie, quòd gubernauerit principes, quòd omnes fideles sibi subiecerit, & suis ac Dei præceptis astrinxerit: miramur autem quia vni monacho pusillo se subdiderit. Quare hoc? nisi quia hæc humilitas iustum admirabilem facit, & dum pusillis subiicit, in æstimatione hominum, magnis etiam & honoratis illum præponit.

Sed licet hic humilitatis gradus omnibus fidelibus congruat, præcipuè tamen illis conuenit, qui pro amore Christi humilis, se ipsos & omnia mundi plausibilia reliquerunt. Minimi enim omnibus libenter se subiiciunt, quia eo ipso quòd minimi sunt, aut tales se reputant, neminem non maiorem iudicant, & ideo neminem sibi non præferunt. Hi verò sunt Ecclesie minimi, qui omnem altitudinem huius sæculi possident, vt veram altitudinem in cælis obtineant. Nam quid, quæso, homines in hoc sæculo magnos facit? Nonne honor! Nonne dignitas? Nonne diuitiæ, atque potestas? At hi huius se magnitudinis alienos fecerunt, & magnitudinis Christi aliquando participes fierent. De his maximè dicitur à Domino in die nouissimo: Amen dico vobis, quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Quod ego non dicere, nisi Augustinus antè dixisset. Exponens enim eadè verba sic ait: Minimi ergo qui sunt Christi? Hi illi sunt, qui omnia sua dimiserunt, & secuti sunt eum, & quicquid habuerunt, pauperibus

Luc. 14. 10.

In Prat. Spirit. c. 151.

August. de serm. de uerbo. Dicitur. c. 1.

bus

DE HAZ  
T. II



bus distribuerunt, vt Deo sine seculi compede expediti seruirent, & ab oneribus mundi liberatos, velut pennatos, sursum humeros tollerent. Hi sunt minimi. Quare minimi? Quia humiles, quia non elati, non superbi. Appende minimos istos, & graue pondus inuenies. ] O quantum pondus meritorum hi habent, quam multas & magnas diuitias reconducunt, quam sunt firmi & stabiles, qui cum sint supra mundum, mundi ventis non agitantur, nec turbibus impelluntur. Habent hi graue pondus, si pro ratione sui status sint minimi. Sunt autem minimi si sunt veri humiles. Sunt verò veri humiles, si (quod in se est) nulli se praeferant, immo omnibus se supponant. Statur ergo istorum maximè congruit hic humilitatis gradus, quo quis omnibus etiam minoribus se submittit. Enimvero quòd saecularis non tam perfectam humilitatem habeat, quòd non omnibus se demittat, videtur tolerabile, quia status, & fors, & locus in quo degit, non est tantæ lucis particeps, vt hanc doctrinam intelligat. At tu, qui vitam religiosam professus es, quia in ea regione vitam agis in qua tam splendida lux est perfectæ doctrinæ, qui mundi opiniones abiectisti, qui ad obtinendam cæli magnitudinem minimum te fecisti, quomodo audes te aliis præferre, honorabiliore sedes appetere, & pro sublimiori loco cum aliis decertare? Si minimus omnium es, omnibus te submitte: si autem non vis omnibus te subicere, nomen minimi detelinque. Nec enim decet homines fallere, & nomen ac professionem operibus contrariam profiteri.

De Vndecimo gradu Humilitatis, qui est,  
ex functionibus externis abiectiora completi.

CAPVT. XII.

**D**vobis modis quibus humiles & abiectas functiones amplectitur, primò, quia sentiens in se elationem animi, & immoderatum excellentiæ appetitum, vult illum externa humiliatione comprimere: Secundo, quia ex animo humili, & contemptore sui, vilissimis optat obsequiis occupari. Illud ad media assequenda humilitatis pertinet, istud verò gradum ordine vndecimum humilitatis constituit. Aliud enim est studiose operari, vt vitium, à quo impugnaris, expugnes; aliud autè operari, vt habitu virtutis, qui expugnando vitium, est acquisitus, vtaris. Illud difficile est, istud facile: illud laboriosum, istud suauis: illud est cum hoste pugnare, istud obtentà victoriâ gaudere: illud denique est virtutem comparare, istud, ex virtute iam habita promptè actiones eiusdem virtutis elicere. Solent quippe sancti viri, perfectissima humilitate nõ tam affecti quam possessi, sic humilium actionum amore capi; sic eas curiosè & diligenter assumere, vt ad illas solas nati videantur. Et sicut de aquila dicit Job, quia [vbi fuerit cadauer, statim adest: ] ita hi, vbi fuerit aliquod abiectum obsequium, statim adsunt, & illud libenter assumunt. Quid sublimius aquila? Sed quid abiectius & foedius cadauer? At aquila cadauera quarit, quorum carnibus sibi & pullis suis cibum administrat. Quid etiam sublimius humili, qui omnia splendida & speciosa, quæ homines amant, sub pedibus collo-

**A**cat: Sed quid vilius seruitiis humilibus, quibus exercendis sunt mancipia deputata? At humilis verus ad hæc inhiat, vt suis desiderijs satisfaciat, & per humiliores gradus ad sublimiores perfectionis ascendat. Quòd si aquila illa, vt Gregorius est meditatus, Christam mysticè significat, ille quidem, vbi inuenit cadauer, fratrem adfuit, quoniam pro nostra eruditione ad humillima obsequia se demisit. A duodecimo anno vsque ad trigésimum, cum vitam occultam gessit in terris, æstimo quia non parum temporis in obsequiis humilibus infumebat. Æstimat & doctor egregius Bonauentura, in quo nescio an magis syncretissimam pietatem, quam profundissimam scientiam admiret. De Salvatore enim nostro in decursu huius ætatis constituto, hæc scribit: Computere Domino Iesu, quia ipse matrem adiuuabat, & fideliter laborabat, in his quæ poterat. Venit enim (vt ipse ait) ministrare, & non ministrari. Nonne ergo in ponenda mensula, cubilibus aptandis, & aliis secretioribus domus, eam adiuuabat? Inuere ergo eum bene humilia obsequia per domum facientem. Sic ille. Existimo etiam à Domino tempore prædicationis suæ huiusmodi obsequia non fuisse relicta, quod mihi illa verba ipsius: Venit filius hominis non ministrari, sed ministrare, ] aperte significant. Nam quamuis illa præcipuè ad spiritualia ministeria referatur, quibus Dominus hominum animas inuit; sed de obsequiis quoque corporalibus intelligenda sunt, quibus corpora subleuauit. Neque vnquam ipse opera externa humilitatis omisit, qui venit homines edocere, quorum est, non tam animi sensa peccata introspicere, quam ea, quæ oculis corporalibus parent, spectare.

**C**At in egressu ex hoc mundo ad Patrem illustrissimum, præbuit horum operum humilium exemplum, & non sine constanti obstestatione, quòd illud opus præstabat, vt nos ad actionum humilium imitationem incitaret. Quid ille fecit? [Surgit à cæna,] inquit facer Euangelista, [ & ponit vestimenta sua, & cum accepisset linteam, præcinxit se. Deinde mitit aquam in peluim, & cepit lauare pedes discipulorum, & extergere linteo, quo erat præcinctus. ] Animaduerte in vno facinore quanta sint humilitatis studia. Surrexit à cæna, alius in sua sede & quiete manentibus, vt ipse solus laborem subiret. Posuit summam vestem, siue pallium, vt more seruatorum, in vno tantum indumento, non admodum longo, nec laxo, opus illud vel ipsis angelis admirandum præstaret. Præcinxit se linteo, non tantum vt tunicam, quam non deposuit, contineret; vel vt discipulorum pedes detergeret, sed vt seruatorum quoque formam (qui apud aliquas nationes linteo cincti ministrant) sic vt & ministerium assumeret. Misit aquam in peluim, nec ab aliquo iuari voluit, vt se in illa actione solum seruum ostenderet, & omnium labores atque molestias solus ipse portaret. Ac tandem cepit lauare pedes discipulorum, & à Petro, Ecclesiæ capite, exordium capiens, & in Iuda proditore humillimum ministerium perficiens, in his actionibus perseverantiam, à suis sectatoribus tenendam, exposuit. Voluit ergo Dominus, hoc stupendo humilitatis exemplo, nos ad functionum humilium exercitationem hortari: & quod voluit, obtinuit: nam spirituales viri, hac mirabili actione perculli, & sequenti adhortatione præmoniti, libentissimè in humiles actiones incumbunt. Vnde Augustinus sic ait. Hoc est, Beate Petre, quod nesciebas, quando fieri non sinebas. Hoc tibi postea sciendum propositum, quando vt sineres, tenuit te magister tuus, & Dominus tuus, laetans pedes tuos. Didicimus, fratres, hu-

Gregor.

Ben. lib.  
medit. c.  
15.  
Mart. 20.  
28.

Ioan. 13.  
45.

August.  
tract. 18.  
in Ioan.  
nem.



militem ab excelsis: faciamus inuicem humiles, quod humiliter fecit excelsus. Magna est hæc commendatio humilitatis, & faciunt sibi hoc inuicem fratres, etiam opere ipso visibili, cum se inuicem hospitio recipiunt: est enim apud plerosque consuetudo huius humilitatis usque ad factum quod cernatur expressa. Vnde Apostolus cum viduam benemeritam commendaret: Si hospitio, inquit, recepit, si sanctorum pedes lauit. Et apud sanctos, vbiq; hæc consuetudo non est, quod manu non faciunt, corde faciunt, si in illorum numero sunt, quibus dicitur in hymno Beatorum trium virorum: Benedicite sancti & humiles corde, Domino. Multo autem est melius, & sine controuersia verius, vt etiam manibus fiat, nec dedignetur quod fecit Christus, facere Christianus. Cum enim ad pedes fratris inclinatur corpus, etiam in corde ipso vel excitatur, vel, si iam inerat, confirmatur ipsius humilitatis affectus. Sic ille. Jam ergo sancti viri, ex Christo didicerunt, humiles has actiones diligere, easque dum abest oportunitas, affectu complecti, dum vero adest, etiam opere ipso complere.

Id autem maxime hunc gradum humilitatis commendat, quod Christus Dominus, iam mortalitatem exutus, has eadem humilium actiones quodammodo per se ipsum exercuit. Anima enim eius sanctissima, carnis vinculis exoluta, descensum in infimum mundi locum, nempe in infernum, non exhorruit, & vincitorum ibi detentorum catenas fregit, compedesque comminuit. Tu quoque, ait Zacharias, ad ipsum loquens, in sanguine testamenti tui emisisti vincos tuos de lacu, in quo non est aqua. Et per Oseam ipse ait: De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos. Ero mors tua, o mors, morsus tuus ero, inferne. Et per Ecclesiasticum: Penetrabo omnes inferiores partes terræ, & inspicia omnes dormientes, & illuminabo omnes sperantes in Domino. Et quidem huius sæculi reges iubent vincos e carceribus educi, a vinculis solui, & ab ergastulis liberari: ipsi vero nec ad carcerum loca inferiora descendunt, nec catenas aut compedes dissolunt, sed seruis ea facienda relinquunt. Rex Christus non ita, sed ipse ad infima terræ loca penetravit, ipse vincula fregit, ipse captiuos ab ergastulis eduxit. Ille est (vt inquit Augustinus) qui tenebrarum & mortis principem colligauit, legiones illius perturbauit, portarum inferni vectes ferreos confregit, omnes iustos, qui originali peccato adstricti tenebatur, absoluit, captiuos in libertatem pristinam reuocauit; peccatorum tenebris obcæcatos splendida luce perfudit. Hæc ille, qui & prius dixerat, Christum quidem mortis mortem, inferni vero mortuum extitisse, quia in electis suis mortem omnino peremit, ab inferno vero partem, iustos scilicet, qui ibi tenebantur, abstraxit. Saluator ergo noster, in vtroque statu, tam mortalitatis quam immortalitatis, operum humilium huius generis quod tractamus, dedit exemplum. Mortalis ministravit discipulis, & ac si esset eorum seruus, cibos in mensa diuisit. Immortalis quoque eisdem est obsequutus; nam cum manifestauit se ad mare Tiberiadis, descendentibus e nauis discipulis, viderunt prunas positas, & piscem superpositum, & panem, quos cibos ad refectorem discipulorum ipse parauerat. In quo certe opere aliquid memoria dignum sumus meditati. Nam si Dominus (vt putat Chrysostomus) prunas, & piscem, & panem ex nihilo creauit, opus Dei proprium, nempe creationem, & opus seruis relictum, nimirum ciborum præparationem, in vnam actionem coniunxit; vt dicamus non esse indignum Deo exempla nobis humilitatis exhibere,

A neque alium esse a magnis & sapientibus viris, has aliquando humiles functiones libenter amplecti, & ad pusillorum exemplum vtilitatemque præstare.

Vult ergo omnino Dominus, exemplo suo multipliciter exhibitio, humilitatem docere, & qui sæpe ad profectum animæ nostræ nos humiliat, diligit vt nos ipsos humiliemus, & obiectam iam humilitatem propriis operibus augeamus. Quare Bernardus explicans illud: Qui se humiliat exaltabitur; ait: Ita ne parum est, Domine, quod in veritate humiliasti nos, quia adhuc exigit, vt apponat homo humiliare se ipsum. Et infra: Quantos videmus humiliatos, sed non humiles: percussos, sed non dolentes: curatos quidem a Domino, sed nec ipsa curatione sanatos? Hi sunt, qui sub sentibus esse delicias computant, dissimulant peccata, quæ acitant, lubricum in quo titubant: tenebras, quibus caligant; laqueos, inter quos ambulant; Locum afflictionis, quem inhabitant; corpus mortis, quod gestant; iugum graue, quod tolerant; grauiorem conscientiam, quam occultant; grauiissimam sententiam, quam expectant. Quia ergo ad humilitatem obtinendam, non satis est si ab alio humiliemur, nisi etiam humiliationem acceptemus, aut potius humiliemus nos ipsos, ideo voluntas Domini est, vt sponte, humilitatis actiones sumamus. In his autem non infimum locum habent humiles functiones, quibus nos pusillos profitemur, & aliis, quali maioribus, nos submittimus. Quod adeo verum est, vt Ambrosius dicat, in his humilitatis secreta consistere. Cognosce, inquit, mysterium ipsum humilitatis consistere in ministerio. Ait enim: Si ergo laui pedes, Dominus & magister, quanto magis vos debetis lauare pedes inuicem vobis? Cum enim ipse auctor salutis, per obedientiam nos redemerit, quanto magis nos serui eius, humilitatis & obedientiæ exhibere debemus obsequium? Sic ille. Istas igitur actiones, humilitatis indices, Christi Domini nostri voluntate probatas, & exemplo monstratas, debemus magna deuotione suscipere, & oportunitatem ad eas præstandas captare. O quam sæpe nos speciosis actionibus vltro ingerimus, & si ad eas inuitemur, affectu gaudemus: si vero relinquamur, tristitia tabescimus. Cur similiter non appetimus ad actiones humiles inuitati? Cur ad auctoritatem spectare ducimus, obligatione eas præstandi & exercendi carere? Certè ideo quia superbi sumus, quia oculos tantum carnis habemus: quia humilium functionum merita ignoramus: quia præmia illis parata non agnoscamus. In aula regia honorificum est imperare; in Dei aula, seruire. Ideoque fortassis pastor Ecclesiæ seruum seruorum Dei se nominat, non solum videlicet, quia titulum humilitatis amat, sed quia seruire membris Christi honorificentissimum putat. Omnes quippe nobilissimi titulis insigniri appetunt, & principem, qui simul comes est, & marchio, & dux, & rex, nunquam ducem, aut comitem, sed regem appellabis, ne, si aliter feceris, tamquam stolidus ridearis. Pastor autem Ecclesiæ, qui rex est, & Pontifex summus, seruum se vocat, vt præstantissimam rem esse seruire propter Christum ostendat.

B  
C  
D  
E

Non est quidem cur has functiones humiles auersemur, quas iusti ante datum a Salvatore humilitatis exemplum, promptissime exercuerunt. An non Abraham, angelis, quos iuuenes peregrinos existimabat, ministravit? An non pedes eorum lauit? Menfas, & cibos apposuit, & coram illis comedentibus, vt abiectus seruus stetit? Ita sanè. Afferam, inquit, pauxillum aquæ, & lauare pedes vestros, & requiescite

1. Tim. 5. 10.

Dan. 3. 87

Zach. 9. 11.

Ose. 13. 14. Eccl. 24. 45.

Aug. ser. 37. de 18. pore.

Ioan. 11. 9.

Chrysost. hom. 86. in Ioan.

Luc. 10. 14. Bernard. ser. in ca. de verbis.

Ambros. de bit. qu. mysteria curiam. c. 6. Tom. 13.

Genes. 18. 4. 5. 6.

sub

DEHAZ  
Tom. 11



sub arbore.] Et postea: Tulit quoque butyrum, & lac, & vitulum, quem coxerat, & posuit coram eis; ipse vero, stabat iuxta eos sub arbore.] Seruat semper in bonis, inquit Augustinus, tenorem sui perfecta iustitia. Offert peregrinis hospitium, qui non habet tectum, & cum sit omni domicilio viduatus, domicilium quale necessitas procurabat, exhibuit transeuntibus. Et licet illa minora fuerint, quae offerebantur, locorum angustis magnitudinem dederat fides, quae contemni non meruit à Deo. Discite, fratres, à beato Abraham hospites libenter accipere, pedes eorum cum humilitate & pietate lauare. Lauate (inquit) sanctorum peregrinantium pedes, ne forte in illis remaneat pulvis, quem ad iudicium vestrum possint de pedibus suis excutere. Et Chrysostomus: Sic per semetipsum omnia facit, & apponit. Et neque dignum semetipsum censuit, qui consideret eis, sed, illis comedentibus, adstabat ipse sub arbore. O magnitudinem hospitalitatis, o humilitatis excellentiam, o mentem oppido piam! Adstabat centenarius comedentibus illis. Mihi videtur tunc praegaudium alacritateque multa, imbecillitate sua factus superior, & robur quoddam accepisse. Sape enim consuevit alacritas animae, si quando roborata fuerit, vincere corporis imbecillitatem. Astitit igitur Patriarcha quasi famulus, summum honorem suum existimans, quod praesentibus ministraret, & solaretur itineris eorum laborem. Haec ille. Sanctus itaque Patriarcha famulorum obsequia iuuenibus deferenda humilitatis ergo suscepit. Et qui tam magna copia famulorum abundabat, ut cum vernaculis suis recentis decem & octo hostes insequeretur, noluit per aliquem illorum, sed per se ipsum iam senem, atque grandævum, seruire iuuenibus, & humilitatis actiones tamquam opera verè eximia sibi ipsi demandare.

Nec solus hic pater credentium fidelis, in veteri lege exemplum dedit humilitatis nobis credentibus, sed alij quoque similia exempla praebuerunt. Nam & Gedeon, angelum, quem virum esse putabat, conuiuio excepit, & per se ipsum illi ministravit. Coxit ille haedum, inquit scriptura, & de farinae modio azymos panes, carnemque ponens in canistro, & ius carniui mittens in ollam, tulit omnia sub quercu, & obtulit ei.] Et Abigail ad coniugium Davidis inuitata, se in ancillam obtulit. Ecce, inquit, famula tua sit in ancillam ut lauet pedes seruatorum Domini mei.] Si quo tempore non erat via humilitatis à Christo Salvatore nostro detracta, tanti momenti haec opera humilia putabantur, ut praestantes viri ea non erubescerent, & nobiles feminae se ad humile ministerium offerrent, quanto magis nunc, Christo Dei Filio praesente, debemus ea libenter assumere, & ad usum humilitatis praestare? Ecclesiae dictum est in Isaia: Aedificabunt filij peregrinorum muros tuos, & reges eorum ministrabunt tibi: quoniam filij Ecclesiae iusti ministrant, & non solum eam honoram operum exemplis tamquam muris cingunt, verum & miris humilitatis obsequiis fouere non desinunt. Pretiosumque putant seruire filiis illius, qui Deum sunt visuri, & cum eo in aeternum regnaturi. Iam ergo, o tu, qui humilitatis amore captus, eius gradus ascendere conatus es, hunc nequaquam praetereas, sed in eo quoque te contentanter exerceas. Si statu paruos, paruum parua decent: si magnus, in magno parua haec multum alios aedificant, & mirum in modum splendent. Non credas te humilitatem obtinuisse, si abique causa haec parua refugias, quia vera humilitas numquam in mirabilibus ambulauit, sed modica semper & abiecta dilexit. Haec virtus hominem in suis oculis abiectum facit; haec omnes maiores

A & meliores agnoscit, & ut maioribus, promptè & ex animo illis inlerit. Si tu ab aliis tibi ministrari vis, non ministrare, si operibus solum magnis & speciosis intendere; aut te magnum reputas, aut quae tuam paruitatem non decent, affectas. Si magnum te reputas, cum nihil sis, humilis non es: si verò paruum te esse sentiens, magna & tuas vires excedentia cupis, stultus es. Stultitia autem, humilitatis est inimica: unde qui stultus agnosceris, ab humilitate alienum te esse conuinceris. Quamobrem quocumque te veritas, ad humilitatis opera incitaris, & ad amorem humilium ministeriorum impelleris. Quae patres antiqui non horruerunt, quae Christus Dei Filius amavit, quae viri sancti, & eius imitatores exemplis vitae suae amanda & exercenda esse monstrarunt. Non licet humilibus viam humilitatis deferere; non licet, quae humiles amant, respuere, & propria huius sanctae virtutis opera, cum ea exercere commodè possis, auerfari.

De Duodecimo gradu Humilitatis, qui est; Se omnino inutilem reputare.

CAPVT XIII.



ONSCENSIS his vndecim humilitatis gradibus, solet iustus ad duodecimum ac postremum peruenire, in quo, licet sit puritate conspicuus, & omnium copia virtutum ornatus, nec non & magnis Dei donis tum supernaturalibus tum naturalibus praeditus, non aliter coram Deo & hominibus de se sentit, quam si esset canis mortuus & foetidus, de se ad omnia profusus inuisibilis. Gradus hic ut supremus, ac perfectissimus, & in culmine scalae humilitatis positus, longè à praecedentibus differt. Nam qui illa assequitur, quasi virtute praecedentis considerationis impulsus, semetipsum despicit, sibi ipsi diffidit, se donis diuinis indignum aestimat; se minimum reputat; laudari non appetit; despici concupiscit, de oblato honore dolet; libenter suos defectus detegit: Deo & hominibus se subiicit, & humilibus functionibus gratanter intendit qui in hoc gradu constituitur, quasi ex habitu & sine vlla meditatione praecia, haec omnia complet, & profusus inutilem & nullius momenti, ceu stirps sterilis, aut canis mortuus, esse se sentit. Hic iustus (ut nonnulli loquuntur) fundum suae nihilitatis ingreditur, & quasi abundantiam propriae vilitatis obruitur, & à sua inutilitate ineptitudineque discens, perfectè non in se, sed in Domino gloriatur. Hic, si ita loqui licet, non solum intellectu credit, sed veluti manu tangit necessitatem gratiae Dei, & stultitiam eorum, qui sine diuino auxilio aliquid se facere posse praesumunt, non tam rationibus euincit, quam propriis experimentis doctus execratur. Nul- lum in eo inanis gloria locum reperit, quia apertè conspicit omnem gloriam soli Deo, & non homini deberi. Gaudetque de manu Domini illam humilitatem accepisse, quae sibi nihil, Deo verò omne bonum ascubir. Quam à Prospero Rhegiensi legit scriptam, in suo tamen corde Dei digito inuenit exartam. Ille sic ait: Refutata igitur superborum impij vanitate, quibus in peccatum etiam illa, quae in eis videntur laudanda, vertuntur; nos illam humilitatem, cui virtus, & gloria Dei est, eligamus; scientes, Prophetam David cecinisse de sanctis: Domine in lumine vultus tui ambulabunt, & in nomine tuo exul-

Prosper. epist. ad Demetriandem.

Psal. 88. 17. 18.

tabunt

Aug. ser. 70. de tē- pore.

Chryso. hom. 41. in Genes.

Gen. 14. 14.

Iudic. 6. 19.

1. Reg. 25. 41.

Isaia. 60. 20.



tabunt tota die, & in tua iustitia exaltabunt, quoniam gloria virtutis eorum tu es. ] Qui & alibi pusillimè confitetur Dominam in sanctis suis esse laudandum, dicens: Mirabilis Deus in sanctis suis. Deus Israel ipse dabit virtutem, & fortitudinem plebi suae. ] Hinc etiam Ieremias concordat, & dicit: Hæc dicit Dominus. Non gloriatur sapiens in sapientia sua, & non gloriatur fortis in fortitudine sua, & non gloriatur dives in divitiis suis; sed in hoc gloriatur, qui gloriatur, intelligere, & scire, quia ego sum Dominus. ] Ipse verò intellectus, & scire, vnde habeantur, pandit Proverbia Salomonis, & dicunt: Quoniam Dominus dat sapientiam, & à facie eius scientia, & intellectus. ] Vnde in Ecclesiaste, libro ipsius, legimus quòd & corda, & opera iustorum in manu Dei sint, & tantum in studiis suis proficiant, quantum eos ille prouexerit. Quantumcumque, inquit, laborauerit homo, & quarat, non inueniet. Et quodcumque dilexit sapiens, vt sciat, non potest inuenire, quia vniuersum hoc vidit cor meum: quia iusti, & sapientes, & operationes eorum in manu Dei. Tale est, quod Apollolus prædicat, dicens: Omne verbum bonum, & omne opus sanctum, donum est spiritus sancti, siue [quòd nemo in spiritu Dei loquens, dicit anathema Iesu. Et nemo potest dicere, Dominus Iesus, nisi in spiritu sancto. ] Sic Prosper. ] Hæc ergo gratie necessitas non tam intellectus quam sensus; hæc vilitatis nostræ, & diuinæ potentia (si ita fas esset dicere) contractio, hoc humanæ nihilitatis experimentum, quo homo in se ipso penitus deficit, de se ipso omnino diffidit, quicquid boni in se reperit, tamquam alienum à se, Deo sincerissimè tribuit, & non magis de se sperat, quam de palmite à vite separato, de ligno à terra euulso, de corpore vita priuato: est perfectissimus humilitatis gradus, quem qui tenuerit, absque dubio potest dici vir humilitate perfectus. Iste iniuriosum putabit sibi primas sedes appetere, quia se cognoscit non sede, sed sterquilino dignum: absurdum, honorem cupere, aut laudem aucupari, quia se videt vas esse dedecoris, & sedem vituperij, à quo ista tollere & illa concedere, esset ordinem rerum inuertere, & dignitatem, aut laudem, aut honorem sibi delata indignè tractare.

Hos sibi met ipsis inutiles, Deus vtilis efficit, & quia non defectionem cogitant, nec sibi bona ascribunt, quæ per ipsos fiunt, ad admirabilium rerum parationem assumit: impleturque illud Davidis: Abyssus abyssum inuocat in voce cataractarum tuarum. ] Duæ abyssus; altera inuocans; altera inuocata: vna trahens precibus, & gemitibus; altera, attracta. Quam abyssus inuocans? Non alia profectò quam ipse homo; in quo sequor intellectum Aug. ita scribitur: Quæ ergo abyssus quæ inuocat abyssum? Si profunditas est abyssus, putamus non cor hominis abyssus est? Quid enim est profundius hac abyssus? Loqui homines possunt, videri possunt per operationem membrorum, audiri in sermone: sed cuius cogitatio penetratur? Cuius cor inspicitur? Quid intus gerat, quid intus possit, quid intus agat, quid intus disponat, quid intus velit, quid intus nolit, quis comprehendat? Puto non absurdè intelligi abyssum, hominem, de quo alibi dictum est: Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus. ] Et quam abyssus inuocata? Non alia sanè, quam ipse Deus. In quo habeo etiam, quem sequar, nempe Beatum Drogonem Hostiensis Episcopum, qui sic ait, exponens illud Genesis: Tenebræ erant super faciem abyssi. ] Talis est anima mea (Deus meus) talis est anima mea: terta est inanis, & vacua, inuisibilis & incomposita, & [tenebræ super faciem abyssi. ] Veruntamen

Pf. 67. 36.

Ier. 9. 23. 24.

Prou. 2. 6.

Ecles. 8. 17.

1. Cor. 12. 3.

Psal. 41. 8.

Aug. ibid.

Pf. 63. 7.

Gen. 1. 2. Drog. ser. de passione. Tom. 2. Bibliot.

A ait: Et [abyssus dedit vocem suam:] & abyssus interior & oblecta, inuocat abyssum, inferiorem te, qui exuperas omnem sensum. Inuocat te, Domine, abyssus mentis meae, vt etiam de me nouam terram, & nouum cælum crees. Hoc inuocat David, & nos cum David inuocamus: Cor mundum crea in me, Deus; & spiritum rectum innova in visceribus meis. ] Iam aliquid se factum esse sciebat: sed noua creatura nouum cælum & terram fieri se poscebat. ] Abyssus itaque inuocans, est humana miseria: abyssus verò inuocata, diuina misericordia. Vnde cum homo plenè suam miseriam intelligit, & quasi manu affectus contractat, tunc non veluti secundum exteriorem speciem, sed in veritate inuocat Deum [qui prope est omnibus inuocantibus eum in veritate] & tamquam ille, qui Deum sibi assistentem & iuuantem habet, magna patat. Fictæ res mira, & omnibus insipientibus stupenda, est humana miseria: & qui se canem mortuum putabat, virtute agendi, leones fortissimos vincat. Melior est canis viuus, dixit Salomon, leone mortuo. ] Id non est mirum, quia cum omnium bonorum vita initium sit, dum hæc adest canis, & deest Leoni, illud facit pretiosius isto, & vtiliorem. At mirum est, & verè opus Dei, quòd melior sit canis mortuus leonè viuo. Ita scilicet vt verus humilis, qui se canem mortuum, & profus inutilem putat, hac existimatione non in pusillanimitatem cadat, sed magna ac mirabilia opera faciat: superbus verò, qui se de fortitudine iactat, animi pusillitate pressus, nihil eximium molitur, & si aggressus fuerit, id nequaquam perficiat.

C Qui ad hunc gradum humilitatis accedunt, illud bonum assequuntur, vt sciunt Deum perfectissimè reuereri, & ante eum cum affectu debita reuerentia assistere. Cum enim abyssum suæ vilitatis planè cognoscant, cognoscunt etiam maximè abyssum maiestatis, & magnitudinis Dei, & ideo illum perfectissimè venerant, & profundissima humilitate ac reuerentia illi in omnibus obsequuntur. Hi sunt illa beata Seraphim, apud Isaiam, præ timore ac reuerentia alis suis caput & pedes tegentia, quasi non audeant Dominum intueri, nec tepiditatem suorum affectuum ad Dei cõspectum, & præsentiam adducere. Hi sunt illæ columnæ firmæ, & stabiles, de quibus sanctus Job ait: Columnæ cæli contremiscunt, & pauent ad nutum eius. ] Nam si cæli nomine hoc loco Ecclesia intelligitur, quid columnæ cæli, nisi iustos humiles designabunt, qui ad Ecclesiam ornatum, & ad sustentaculum dati sunt? Illi Ecclesiam ornant: non est enim ornatum pretiosius, aut pulchrius, quam vir perfectus, modestia & humilitate vestitus. Ecclesiam etiam sustinent, quoniam qui sibi ipsis diffidit, & nullum bonum sibi tribuunt, merentur potentissimo Dei auxilio muniti. Hi ergo, qui columnæ sunt huius cæli, præ intima reuerentia tremunt in conspectu eius, à quo se diligere & iuvari sentiunt: quia licet amor tremorem non afferat, cognitio propria indignitatis timorem inducit. Quòd si aliquando illis Dominus vultum seueriorem ostendat; tunc pauent, tunc ita se deiciunt, & accusant, ita se dignos omni pœna & castigatione fatentur, vt iterum consolari mereantur. Hos coniecto in illis senioribus Apocalypseos fuisse significatores de quibus Ioannes ait: Procidebant viginti quatuor seniores ante sedentem in throno, & adorabant viuentem in sacula seculorum, & mittebant coronas suas ante thronum. Merito quidem perfectè humiles senioribus signati sunt; quoniam si in senibus est sapientia, & grauitas, & maturitas, has virtutes parit humilitas. Hæc enim sectatores suos facit sapientes, cum sciunt bonorum

Habac. 3. 20. Pf. 41. 8.

Psal. 50. 12.

Psal. 144. 18.

Ecl. 9. 4.

Isai. 6. 2.

Iob. 26. 11.

Apoc. 4. 10.

fontem

DE PAZ  
T. 11









# PARS QUARTA,

De Effectibus, & Indiciis Humilitatis.

**V**ENERANDVS omnium sanctarum religionum Patriarcha Benedi-  
ctus, ac specialiter nostre Societatis Pater sanctissimus, in cuius illustrissimo & ob-  
seruantissimo cenobio Beata Maria montis ferrati Beatus Pater Ignatius à mili-  
tia seculi ad Christi militiam conuolauit, duodecim Humilitatis gradus, licet alia ratione omni-  
modis suscipienda distinxit. Primus est, timor Dei, quo quis obliuionem tum peccatorum suo-  
rum, tum beneficiorum Dei omnino fugiat. Secundus: Proprie voluntatis ac ineptorum  
desideriorum cohibitio. Tertius: Prompta, qua quis implet maioris iussa, subiectio: Quar-  
tus: Pro amore obedientie & subiectionis, iniuriarum & laborum sustentatio. Quintus:  
Malorum actuum, & cogitationum aperta confessio. Sextus: Proprie uilitatis & inuti-  
litas certa cognitio. Septimus: Suae inferioritatis, quam ad omnes habet, manifesta per-  
suasio. Octauus. Sollicita communis regule statutorumque custodia. Nonus: circumspecta  
usque ad interrogationem taciturnitas. Decimus. Rigida in risu cohibendo: seueritas. Un-  
decimus. Submissa ac modesta locutio. Duodecimus. Externa in omnibus submissionis  
ostensio. Hos gradus tractans sanctus Thomas Aquinas, eorum quosdam putat ad radicem  
humilitatis, scilicet ad cognitionem sui, quosdam ad ipsam humilitatis essentiam, quosdam ad  
effectus, & signa humilitatis pertinere: Quare eos nunc effectus humilitatis uocabimus, non  
quia gradus non sunt huius uirtutis, sed quia eius sunt actiones precipue, & ut in nouam tra-  
ctationem, quam in honorem sanctissimi Patris nostri Benedicti suscipimus, noua quoque no-  
mina in titulis inuehamus.

Benedi-  
ctus. in  
reg. c. 7.

D. Tho.  
1. 2. q.  
161. art.  
5.

## De Casto Humilium Timore.

### CAPVT I.

**D**UODECIM isti Humilitatis effectus,  
sen gradus, sunt ueluti duodecim lapi-  
des, ex quibus perfectionis fundamen-  
tum componitur, in quo omnis sanctita-  
tis structura fundatur. Suprà enim, cum sanctis Pa-  
tribus, humilitatem fundamentum perfectionis ac  
virtutum, fecimus. Hoc autem fundamentum firmum  
& stabile ex his duodecim lapidibus constat,  
quos qui in imo siue profundo sui cordis strauerit,  
multum quidem laborabit, ut sit in omni mentis  
puitate perfectus. Horum ergo humilitatis effectuum  
primus est timor Dei, qui à radice humilitatis procedit.  
Nam, ut optime Thomas ait, radix huius uirtutis  
est reuerentia, quam quis habet ad Deum: ex qua  
nascitur, ut quis intellectu suam uilitatem agnoscat,  
& appetitu supra proprium meritum in magna non  
tendat. Ex hac ergo intima reuerentia oritur sanctus  
timor Dei, quo quis & Dei offensam timet, &  
pœnam quoque propter offensam infligendam me-  
tuit. Oritur quoque omnis ille comitatus sancti ti-  
moris Dei, quem Beatus Benedictus proponit. Nam  
reuerentia illa pellit omnem obliuionem, facitque

D. Th. 5.

A vt memores sumus mandatorum eius, quem reueremur,  
& in summo pretio habemus, utq; præmia propter  
fidelitatem expectemus, & pœna legem trans-  
gredientibus præparata reminiscamur. Illa nos ab  
omnibus peccatis uisitq; custodit, & cogitationem,  
linguam, oculos, manus, & pedes, nec non & volun-  
tatem propriam, ac carnis desideria cohibet, & ab  
omni malo, ne illi, qui per reuerentiam maximus est,  
in corde nostro, displiceamus, auertit. Illa denique  
ad diuinam præsentiam omni hora cogitandam, &  
ad puritatem mentis, quam Deus semper intuetur,  
quærendam, inducit. Pulchrum est igitur hoc primum  
humilitatis germen, quod mentem Deo subicit, eo-  
rum, quæ ad sanctam conuersationem iuuat, scilicet  
præmij & pœna, memoriam infert, à farditate pec-  
catorum remouet, atque Dei omnia contuentis præ-  
sentiam ob oculos ponit.

B Est autem humilitas hoc modo in sua radice  
considerata, non alienius specialis timoris, sed  
omnis sancti timoris initium. Est initium timoris  
seruili, quoniam humilis seruum Dei se nominat,  
& ut seruum se respicit: quare timet, quod serui  
timent, ne scilicet à Domino, & hero suo, ob cul-  
pam pœna plectatur. Et verò hoc timore licet  
minus perfecto ad sublimissimum filij affectum

se præpa



Ecli. 2. 5.  
16.

se preparat. Nam Ecclesiasticus ait: Timor Domini initium dilectionis eius; fidei autem initium agglutinandum est ei. Ex his enim duobus, ex timore; quo pœnas pro peccatis inferendas timemus, & ex fide, qua bene (ut decet) de diuina bonitate confidimus, credentes dictis eius, nascitur ut eum ex toto corde diligamus. Sicut scriptum est in Psalmis: Beneplacitum est Domino super timentes eum; & in eis, qui sperant super misericordia eius. Complacet nimirum sibi in iis, & eos quam gratos habet, qui & ipsum timent, & verbis eius credentes æternam mercedem sperant. Alio quoque loco Dauid ait: Initium sapientiæ, illius nimirum, qua gustamus quam suavis est Dominus, eumque diligimus, [est timor Domini.] Hic, inquam, seruilis timor, est initium sapientiæ, quia preparat locum sapientiæ, & ducit ad sapientiam, licet non remaneat cum ea. Sæpe namque initium alicuius dicitur aliquid, non quia cum eo maneat, sed quia ut causa illud inducat. Ut cum vinum dicitur initium libidinis, non quia sit aliquid de libidine, sed quia ad eam prouocat, & instigat. Et Augustinus hoc idem astruens, dum exponit illud Ioannis: [Sed perfecta charitas foras mittit timorem.] sic ait: Timor quasi locum preparat charitati. Cum autem coeperit charitas habitare, pellitur timor, qui ei preparauit locum. Quantum enim illa crescit, ille decrescit; & quantum, illa fit interior, timor pellitur foras. Maior charitas, minor timor; minor charitas, maior timor. Si autem nullus timor, non est qua intret charitas. Sicut videmus per fetam introduci linum, quando aliquid sinitur, seta prius intrat, sed nisi exeat non succedit linum: sic timor primò occupat mentem, non autem ibi remanet timor, quia idè intrauit, ut introduceret charitatem. Hæc ille. Qui ergo seruius est, qui seipsum ut seruum malum despicit, qui ut mancipium pigrum, & negligentia plenissimum se reprehendit, merito timet pœnam, qua se reputat dignum. Non sufficeret pœnam scire, nisi eam sibi existimaret imminere. Multa quippe mala cognoscimus, quæ non timemus, quia nobis nunquam ventura putamus. Humilis verò, quia pœnam cognoscit, & se ea dignum animaduertit, ideo eam imminuentem cernit, & ideo metuit. Ita tamen metuit, ut de venia non desperet. Scit enim quòd licet ex se non habeat unde pœnas euadat, habet tamen ex meritis Saluatoris, qui illum humilem fecit, unde fideliter de venia obtinenda præsumat.

1. Ioan. 4.  
Augu. 8.  
tract. 9.  
in 1. Ioan.  
nis.

Est etiam humilitas initium timoris mercenarij, quo non iam in pœnam incurtere, sed bonis gloria carere metuimus. Hoc enim famulorum est, eorum videlicet, qui ob mercedem seruiant, ut timeant ex culpa, & negligentia, sua mercede ac premio carere. Humilis quidem scit, gloriam, si fideliter ministrauerit, sibi esse promissam: se autem seruum negligentem vocat, qui in obsequiis suis non ad debitam mensuram seruitus accedat, quare timet ab obtentione mercedis excludi. Aliqua in se merita virtutis agnoscit, quæ, Deo præueniente, ac iuuante, in lucem protulit, sed an ex mente Deo grata, & amica, prolata sint, nescit. Et esto quòd ex gratia prodierint, tamen tam viliter de se sentit, ut an ea se dilapidaturus, ignoret. Scriptum est autem: Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit; an ergo mercedem accepturus sit nescit, qui sibi (quod ad propriam imbecillitatem attinet) perseuerantiam non promittit. Unde Macharius ait: Sicut mercatores inter nauigandum, etiam si ventum propitium, & mare tranquillum nacti sint, nec dum ad portum peruenerint,

Mach.  
10. 22.

Machar.  
10. 43.

A metuunt ne quomodo repente contrario vento excitato fluctibus aestuet mare, & nauis periclitetur: sic & Christiani, licet habeant in se flantem prosperum ventum sancti Spiritus; adhuc tamen formidant, ne ventus aduersariae potestatis insurgat, qui flet, & tempestatem, fluctusque moueat animis eorum. Si autem hæc verba omnibus Christianis conueniunt, quanto magis veris humilibus, quorum est nunquam sibi ipsis fidere, & ex hac parte, qua seipso considerant, ad futura pericula trepidare.

Est quoque humilitas origo timoris initialis, quo timemus Deum, non iam solum ne incurramus pœnam, aut ne amittamus gloriam, sed ne lædamus perdamusque iustitiam. Quis neget humilem amatorem esse iustitiæ, cuius in se fundamentum iecit, cuius aliquam partem, nempe humilitatem acquisiuit, cuius gratia superbiam & arrogantiam damnauit? Timebit igitur suam infirmitatem, aduertens non tantum ne peccatis suis pœnam accersat, aut gloriam amandet, verum & ne iustitiam virtutemque relinquat. Iam hoc tertio timore experitur in se, quod dicit Salomon: Time Deum, & recede à malo: sanitas quippe erit vmbilico tuo, & irrigatio ossium tuorum. Hic enim timor, ex ea parte, qua amittere iustitiam metuit, à malo ipsam destruyente recedit. Et dum malum fugit, sanitatem vmbilici, nimirum appetitus cohibitionem, & pinguedinem, ac firmitatem ossium, id est, fortitudinem ad tentationes superandas, acquirit. Hic est vnus ex illis, [qui timent Dominum, & custodiunt mandata illius, & patientiam habebunt vsque ad inspectionem illius.] Amor namque virtutis & iustitiæ facit illos mandata seruare, & ad inspectionem ac aduentum eius respicere. Non tamen solum iustitiæ desiderio, verum & pœnarum timore à legum sanctissimarum fractione retrahuntur. Vnde subiiciunt: Si pœnitentiam non egerimus, incidemus in manus Domini, & non in manus hominum. Quia scilicet vltionem grauissimam experiemur, qua homines impotentes, hostes suos punire non possunt, sed solus Deus potens est tam horrendè castigare. Nam horrendum est, ut ait Paulus, incidere in manus Dei viuentis, à quibus nemo est, qui possit eruere.

Prov. 3. 7.

Ecli. 2. 5.

n. 22.

Hebr. 10. 31.

Est denique humilitas initium filialis timoris, cuius est culpam timere, ne patri amatissimo Deo displiceamus, ne ab sponso amatissimo separemur, ne summo bono careamus. Timor hic pœnam non respicit, præmiij nullam rationem habet, sed solam culpam & offensam, & à Deo separationem horret. Ab humilitate autem quodammodo nascitur, quatenus mens per humilitatem ad habendum hunc gradum amoris disponitur. Sicut enim humilis aptus est ut suscipiat charitatem erga Deum, ita & dispositus est ut hunc timorem suscipiat commitem charitatis. Istum autem timorem sic exponit Augustinus, & à timore seruili & mercenario distinguit. Et audiuius, inquit, ex vna lingua [timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem.] Audiuius ex alia: Timor Domini castus permanens in seculum sæculi. Quid est hoc? Quasi dissonant? Non. Excute aures, intende melodiam. Non sine causa hic addidit, Castus; illic non addidit; nisi quia est timor alius, qui dicitur castus, est autem alius, qui non dicitur castus. Discernamus ergo istos duos timores, & intelligemus consonantiam tibiarum. Quomodo intelligimus, vel quomodo discernimus? Attendat charitas vestra. Sunt homines, qui propterea timent Deum, ne mittantur in gehennam, ne fortè ardeant cum diabolo in igne æterno. Ipse est timor ille, qui introducit charitatem,

Augu. 8.  
tract. 9.  
ad 1. Ioan.  
c. 4. 18.

E



sed sic venit, ut exeat. Si enim adhuc propter penas times Deum, nondum amas quem sic times. Non bona desideras, sed mala caues. Sed ex eo, quod mala caues, corrigis te, & incipis bona desiderare. Cum bona desiderare ceperis, erit in te timor castus. Quis timor castus? Ne amittas ipsa bona. Intendite. Aliud est, timere Deum, ne mittat te in gehennam cum diabolo; aliud est, timere Deum, ne recedat a te. Ille timor, quo times ne in ignem aeternum mittaris cum diabolo, non est castus: non enim venit ex amore Dei, sed ex timore pœnæ. Cum autem times Deum, ne deserat te præsentia eius, amplecteris eum, ipso frui desideras. Non potest melius explanari, quid intersit inter duos istos timores, vnum, quem foras mittit charitas; alterum castum, qui permanet in sæculum sæculi; nisi ponas duas mulieres maritatas, quarum vnam ita constituas volentem facere adulterium, delectari nequitia, sed timere ne damnetur à marito. Timeat maritum, sed quia adhuc amat nequitiam, idèd timet maritum: huic non grata, sed onerosa est mariti præsentia, & si fortè viuat nequiter, timet maritum ne veniat. Tales sunt, qui timent, ne veniat dies iudicij. Fac alteram amare virum, debere illi castos amplexus, nulla se adulterij immunditia maculare; optat præsentiam viri. Et quomodo discernuntur isti duo timores? Timeat illa, timet & illa; interroga, quasi vnum tibi respondent. (Interrogetur illa) Times virum? Timeo. Interroga & illam si timeat virum, respondet, Timeo. Vna vox est, sed diuersus animus. Iam ergo interrogentur, quare? Illa dicit: Timeo virum, ne veniat. Illa dicit: Timeo virum ne discedat. Illa dicit: Timeo, ne damnet. Illa dicit, Timeo, ne deserat. Pone hoc in animo Christianorum, & inuenies timorem, quem foras mittit charitas, & alium timorem castum permanentem in sæculum sæculi. Haecenus ille.]

Ephraim de timore diu. no. Tom. I.

Pf. 110. 10.

Istum autem filialem timorem humilitate iuari constat ex eo, quod iidem sunt effectus eius, ac perfectæ humilitatis. Audi Ephraim casti timoris effectus explanantem. Qui timorem Dei obtinet, ait, huc illucque non euagatur animo, sed Dominum suum expectat, ne fortè repente veniat, ipsumque negligentia torpentem & impararam offendat, separetque. Qui Deum timet, non est expers curæ ac sollicitudinis; semper enim vigilat, ac sobrius. Qui timet Dominum, immodico non est deditus somno; vigilat enim, & aduentum Domini sui expectat. Cui timor Dei est, in nullo se negligetem præbet, ne Dominum suum offendat. In quo timor Dei est, inertia atque desidiæ non se tradit; semper enim sua diligenter curat, ne condemnetur à Domino. In quo est timor Dei, semper, quæ Domino suo placent, probat, eaque amplectitur, & perficit: ut cum Dominus eius venerit, in multis ab eo laudetur. Plurimum enim bonorum causa est timor Dei, possidentibus illum. [Initium enim sapientiæ timor Domini. Intellectus bonus omnibus facientibus eum.] Et ad quem respiciam, inquit, nisi ad pauperulum, & mansuetum corde, & timentem sermones meos? Hac scribit Beatus hic Pater de timore Dei, sed eadem dici possunt de vera humilitate. Humilis enim, catena propriæ despicientiæ collectus, non euagatur animo in ea quæ sibi non appetit. Nec curam salutis abiicit, cum sciat ad rem tantam consequendam esse pernecessariam. Nec somno torporis aut negligentia dormit, quia sibi metipsum etiam vigilanti & laboranti diffidit. Ea, quæ Deo sunt placita, probat, quia à sua vilitate ea examinari aut discuti, admodum inuerecundum putat. Vnde si tam cognata sunt timor Domini castus, & vera mentis humilitas, mi-

rum videri non debet, si humilitas timori casto præbeat initium.

Sicut autem humilitas omnem sanctum timorem infert; ita etiam omnem inordinatum timorem aut moderatur, aut pellit. Est in nobis naturalis timor, quo naturaliter timemus mortem, morbum, & dolorem, & alia nocuenta naturæ: Sed hunc moderatur humilitas, quæ corporis vilitatem agnoscentes, non putat propter bonum eius virtutem esse deserendam, aut iustitiam extenuandam. Insuper timor humanus, quo propter carnis pericula ad patrandum malum proocamur? At hunc humilitas abiicit, quia propter bonum cineris, & stercoreis, bonum animæ nobilissimæ, & immortalis non deserit. Insuper tandem timor mandanus, quo propter bona temporalia custodienda bonis spiritualibus valedicimus? Sed hunc etiam vera humilitas relegat; nam cum honores, dignitates, & mundi speciosa contemnat, absurdum putat horum causa spiritualia bona sibi desiderabilia relinquere. Nobilis ergo, & præstans virtus est humilitas, quæ immoderatum timorem abiicit, & castum ac salutarem in iustorum humilium animabus progignit.

Nos autem, qui humilitati studemus, toto corde queramus sanctum timorem Dei: tot enim tantæque sunt bona eius, ut intentissimis sint canatibus appetenda. Timor Dei reliqua bona complet, & perficit, sine quo inutilia sunt & imperfecta. [Quam magnus, qui inuenit sapientiam, & scientiam! sed non est super timentem Dominum. Timor Dei super omnia se superposuit. Beatus homo, cui donatum est habere timorem Dei.] Magnus quidem est, qui acquisiuit sapientiam, quæ possit alios cælestia & diuina docere. Magnus item, qui comparauit scientiam, quæ possit de agendis & omittendis proximis erudire. Sed multo maior est, qui Deum timere didicit, & à verbis eius trepidare. Huiusmodi timor sapientiæ ac scientiæ præstat, & sicut operculum vasibus, aut potius sicut caput corporis, vtriusque complementum existit, quia si à timore sancto, à sapientia, & scientia discedant, sæpe ob amorem terrenorum non audebunt, quæ oportebat, declarare. Hic planè suum possessorem beatum facit, quoniam aut veram iustitiam comitem habet, si perfectus sit, aut si imperfectus, iustitiam sanctitatemque introducit.

[Timor Domini principium est sapientiæ,] non tantum illius, quæ bona cognoscimus, sed quæ ad bonum cognitum diligendum afficimur. Est, inquam, ut Thomas ait, timor Domini, vade vera sapientia incipit operari. Quæ facit ut recedamus à malo primo timore pœnæ, quod ad timorem seruilem pertinet; & postea ut nos subiiciamus, & reuereamur Deum amore iustitiæ, & propter ipsum Deum, quod proprium est filialis timoris. Timor Dei est origo nostræ salutis, cuius est nos aut propter pœnam, aut propter offensam à malo retrahere, & ad bonum incitare. Quare Isaias ait: Dominum exercituum ipsum sanctificare: ipse pauor vester, & ipse terror vester. Erit vobis in sanctificationem. [Et Iosue ad filios Israël ita loquutus est: Nunc ergo timete Dominum, & seruite ei perfecto corde, atque verissimo.]

Ac si diceret: Si timueritis, perfecto corde seruetis, & salutem consequemini. Ac Cassianus ait: Principium nostræ salutis, eiusdemque custodia, timor Domini est. Per hunc enim & initium conuersionis, & vitiorum purgatio, & virtutum custodia, his qui imbuantur ad viam perfectionis acquirunt. Qui cum penetrauerit hominis mentem, contemptum ei rerum omnium parit, obliuionem paren-

Ecclesi. 13. 14. 15.

Proverb. 1. 7. D. Thom. 2. 2. q. 19. ar. 7.

Isaia 8. 13. 14.

Iosue 14. 14.

Cassian. de vit. c. 39.

tum,

De Laz  
Tom. II



o. 55. tum, mundique ipsius gignit horrorem. Sic ille.] Qui & supra dixerat crucem nostram timorem Domini esse. Nam sicut crux sibi affixum ligatum tenet, ne aliquid eat: ita sanctus timor iustum ad mala atque illicita abire non sinit.

Timor Domini est ianua vite perfectæ. Hic enim seculum viris ac faminis spoliat, & deserta ac cœnobita religio sis implet, & facit vitam ab omnibus rebus secularibus abhorrentem amplecti. Ideoque vox sapientis est: Qui timet Deum, convertetur ad cor suum: ut scilicet sua peccata recogitet, pro his doleat, & à multis occasionebus delinquendi, quæ sunt in mundo, discedat. Et rursus: Qui timet Dominum, præparabunt corda sua, id est, consecrabunt se ad servandû Domino, & in conspectu illius positus, & à terrenis elongati, sanctificabunt animas suas.

Ac Bernardus pulchre ait: Connexa sunt timor, & religio, nec manere potest alterû absq; altero. Vnde Cornelius vir religiosus, ac timens Deû, & Simeon iustus, ac timoratus. Vnde Salomon: Deû, inquit, time, & mandata eius observa. Et licet multi amore incitentur ad amplectendâ vitam perfectâ, sed præcessit timor, qui amor aditum præparavit, & quasi ianuâ aperuit. Quare & timor Domini vocari potest primus lapis spiritualis ædificij, quo sublato vniuersa ad perfectione spectantia corrûnt, & pessum eût. Audi an id dicat Ecclesiasticus: Si non in timore Domini tenueris te instâre, citò subuerteretur domus tua. Extrues domum conscientie tue non supra firmâ petram, sed super arenam, atq; adeo quacumque tempestate irruente corruet, & labor omnis sollicitudoque peribit. Omne namque virtutum ædificium, inquit Bernardus, illico vergit in præcipitium, si huius gratie amiserit præsidium. Et Paulus ait: Cum metu, & tremore vestram salutem operamini. Nam si absque timore virtutibus acquirendis intendimus, citò per superbiam in præceptis cademus.

Potest denique vocari timor fons omnium spiritualium bonorum. Sapiens enim ait: Qui timet Deum, faciet bona, & qui continens est iustitie, apprehendet illum. Qui, inquam, in timore Domini fuerit radicans, is ab ipso timore sollicitabitur, ne otiosus, & deses maneat, sed iugiter in sanctas actiones incumbat. Qui autè per exercitationem bonorum operum iustitiam ac virtutem apprehenderit, is sapientiam quoque, & Dei lapidâ notitiam, apprehendet. Quare timor ad omnia bona, quæ ad actione & contemplationem pertinent, sua dominatione extendit. Quod & idem sanctus Pater Bernardus manifestè testatur, dicens: Prima gratia est timor Domini. Qui hæc habet gratiam, omnem odit iniquitatem, iuxta illud Psalmistæ: Iniquitatem odio habui, & abominatus sum. Et alio loco: Omnem viâ iniquitatis odio habui. Scriptû namque est: Timor Domini odit malum. Et itè: Time Deû, & recede à malo. Et de Iob dicitur: Vir timens Deum, & recedens à malo. Sine hac gratia prima gratiarum, quæ totius religionis exordiû est, nullum bonû pullulare, vel manate potest. Sicut enim securitas, vel desidia, caussa est, & mater omnium delictorû: sic timor Domini radix est, & custos omnium bonorum. Ne igitur tam preciosa dona perdamus, Deus nobis timendus est, Ad quem timorè, ô humilitatis amator, inducet te, tû acerbitas pœnarum Deû non timentibus destinata, de quibus ait Dominus: Cõgregabo super eos mala (quæ mala? Omnia mala) & sagittas meas complebo in eis. Tum immensitas præmiorû timetibus Deum præparata. Quam magna enim multitudo dulcedinis tue, Domine, quâ abscondisti timetibus tui? Tû magnitudo diuine iustitie nullû peccatû impuni-

um relinquentis. Quia Deus inultum abire non patitur. Tû denique claritas diuine sapientie, quæ non solum videt ea, quæ parènt, sed etiam intuetur cor. Illum metue, qui in æternû punit, & præmiat. Illum metue, qui nec amore, nec odio, nec minis, nec donis à iustitie rigore declinat. Illum metue, à cuius oculis nihil, quantumuis secretum, vales abscondere, & cui certum est omnia desideria & cogitationes tuas esse manifestas, ipsû inque non posse aliquid malum probare. In hoc autem timore, tanquam in effectu humilitatis, te huius virtutis amatorem ostende.

1. Reg. 16. 7.

De Sollicita Humilium sui abnegatione.

CAPVT II.

**N**unc secundum effectum humilitatis exponamus, quo vir humilis suâ abnegat voluntatem, & desiderijs suis reluctatur, neque illa conatur implere. De hac verò abnegatione propriæ voluntatis, & immoderatorû desideriorum, multa iam diximus; vnde hoc loco solum quomodo abnegatio oriatur ex humilitate, dicamus. Superbia est immoderatus appetitus propriæ excellentie, ex quo profectò nascitur, vt superbi, qui nemini subici patiuntur, suam quarant explere voluntatem, & sua desideria perficere. Est enim magna excellentia, vt quis in his, quæ vult, & cupit, à nullo dependeat; sed sit pro ratione voluntas; & statim atque aliquid vult, sine vlla contradictione illud expleat.

Suprà li. 2. P. 3. c.

Non obscure id ex superbi Nabuchodonosoris historia colligitur. Hic prius Dei reuerentiam, & cultum pratipere cogitavit, deinde voluit, & concupuit, & statim sine vlla mora ad opus perducere conatus est. Fecitq; statuâ aureâ, & cõvocauit satrapas, magistratos, & iudices, duces, & tyrannos, & præfectos, omnèsq; principes regionum. Vt statuæ suæ diuinos honores tribuerent. Idè quoq; rex vidit somniû, & cum expergissetur, suæque phantasie effect oblitus, in somni tû memoriam, tum interpretationem cõcupiuit. Statimq; vocauit ariolos, atq; maleficos, dixitq; illis: Sermo recessit à me, nisi indicaueritis mihi somniû, & cõiecturam eius, peribitis & vos, & domus vestre publicabuntur. Superbia huic regi (erat enim admodum superbus) ratum explendæ propriæ voluntatis desiderium immisit; quia propriæ excellentie appetitus homines facit suæ voluntatis amatores, & suorum desideriorum exactores diligentissimos. Cunctis diebus suis, inquit Iob, impius superbit, & numerus annorum incertus est tyrannidis eius. Amorem propriæ voluntatis in superbis residentem notat. Nam primo impij superbiunt, suam immoderatè excellentiâ appetunt, super alios esse rûnt, deinde tyrannidem exercent, aliosque ad suâ voluntatem explendâ adigunt, & ad sua desideria executioni mandanda licet sint incruentissima, minis & terroribus venire cõpellunt. Sed ostendunt se nõ minùs stulticia quàm superbia delinquere, quia stultissimum est in tam breui atque incerto annorum curriculo iniuste agere, alios per violentiam opprimere, & nullam reddèdæ rationis recordationem habere. Nec mirum quòd omnis superbus tyrannidè exercere dicatur; quoniâ qui exterius non potest alios per vim ad suâ voluntatem pertrahere, saltè interius per desiderium explet. Et, vt dixit in eundè locum Gregorius: Nonnunquam alius in re publica, hoc est, per acceptam dignitatis poientiam: alius in prouincia, alius in ciuitate, alius in domo propria, & alius per nequitiam, hoc exercet apud se in cogitatione sua.

Dan. 5. 1. 2.

Dan. 3. 3.

Iob. 15. 20.

Greg. 12. mor. 6. 20.

Bern. ser. de 2. do. nia. c. 1. A. 10. Luc. 2. Eccl. 12. 13. Eccl. 27. 4. Bern. s. p. r. a. Philipp. 2. 12. Eccl. 15. 1. Bern. s. p. r. a. P. sal. 118. 163. Prom. 8. 19. n. 3. 7. Iob. 1. 1. Dent. 32. 23. P. sal. 30. 20. Iob. 24. 12.



Sicut ergo propriae excellentiae appetitus propriam voluntatem in omnibus perficit: ita propriae excellentiae contemptus, hominis propriam voluntatem comprimit, eam nimirum, quae non est Deo praelataque communis, & inepta desideria subvertit. Atque adeo humilitas, quae est, omnis propriae excellentiae contemptus, immoderatam hominis voluntatem, & inania desideria cohibet, & alterius voluntatem actione implere concupiscit. Sic humilitatis magister non suam, sed Patris voluntatem implere gestivit. Qui ait: Non quero voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me. [Et alio loco: Descendi de caelo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me.] Filius, inquit Augustinus, non querit voluntatem suam, sed voluntatem eius, qui misit illum: non meam, non propriam: non meam, non filij hominis: non meam, quae resistit Deo. Faciunt enim homines voluntatem suam, non Dei, quando faciunt quod volunt, non quod iubet Deus. Quando autem ita faciunt, quod volunt, ut tamen sequantur voluntatem Dei, non faciunt voluntatem suam, quamvis quod volunt faciant. Volens fac quod iubens, atque ita & hoc facies, quod vis, & non voluntatem tuam facies, sed voluntatem iubentis.]

Ioan. 5. 10

Ioan. 6. 38.

Aug. in Ioan. trac. 20.

Luc. 1. 38.

Iust. ser. de Annunciat.

Gen. 1. 1. Ioan. 1. 4. 12.

Matt. 26. 42.

Sic & praecipua humilitatis discipula non suam, sed Dei amplexata est voluntatem. Ecce, inquit, ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. [Audio verbum tuum, o Angele Dei, quod de Verbo Dei a me concipiendo, ac carne velando, mihi factum est. Prius filii, & circumspicere me habui, ut qualitatem tuae salutationis agnoscerem. Postea quodammodo restiti, dum filij Dei conceptionem offerenti, meam virginitatem, voto firmatam opposui. Sed quia conceptio haec non adimit, immo auget puritatem, & quia perfectio, ac sanctitas summa, quae meam personam decet, id postulat, ut non meam, sed Patris aeterni amplectar voluntatem, fiat mihi secundum verbum tuum, quod Dei voluntatem decretumque patefacit. Respondit Maria, inquit Laurentius Iustinianus, quod obtemperanti congruebat, humiliter. Neque enim propter humilitatis affectum, obedientiam, nec ut obediret alacriter, humilitatis decuit praeterire censuram. Vtriusque igitur virtutis constituta in medio, demisso inquit eloquio: Ecce ancilla Domini;] diuino paratissima famulari imperio. Non renuit gratiam, non contradicit oraculo, non ultra exigit informari de modo. Ecce se offert, se subicit, se prosternit altissimo, non filiam, non sponsam, non facturam, sed Domini se fatetur ancillam. Quamobrem ut ad sui gloriam, suaeque dignationis mysterium, ad libitum corpusculi huius uti valeat instrumento, inquit: Fiat mihi secundum verbum tuum. [videlicet] prolatum a te. Fiat, inquit, mihi, ut concipiam sine femine, partum sine dolore, permaneamque; virgo absque pudore, secundum verbum illud, per quod Pater caelum creauit, & terram. [Dixitque ut fieret lux, & facta est,] secundum verbum illud dico, quod in principio apud Deum erat Deus, per quod facta sunt omnia, & sine ipsa nihil.] Haec ille.

Sic & sancti ac perfecti omnes, qui eo ipso quod perfecti sunt humiles, non suam sed Domini cupiunt voluntatem implere. Quorum vox est, non tantum ore prolata, sed desiderio quoque & actione praestita: Fiat voluntas tua: non nostra, inquit sancti, fiat voluntas, ea scilicet quam ex nostra natura corrupta habemus, quae puerilis est; sed tua voluntas fiat, quae recta & salutaris nobis est. Si autem vis co-

gnoscere quam voluntatem Dei in te ores, & optes, audi Cyprianum hanc Dei voluntatem elegantissime explicantem. Sic enim ait: Voluntas autem Dei est, quam Christus & fecit, & docuit. Humilitas in conuersatione, stabilitas in fide, veretudina in verbis, in factis iustitia, in operibus misericordia, in moribus disciplina, iniuriam facere non nosse, & factam posse tolerare, cum fratribus pacem tenere, Deum toto corde diligere, amare in illo quod Pater est; timere quod Deus est: Christo nihil omnino praepone, quia nec nobis quicquam ille praeposuit; charitati eius inseparabiliter adherere, iusticiam eius fortiter ac fidenter assistere: quando de eius nomine, & honore certamen est, exhibere in sermone constantiam, qua confitemur: in quaestione fiduciam, qua congregimur: in morte patientiam, qua coronamur: hoc est, cohaerem Christi esse velle, hoc est, praecipuum Dei facere; hoc est, voluntatem Patris adimplere. Sic ille. [Humilitas itaque in omnibus hoc facit, ut propriam deferant, & alterius faciant voluntatem. Quare qui suae sunt voluntatis amatores, & suorum desideriorum sectatores nimij, testes sibi metipsis esse possunt, quod minime vera humilitate quaerint.]

Iure autem humiles propriam voluntatem damnant, & fugiunt, quam omnium malorum seminarium esse sciunt. Voluntas propria auferit ab anima summum bonum, nimirum Deum: qui, attestatore Bernardo, non dabit inobedienti copiam sui, cum in tantum filius eius voluntatis diuinae amator fuerit, ut potius mori quam hanc voluntatem diuinam praeterire voluerit. Haec subtrahit ab homine beneficia Dei. Nam ab eius beneficiis erit extraneus, ut Gregorius attigit, qui eiusdem praecipitis noluerit esse subiectus. Haec merita euacuat. Vnde quarentibus Israelitis, quare Dominus ieiunia eorum non aspexerit, & afflictionem eorum approbationis scientia nescierit, responsum est illis: Ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra: quasi haec ieiunia fecerunt, & susceptam corporis castigationem infecerit. Haec hominem maledictioni subiicit: diciturque ei in Deuteronomio: Si audire nolueris vocem Domini Dei tui, ut custodias, & facias omnia mandata eius, venient super te omnes maledictiones istae; & apprehendent te. [Haec amatorem suum a dignitate deiecit, sicut deiecit Saul, cui comminatus est Samuel: Pro eo quod abiicisti sermonem Domini, tuam voluntatem sequendo, abiicisti Dominum, ne sis rex.] Haec hominem pudore afficit.

Confundetur namque Israel in voluntate sua, inquit Oseas, ex eo nimirum quod voluntate Domini praetermissa, sequitur consilium suum: Haec inimica est Deo; odit enim ille quicquid suae voluntati repugnat. Aduersatur autem voluntati Dei, propria voluntas hominis: ideo enim propria est, quia Deo & homini communis non est. Haec contra-ritia est perfectioni religiosae vitae; quia sicut dixit Eusebius Emislenus: Illum diem tantum te bene vixisse puta, in quo voluntatem propriam abnegasti, & desiderijs tuis restitisti. Haec tandem hominem dignum morte efficit. Quoniam qui superbiat, nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore minuitat Domino, & decreto iudicis, morietur homo ille. [His ita se habentibus, merito Anselmus propriae voluntati omnia vitia seruire ait. Qui & eam confert cum quadam regina adultera, impias soboles procreante. Propria voluntas, inquit, est velut quaedam adultera regina, quae se cuida regi adultero coniunxit, ex quo etiam tres filios habuit. Ex his vero tribus tot alij filij, & nepotes geniti: itaque multiplicati sunt,

Cyp. de oratione Domini. ca.

Greg.

Isa. 53.

Deut. 10. 15.

1. Reg. 15. 23.

Ose. 10. 6.

Euseb.

Deut. 17. 12.

Ansel. de familia. c. 39.

vt

Deus  
Tome II



vt numerari non possint. Rex iste diabolus est, cui postquam se propria voluntas iunxit, ex illius femine, id est, per uera suggestionem, tria principaliter vitia, scilicet delectationem, extollentiam, & curiositatem concipit, & per quinque corporis sensus vel ut ea pariens, emittit. Ex his uero tribus tot alia vitia nascuntur, sicque implicantur, ut absque numero habeantur. Omnia uero ex familia diaboli proprieque voluntatis existunt: & ex seipsis quandam admirandam multitudinem reddunt. Hæc ille, multis omisit.

Tu ergo, o homo Dei, qui humilitatis es cultor, qui non quamcumque iam humilitatem, sed robustam ac perfectam exquiris, in hoc adeptam iam humilitatem exerce; ut propriam voluntatem deseras, & per abnegationem eius, ad fastigium illius, quam cupis, perfectæ humilitatis accedas. Concede libellum repudij propriæ voluntati tuæ, quæ fœda, & impura, & adultera est, ut diuinæ voluntati sponsæ purissimæ & sanctissimæ coniungaris. Immo, qui iam vitam religiosam seclandam accepisti, quæ hostis est propriæ voluntatis, ne hanc tecum aduehas, eam qua quietem in statu, quem assumpisti, habere non poteris. Et non solum quietem non habebis, verum nec conuersationem tuo statui conformem: arguerisque furti, qui propriam voluntatem repetis, quam Deo maclandam obtulisti. Quare Richardus Victorinus per vitulum Libani, ad cuius similitudinem Dominus comminuit cedros Libani, propriam voluntatem intelligens, sic ait: Væ vobis, qui confiditis in vitulo Samariæ: qui tanto studio seruitis voluntati propriæ. In Iudæam venistis, ut quid ad Samariam descendistis propriam voluntatem custo dientes, & exultantes? An nescitis quia [Iudæi non contumunt Samaritanis] Prius à seculo venientes, proprias voluntates vestras confidentes damnabatis; nunc ab illo priore seruire deficientes, proprias voluntates queritis, custoditis, defenditis. Sic, sic de Iudæis Samaritani facti estis. In Iudæa vitulis propriæ libertatis Domino maclatur, in Samaria pro Deo adoratur. Si in Iudæa es, vitulum in sacrificio Domini interficis: Si in Samaria es, vitulo tuo omnibus viribus tuis seruis. Si carnis curam in desideris agis, vitulum tuum de seeno pascis, quia omnis caro fœnum: & omnis gloria eius quasi flos fœni. In hoc gloriaris si desideria tua perficis. Non est bona gloriatio tua. Nonne multo melius, nonne multo rectius, ut qui gloriatur, in Domino gloriatur? An nescitis quia hæc est gloria nostra, testimonium conscientie nostræ? Sed mutauerunt gloriam suam in similitudinem vituli comedentis fœnum. Hæc ille. Iam ergo in statum religiosum admissi, & desiderio humilitatis accensi, ne ad seculum reuertamur, & iterum aditum superbiæ patemus. Ad seculum enim reuertitur conuersatione sua, qui diuinam voluntatem præterit, & suam voluntatem diuinæ aduersantem adimplet. Superbiæ quoque aditum pandit, qui dum propriam voluntatem amplectitur, eo ipso subiectionis inimicus, & propriæ excellentiæ (quod superborum est) amator efficitur.

At cupis scire quomodo propriam voluntatem cohibebis? Sed prius quam ad superiora te remitit, idem venerabilis Richardus modum cohibendi voluntatem edoceat. Sed quid fiet, quæso, inquit, de carnibus huius vituli, quoniam nec saltem placere potest vitulus Libani, nisi forte diligenter comminuat, quemadmodum decet victimam holocausti? Sed quoniam (inquis) modo illum prominui oportet? Hoc te Moyses, quam ego, melius docet: Prius illum iubet per frustra diuidere, postea suppositum

A flammis in cinerem redigere. Quomodo, quæso, illum subtilius unquam comminuumus; quam enim prius per frustra diuulsum, per ignem postea in reuulsum puluerem redigimus? Vitulus nosse in Libano pascitur, si voluntatem nostram non nisi in rebus honestis sequimur. Vitulum nostrum maclamus, eam obedientie amore omnem singularitatem abdicamus. Vitulum autem nostrum se care, est de præsumpta libertate mentem inerepare. Sed hunc usque ad frustra diuidit, qui quæque singularitatis suæ opera diligenter distinguit, & se in singulis de præsumptionis audacia reprehendit. Cum autem nihil amplius superest, nisi ut igne compunctionis, vel flamma diuinæ dilectionis eod usque concremetur, quousque omnis huius arrogantiæ voluntas sopiatur. De huiusmodi holocausto quasi quidam adhuc cogitationum cinis remanet, qui omnino à nostra recordatione perire non debet. Quia vtiliter suas quisque præsumptiones reminiscitur, quando in eam recordatione conscientia humiliata eod funditur. Hæc omnia Richardus, quæ seruiunt cohibendæ voluntati. Sed ex his, quæ supra diximus, satis claret quomodo sit cohibenda propria voluntas. Si nimirum mala, ad quæ sola nostra voluntas inhiat, & quibus Dei ac prælatorum voluntas contradicit, gnaute fugiamus. Si opera media non ob commoditatem nostram, sed propter Deum actuali intentione faciamus. Si opera bona atque studiosa, non tam ut gloriam adipiscamur, aut ut in virtute crescamus, quam ut Dei beneplacito nos conformemus, ac pro eius gloria exerceamus. Si horum operum, ad instigum Dei, aut vocem prælati, quædam pro aliis facile commitemus. Si bonum commune particulari præferamus. Si magis tubesse, & alieno ductu quam nostro consilio viuere parati sumus. Si denique non statim atque aliquid volumus, licet bonum sit, in illud præcipites feramur, sed ratione & consilio examinatam, non sine animi tranquillitate suo tempore & loco executioni mandemus. Hæc propriam voluntatem fugant, quæ excidium vitæ spiritualis esse solet, & diuinam voluntatem nos docent exequi, qua profecto sustentamur, & pascimur. Diuina voluntas fuit cibus Christi filij Dei. Meus, inquit, cibus est, ut faciam voluntatem Patris. Cibus etiam est animarum sanctarum. Cibus vtrique, ait Bernardus, sed cibus cordis. Quid enim æquè confirmat & corroborat cor humanum, quid ita in omni necessitate confortat, & sustentat, ut diuinæ voluntatis executio, velut in quendam animæ ventrem, conscientiam scilicet eius, ingesta? Hoc igitur cibo nos reficiamus, & si humiles, aut humilitatis sectatores sumus, hunc huius virtutis effectum habere conemur.

De Promptissima Humilium ad alios subiectione.

CAPVT III.



EQVITVR tertius humilitatis effectus, nempe subiectio, siue obedientia, quæ etiam ab ipsa substantia humilitatis emanat. Nam vitas hæc, quæ appetitum immoderatum propriæ excellentiæ comprimit, & qua homo seipsum spernit, & minimum omnium indicat, illum inducit, ut prælati libenter obediat, ac præceptis eorum se submittat. Paulus sanè manifestè docet, obedientiam

Richard. ad Esal. 28.

Tob. 4. 9.

Richard. ibid.

quidam

Richardus

Richardus

104. 4. 34. Bern. ser. 3. in ramis.

Richardus



Philipp. 2.8.

ab humilitate procedere, dum de redemptore nostro ait: Humiliauit semetipsum, factus obediens usque ad mortem. In quoniam se humiliavit Christus, o sancte Apostole? In eo quod obediuit, quod Patris præceptum de sustinenda morte compleuit. Humilitas eius obedientiam peperit, subiectionem generauit, mandati impositi impletionem exquisiuit. Si enim Dominus non fuisset humilis, quod appetere fuit impossibile, quod sibi iustum erat, dedignaretur exequi: quia tamen humillimus extitit, ideo obedientissimus fuit, & non cuiuscumque præcepto, sed acerbissimo mortis obundæ, se subiecit. Quin & ex humilitate ortum habuit, ut non solum morti, sed & cæteris laboribus mortalitatis se subdiderit: ut sciamus, vnam humilitatem multas ac præclarissimas obedientias procreare. Egregie id docuit Augustinus, cum dixit: Humiliauit se Christus: habes Christiane quod teneas. Christus factus est obediens. Quid superbis? Quousque factus est obediens Christus? Usque ad incarnationem Verbi, usque ad participationem mortalitatis humanæ, usque ad trinam diaboli tentationem, usque ad irrisionem populi Iudeorum, usque ad spūta & vincula, usque ad alapas, & flagella; si parum est, usque ad mortem. Et si adhuc etiam aliquid de genere mortis addendum est, mortem autem crucis. Superbia quidem inobedientiam generat, quod & in primo hominū parente, & in Angelo illo, qui de celo cecidit, perspicuum est. Ille indebitam excellentiam appetiuit, & propterea pomum veritum gustauit, mandatumque præterit. Ille ex accepta perfectione elatus est, & propterea noluit Deo se subiicere, sed repugnante creatoris voluntate, in solium sibi non præparatū ascendere. Quod istud solium fuerit, non est nostrum nunc inuestigare. Satis sit scire, ut Bernardus ait: Nec Aquilonem corporalem, cum esset spiritus, nec sedem appetuisse materialem, sed excellentiam aliquam cupiuisse, contra id, quod fuerat à diuina prouidentia decretum. Ergo si superbia inobedientiam parit, humilitas illi opposita ad obedientiam & subiectionem inducet. Eliab profecto, frater Davidis, ex superbia, cuius notam mendaciter in illum inusserat, voluit eum fractæ obedientiæ & subiectionis arguere. Dixitque ad illum: Quare venisti, & quare dereliquisti pauculas oues illas in deserto? Ego noui superbiam tuam, & nequitiam cordis tui: quia ut videres prælium, descendisti. Id est, cum sis superbissimus, præceptum Patris præteristi, qui te non ad prælia misit, sed ad seruandas pauculas oues elegit. Contra verò ipse David ait: Et humiles spiritu saluabit. Quod si tantum qui obediunt mandatis Dei, seruandi sunt, liquet, humilitatem ad obedientiam inclinare, & mandatorum in nobis custodiam exposcere.

Aug. ser. de S. Laurentio. 10.

Bern. tra. de gradib. humil. grad. 1.

1. Reg. 17. 28.

Psal. 33. 19.

Basil. reg. 28. sus. ai. spū.

Humilitas igitur obedientiæ genitrix est: & humilis, humi reperit, & aliorum pedibus conculcari, quanto magis iustus eorum regi? appetit; sui verò iuris esse, à nullòque gubernari, haudquaquam cogitare audeat. Vnde qui parere & subiici renuit, manifestum indicium præbet, quod Luciferi superbia est miserabiliter vulneratus. Quod Basilus grauissimis verbis docet in hunc modum: Illud autem antistitis imperium detrectare, & verbis aduersum iussa ipsius litigare, magno in dicio est, eum, qui sic faciat, multis vitiis laborare, fidei debilitate, spei ambiguitate, arrogantia morum, atque superbia. Neque enim alterius dicta audiens vnquam esse quis recusat, nisi prius ipsum sibi consilij auctorē apud seipsum despererit: neque, qui sibi certa fide persuasit vera esse promissa Dei, deque ipsorum spe nihil dubitat, etiam si

laboriosa sint, que sibi imperentur, grauata ad illa vnquam accedet, ut qui certo nouerit [non esse condignas passiones huius temporis ad futurā gloriā, que reuelabitur in nobis.] Neque non cui illud persuasum est, verum esse, quod [qui se humiliat, exaltabitur.] studio suo, impetatis sibi, aliquid expectatione superabit: quippe qui nihil addubitet, [hoc, quod in præfenti est momentaneum, & leue tribulationis nostre, supra modū in sublimitate æternum gloriæ pondus operari.] Hęc ille. Et sanè sicut testimonio huius magni doctoris, inobediens, superbia laborare dicitur, Na obediens, humilitate pollere cognoscitur. Quomodo enim iusta alterius implere vellet, nisi personā serui, cuius est obedire, sibi assumendā existimaret? Quomodo suā voluntatem frangeret, & pro alterius voluntate explenda relinqueret, nisi alterius velle suis desiderijs anteponeret? Quomodo suum sensum ac iudiciū alterius iudicio submitteret, nisi istius peritiā suæ scientiæ, ac rerū cognitioni præferret? Hęc autem tria humilitatis sunt opera. Nam humilis (ut iam diximus) se aliorum seruum iudicat, suam voluntatē non facit, suum iudiciū fallax esse posse, ac ideo meliori submitendum, putat. Immo & hęc video obedientiæ gradus ab humilitatis gradibus exoriri. Humilitas enim incipiens, obedientiam incipientem in executione litam procreat. Humilitas proficiens obedientiam proficientem, usque ad subiectionem voluntatis generat. Atque humilitas perfecta obedientiam perfectam usque ad abnegationem proprii sensus & iudicij producit. Eumque, quem etiam in difficillimis, & in his, que repugnare videntur, viderimus, non solum opere, verum & voluntate, & iudicio obedire, rectè possumus existimare non solum obedientia, sed & humilitate perfectum.

Hęc fuit perfecta humilitas, & obediētia Abraham, cui à Domino impositū fuit præceptū difficillimum, ut vnigenitum filium occideret. Tolle, inquit, filium tuum vnigenitum, quem diligit Isaac, & vade in terram visionis, atque ibi offeres eum in holocaustum super vnum montem, quem monstrauero tibi. [Nonne animaduertis præcepti difficultatem, cui nō solum promptitudo executionis obfisteret, sed & voluntas repugnaret, & intellectus ad talem stragem in filio, & vnigenito, & hærede, & ad sobolem habendam promisso, complendam horreret? At ille nō turbatus est animo, ait Chrysolomus, non confusus est mente, non consilio destitutus est: in tam graui præcepto non cogitabat, non ratiocinabatur secum. Cur hoc? Qui mihi præter omnem expectationem beneficium exhibuit, qui per misericordiam suam emortuam Saræ vultam generationi idoneam fecit; nunc postquam ablatatus est, & creuit, & in flore ætatis est, occidere, & in holocaustum offerre præcipit; qui paulo antea dixit: In ipso vocabitur tibi semen;] nunc diuersā præcipit. Et quomodo implebuntur, quæ ab eo præcepta? Quo pacto enim fieri potest, ut radice exēcti rami pullulent, vel succia arbore fructus proueniāt, vel fonte arefacto fluij reddantur? Nihil horum dixit ille, sed ut perfectus obediens, eadē nocte, ad exequendum, quod ipsi imperatum erat, surrexit: animum stravit, ligna concidit, humeris filij inuocentis imposuit, ignem accendit, gladium accepit, & ad filij immolandum properauit. Nonne Admiraris impigrā, & perfectam, ac mille difficultatibus plenā obedientiā? Sed illa à quonā prouenit? Ab eo sanè, qui dixit: Loquar ad Dominum meum, cum sim puluis, & cinis. Ab eo videlicet, qui adeo humilis extitit, ut se puluerem ac cinerē reputaret: nam si superbus esset, nunquā se se mandato tam difficili subiicisset. Humilitate verò, se indignū putauit, cui aliquid à Domino licet amarū

Rom. 8. 18.

Luca 14. 11.

2. Cor. 4. 17.

Gen. 22. 1.

Chryl. 47. in Genes.

Gen. 11. 12.

Gen. 18. 27.

præci

1307  
Tom. II



Rom. 4. 19.

1. no. 2. 01.

Matth. 13.

Chry. ho. 9. in Matth.

Thyrsus mata ad 5. regum

Luca 12. 31.

præciperetur; suam voluntatem veluti abiectam ac vilem conculcavit; suum intellectum velut amentem & stultum irritavit. Et, ut ait Paulus: Non infirmatus est fide, nec consideravit corpus suum emortuum, cum iam fere centum esset annorum, & emortuam vulvam Saræ. In reprimissione etiam Dei non hæsitavit diffidentia, sed confortatus est fide, datus gloriam Deo; plenissime sciens, quia quæcumque promissit, potens est & facere. Vniversa hæc humana voluntati repugnantia, & naturali rationi contradicentia, sine magna humilitate, quæ abiectè de se, & altè de Deo, sentiret, & quæ se Deo plenè tamquam in infinitum maiori subiceret, stare non poterant.

Similis huic fuit humilitas & obedientia Ioseph sponsi Mariæ. Audiuerat filium in eam natum spiritu sancto operante, & sine vituli semine fuisse conceptum, esseque potentissimum filium Dei. Postea verò ei præceptum, extrema specie, Christi potentia & dignitati contrarium, imponitur: Surge, & accipe puerum, & matrem eius, & fuge in Egyptum, & esto ibi vsque dum dicam tibi. Futurum est enim, ut Herodes querat puerum ad perdendum eum. Quod mandatum cum audisset, nequaquam passus est scandalum, (quem admodum scripsit idem Beatus Pater Chrysostomus) neque dixit; Incerta res est, ac pterius ambigua. Tu paulò antè dicebas: Quia saluabitur populum suum; & nunc se ipsum quidem non potest de periculis liberare. Aut si potest, quid opus est nobis labore, ac transmigratione longinqua? Contraria omnino sunt facta promissis. Fuit ergo sanctus vir perfectus obediens, qui circa sibi præcepta nihil mente peruestigauit, sed statim simpliciter & piè mandato difficili sine vlla se discussione subiecit. At coniector ipsum prius humilem exitisse. Quis namque neget eum humillimum fuisse, cui Deus sponsam suam virginem humillimam commendauit, eique non minori vinculo, quam matrimonij, coniunxit, ut inter vtrosque esset nexus coniugum, amor fratrum, puritas Angelorum? Quis neget humillimum fuisse eum, qui fuit castissimus, & virgo integerrimus, cum hæc duæ virtutes ita fœderentur, ut illa istam custodiat, & vtraque eodem tenore succrescat? Quis tandem ambigat eum fuisse humillimum, qui sanguine nobilissimus, & à regibus ortus, vile officium fabri didicit, suarum manuum laboribus, se familiamque sustentauit; paupertatemque non horruit? Istius perfecta humilitas, perfectam obedientiam peperit, humilitas difficili præcepto subdidit, humilitas fecit, ut se in parem ad iussa diuina peruestiganda iudicaret: ut sine vlla contradictione domum, patrium solum, cognatòsque desereret, & exul cum sponsa, & puero, in Egyptum abiret.

Humiles igitur obediens sunt, & quæ humilitas eos ad sui contemptum & honorum despicientiam roborat, eadem & ad subiectionem impellit. Hæc subiectio, siue obedientia, ab eodem sanctissimo Patriarcha Benedicto, in sua regula nunc primus humilitatis gradus vocatus est, nunc tertio loco numeratus, quia & timorem Dei, ac voluntatis mortificationem supponit, sed inter ipsos gradus humilitatis, primum, id est, præcipuum locum tenet. Sicque doctissimus ille Cardinalis, cui datum est, regulam istam exponere, hunc locum intellexit. Primum, inquit, hoc loco positum, non ordinem dicit, ut primus dicitur, quia secundus sequitur, sed potius magnitudinem, aut excellentiam importat. Veluti cum à Domino dictum est: Primum querite regnum Dei: [vt sit sensus: Obedientia est præcipuum, quo humilitatis virtus custoditur, fouetur, & roboratur. Nullus qui ppe per se humilitatis gradus subsistit, si

**A** obedientia viribus fulciri desit. Nam vera humilitas ipsa est, quam obedientia comes non deserit. Et merito præcipuum in humilitate subiectio est, quæ nos in hac vita, & in futura recreat, & animam obedientem in tentatione refrigerat. Trahant obediens ad se illud sancti Dauidis: Induxisti nos in laqueum; posuisti tribulationes in dorso nostro: imposuisti homines super capita nostra. Nam Domino misericorditer cum illis faciente, induci sunt in claustra monasterij, & triplici laqueo votorum religiosorum ligati, ne in malum suum à domo Domini sui, à quo protegentur, aufugiant. Tribulationibus, id est, laboribus religioe vitæ onerati sunt, & sanctæ conuersationis occupationibus pressi, ne otio torpeant, & vitam ad meritum datam, in telis aranearum, id est, in operibus inuilibus imprudenter infumant. Homines, scilicet prælatos, capitibus suis habent impositos, quia illorum imperio & censura subduntur. Et sicut in capite omnes vires & omnes sensus iuncti sunt: ita hi, qui prælati capita subdunt, omnes illis vires suas sensusque subiciunt. Pergant, & adhuc dicant: Transuimus per ignem, & aquam, omnemque obedientia laborem sumus experti. Sed inde, quid sequitur? [Et eduxisti nos in refrigerium.] In refrigerium huius vitæ, quia per obedientiam innumeras inquietudines, & angores, & scrupulos declinamus, & in refrigerium alterius vitæ futuræ, quia in præmium obedientia æternam libertatem suscipimus. Si obediens fuero, ò Domine, [introibo in domum tuam in holocaustis: reddam tibi vota mea, quæ distinxerunt labia mea.] Alij ingrediuntur in sacrificijs, quia aliquid sui tibi, non se totos obtulerunt: ego verò in holocaustis ingrediari, quia non aliquid mei, sed omnino me totum tuæ maiestati consecraui. Cum verò ad tuam sanctissimam præsentiam accedam, hæc erit gloriatio mea, quam non de meis viribus, sed de tuis auxilijs præsumam, quod scilicet vota mea fideliter reddidi, quæ labijs meis ipse distinxit. Qui enim obediens fuerit, non potest vlla vota prætergredi, quæ sibi imperata sunt, ex eo quod vota seu promissa sunt, nec poterit à sua professione deuiare.

**B** operibus inuilibus imprudenter infumant. Homines, scilicet prælatos, capitibus suis habent impositos, quia illorum imperio & censura subduntur. Et sicut in capite omnes vires & omnes sensus iuncti sunt: ita hi, qui prælati capita subdunt, omnes illis vires suas sensusque subiciunt. Pergant, & adhuc dicant: Transuimus per ignem, & aquam, omnemque obedientia laborem sumus experti. Sed inde, quid sequitur? [Et eduxisti nos in refrigerium.] In refrigerium huius vitæ, quia per obedientiam innumeras inquietudines, & angores, & scrupulos declinamus, & in refrigerium alterius vitæ futuræ, quia in præmium obedientia æternam libertatem suscipimus. Si obediens fuero, ò Domine, [introibo in domum tuam in holocaustis: reddam tibi vota mea, quæ distinxerunt labia mea.] Alij ingrediuntur in sacrificijs, quia aliquid sui tibi, non se totos obtulerunt: ego verò in holocaustis ingrediari, quia non aliquid mei, sed omnino me totum tuæ maiestati consecraui. Cum verò ad tuam sanctissimam præsentiam accedam, hæc erit gloriatio mea, quam non de meis viribus, sed de tuis auxilijs præsumam, quod scilicet vota mea fideliter reddidi, quæ labijs meis ipse distinxit. Qui enim obediens fuerit, non potest vlla vota prætergredi, quæ sibi imperata sunt, ex eo quod vota seu promissa sunt, nec poterit à sua professione deuiare.

**C** Iam intelligimus, quam ratione nos obedientia in refrigerium inducat; nam illa planum facit iter, quo ingrediamur in cælum. Et sicut duobus pedibus in locum destinatum imus; ita his duabus virtutibus, humilitate & obedientia, in cælestem patriam properamus. Quin, & quoniam hoc iter, ascensus est, quo ex tempore ad æternitatem, & ex mortalitate ad immortalitatem ascendimus, & quoniam velocissimus est; multo meliùs humilitas, & obedientia, non iam duobus pedibus animalium, sed duabus alis auium comparantur, quibus non tam ambulamus, aut currimus, quam perneciter volando, ad perfectionem, atque ad eius præmium peruenimus. Cæsarius Arelatensis Episcopus has duas virtutes duabus alis similes esse prædicauit. Et idè oportet, inquit, ut sanctis moribus compositi, multis etiam virtutum pennis præditi, quasi spirituales columbæ, & bonorum operum margaritis ornati, dicere cum Propheta possitis: Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo, & requiescam? Quam rem nunc animæ sanctæ implere possunt, si humilitatem & obedientiam stabili firmitate custodiant; quia quilibet bonis operibus quis fuerit præditus, si istas duas virtutum alas, id est, humilitatem, & obedientiam non habuerit, in altum euolare non poterit. Omnis ergo anima sancta, cum volantes miluos, & diabolicos accipitres atque spirituales nequitias fugere vel vitare desiderat istas duas, quas supra diximus,

**D** properamus. Quin, & quoniam hoc iter, ascensus est, quo ex tempore ad æternitatem, & ex mortalitate ad immortalitatem ascendimus, & quoniam velocissimus est; multo meliùs humilitas, & obedientia, non iam duobus pedibus animalium, sed duabus alis auium comparantur, quibus non tam ambulamus, aut currimus, quam perneciter volando, ad perfectionem, atque ad eius præmium peruenimus. Cæsarius Arelatensis Episcopus has duas virtutes duabus alis similes esse prædicauit. Et idè oportet, inquit, ut sanctis moribus compositi, multis etiam virtutum pennis præditi, quasi spirituales columbæ, & bonorum operum margaritis ornati, dicere cum Propheta possitis: Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo, & requiescam? Quam rem nunc animæ sanctæ implere possunt, si humilitatem & obedientiam stabili firmitate custodiant; quia quilibet bonis operibus quis fuerit præditus, si istas duas virtutum alas, id est, humilitatem, & obedientiam non habuerit, in altum euolare non poterit. Omnis ergo anima sancta, cum volantes miluos, & diabolicos accipitres atque spirituales nequitias fugere vel vitare desiderat istas duas, quas supra diximus,

**E** Quam rem nunc animæ sanctæ implere possunt, si humilitatem & obedientiam stabili firmitate custodiant; quia quilibet bonis operibus quis fuerit præditus, si istas duas virtutum alas, id est, humilitatem, & obedientiam non habuerit, in altum euolare non poterit. Omnis ergo anima sancta, cum volantes miluos, & diabolicos accipitres atque spirituales nequitias fugere vel vitare desiderat istas duas, quas supra diximus,

Psal. 65. 11.

Psal. 65. 12.

Psal. 65. 13. 14.

Cæs. hom. 32. to. 7. Biblioth.

Pf. 54. 7.





virtutum alas, in se, Deo donante custodiat. Sic ille.] His praestantissimis virtutibus non tantum tentationes & insultus aduersarij declinamus; non tantum in altum volamus, sed & merita nostra, quasi in immentum augemus. Negociator quippe, qui omni tempore, & omni negotiationis genere, & in pretiosissimis mercibus negociatur, & semper ditatur, breui tempore ditissimus efficitur. Talis est autem humilis, & obediens, qui ex obedientia omnibus virtutum praecipis patet, & ex humilitate nullum meritum licet exiguum pretermittit. Humilis, quia humilis, in sua estimatione semper est pauper, & ideo merita exigua tamquam sibi necessaria quaerit, atque custodit. Et obediens, quia obediens, semper alterius voluntatem sibi faciendam esse censet, atque adeo in omni virtutum genere Deo obediendum esse animaduertit. Quid ergo mirum si opes meritorum quasi absque vilo limite augeat, & ditissimus bonorum spiritualium fiat? Humilis itaque in hoc tertio gradu se constituat, & in eo per multum tempus sedeat, immo ad alios transendo, ab hoc nullo modo discedat; quia si obediens fuerit, in aliis gradibus, qui supersunt, nullam difficultatem inueniet.

De Forti Humilium sustinentia.

CAPVT I V.

**O**ST obedienciam humilis sustinentiam addiscat; qua & pro exequendis sibi rebus iniunctis, & pro quibuslibet aliis virtutum actibus exercendis, sciat dura pati, & aduersa ac contraria tolerare. Hae virtus quomodo ad humilitatem pertineat, facile est exponere. Cum enim humilitas appetitum excellentiae in homine moderetur, & huius cohibitionis causa ipse homo suam voluntatem frangat, & alterius imperio se submittat, fit vt melius ducat, aspera & molesta sufferre, quam se aduersus prelati iussionem erigere, & ab eius imperio discedere. Humiles igitur, mansueti & patientes sunt, & in aduersorum tolerantia non tantum se humilitatis possessores, sed & omnium virtutum amatores ostendunt. Quia cum omnis virtus vitium amulum habeat, & eam in nobis aduersarius impugnet, eam illaenam seruare non possumus, nisi malis aduersus eam insurgentibus per patientiam resistamus. Mystice signauit hoc, iuxta interpretationem Gregorij, Beatus Iob, illis verbis: Tabescet caro eius, & ossa, quae tecta fuerant, nudabuntur. Quia cum caro per tribulationem patienter toleratam atteritur, multiplex virtus in corde latens demonstratur. Verba sancti doctoris sunt: Cum enim flagellis prementibus omnis exterior voluptas atteritur, interna fortitudinis ossa nudantur. Quid autem hoc loco carnis nomine, nisi ipsa delectatio carnalis accipitur? Vel, quid per ossa, nisi virtutes animae designantur? Tabescit ergo caro, & ossa nudantur: quia dum flagellis arguentibus carnalis delectatio atrenuatur, ea, quae dudum quasi sub carne latuerant, virtutum fortia patefiunt. Nemo quippe quantum profecerit, nisi inter aduersa, cognoscit. Cum enim ad sunt prospera, cerni vitium documenta non possunt. Vnde alias scriptum est: In die mandauit Dominus misericordiam suam, & nocte declarauit: quia videlicet vnusquisque superni doni gratiam in tranquillitate quietis percipit: sed quantum perceptum, in aduersitate perturbationis ostendit. Hae ille. Breuius vero id ipsum ex voce Domini intelligi-

Iob 33. 21

Greg 21. mor. c. 18.

Pf. 41. 9.

mus, ad Paulum facta, in hunc modum: Sufficit tibi gratia mea, quoniam virtus in infirmitate perficitur. Ne, inquam, peras, o Paule, vt te tribulationibus & doloribus libere: fat tibi sit, quia gratiam meam habeas, aut quod de manu mea hanc eximiam patiendi pro me gratiam accipias; quae multiplex virtus tua non tantum tribulatione perficitur, verum & robusta ac perfecta demonstratur. Assensit Apostolus consilio diuini, & ideo subdidit: Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Christi. Tanta enim res est virtus Christi, Saluatorisque potentia, & auxilium iustis attributum, quo tribulationes lenit, mala in bona conuertit, & ex iniuriis & doloribus, tamquam ex seminibus in terram iactis, copiosam meritorum segetem metit, vt propter illud sit tribulatio non solum aequanimiter, sed etiam libenter sustentanda; & cum haec ita suscipienda, vt non tantum in tribulatione, sed in infirmitate. Sed videat aliquis aliquid aliud virtutis Christi nomine possit intelligi, quod te ad tribulationum sustinentiam instiget. Existimo, virtutem Christi esse multiplicem passionem, ac tribulationem suam, qua mandum redemit, peccatum destruxit, & pro delictis humani generis aeterno Patri satisfecit. Hae est infirmitas Christi, & virtus Christi: Infirmitas, quam pro nobis infirmis & mortuis passus est; cuius causa de illo ait Isaias: Vidimus eum, & non erat aspectus, & desiderauimus eum, despectum, & nouissimum virorum, virum dolorum, & scientem infirmitatem. Et postea: Dominus voluit contere eum in infirmitate. Virtus autem, qua mors nostra mortua est. Vnde Paulus ait: Verbum crucis pereuntibus quidem stultitia est: iis autem, qui salui sunt, id est, nobis, Dei virtus est. Tribulatio ergo, & est afflictio, quae naturam premit & onerat: & est Christi virtus, quae mentem purgat & roborat. Si times illam, ex ea parte quae afflictio est, sustine illam aequanimiter, immo suscipe hilariter ex ea parte quae Dei virtus est. Gloriate in infirmitatibus tuis, vt non iam vt hospes transeat per te, sed vt incola habitet in te virtus Christi, similitudo nempe mortis, & passionis eius, quam si patienter acceperis, cum ipso vtique regnabis. Paulus enim ait: Sicut socij passionum estis, sic eritis & consolacionis. Et quidem per tribulationem patienter sustentatam, socius Christi in passione factus es, & vt membrum capitis vulneraris, & angustiat, doloribus vulneraris, & pressuris angustiaris: quid mirum si & cum illo consoleris? Sed si tribulatio est virtus Dei, videamus quid operetur in illis, qui eam patienter acceptant. Efficit quidem in illis ea quae ab igne, elemento vilissimo, fieri solent. Nam & tribulatio est spiritualis ignis, quo Deus in hac vita aurum electorum purgat, & probat. Ideo Dauid ait: Probasti cor meum, & visitasti nocte: igne me examinasti, & non est inuenta in me iniquitas. O bona aduersitatis nox, & omni die huius saeculi clarior atque lucidior, quatuor Domine mentem meam exploras, an sincera sit; & cor meum visitas, vt apud omnes reatum esse declares! O efficax tribulacionis ignis, & latititia huius mundi formosior, quo, o Deus meus, velut aurum, mentis meae puritatem examinas, & quod tu scis, me scilicet omnem iniquitatem odice habere, ab hominibus etiam facis agnosce. Verè probasti me, Deus, atque igne me examinasti, sicut examinatur argenteum. Nam quemadmodum ignis faeces argenti consumit, ipsum verò purum mundumque relinquit: ita tribulatio me purgauit, scorumque

2. Cor. 12. 9.

2. Cor. 12. 10.

Isaia 25. 2. 3.

1. Cor. 1. 18.

1. Cor. 1. 7.

Pf. 16. 3.

Pf. 65. 10.

namque



Malach. 3. 2. *Etiamque peccatorum excocit. Tu venis ad me quasi ignis conflans, & quasi herba fullonum: ] vt scilicet ignis, id est, tribulatione graui, peccata mea consumat, & herba fullonum, id est, percussione leniori, minora peccata dimittas. Sedebis conflans, & emundans argentum, & purgabis filios Leui, & colabis eos quasi aurum, & quasi argentum. ] Emundabis, inquam, iustos tuos ab omni eo, quod est sordidum, & purgabis ab eo quod est superfluum. Colabis eos, igneque amoris & tribulationis liquefacies, vt sint tibi offerentes sacrificia in iustitia. Audi ergo anima mea quid ignis hic in te faciat, aut cuius gratia Dominus illum immittat, vt omnem tribulationem, omnemque pressuram quasi humilis & mansucta sustineas.*

Tribulatio humiliter patienterque suscepta, non aliter quam ignis illuminat. Docet, inquam, nos quid de nobis, quid de Deo, quid de hominibus, & quid de antea actis operibus sentire debeamus. De mundo, quia contemptibilis est, cum non aliud habitatoribus suis nisi multiplices tribulationes minisiret. De nobis, quia infirmi sumus, cum oborta pusilla tentatione pene à recto desistamus. De Deo, quia misericors est, cum nos à tribulationibus eruat. De hominibus, quia infideles sunt, cum nos in angustia relinquunt. De antea actis operibus, quod mala aut imperfecta extiterunt, quae tanta poenae castigant. Hunc tribulationis fructum notauit Ieremias, dicens: Ego vir videns paupertatem meam in virga indignationis eius. ] Nam antequam tribulationis virga percuteret, meas culpas ignorabam, meamque paupertatem earum causa contractam, minimè cognoscebam: at tribulationis percussio oculos mentis ignoracione clausos luce propria cognitionis aperuit. Salomon quoque ait:

Thren. 3. 1. *Virga, atque correpto tribuit sapientiam. ] Omnes enim quandiu hic viuimus, quasi paruuli sumus, & addiscere pertimescimus: verborumque correpto, &, si haec non sufficiat, verberum ac tribulationis castigatio, adhibenda est, vt sapientiam acquiramus. Illud quoque eiusdem sapientis: Stultitia colligata est in corde pueri, & virga disciplina fugabit eam; ] non tantum de pueris aetate, sed & de pueris conuersatione & moribus, intelligendum est, quos tentatio ac tribulatio ab insipientia liberat. Nec solum tribulatio cor illuminat; sed sicut ignis ceram, ita etiam illud emollit. Ideoque Iob tribulatus ait: Deus molliuit cor meum, & omnipotens conturbauit me. ] Terra quoque postrema illa nouissimorum temporum afflictione liquefecit. Cuius testis est ipse Dominus, qui suum illum aduentum commemorans, ait: Liquefacta est terra, & omnes qui habitant in ea: ego confirmaui columnas eius. ] Cum, inquam, tempus accepero, quod hominibus commodatum dederam, & non tantum mala, verum & ipsa bona opera, ipsaque iustitias iudicauero: tunc terra ad praesentiam meam, & ad impulsam tribulationis immisisset, cum omnibus suis habitatoribus liquefecit. Cum enim ego fundamenta eius iecerim, columnasque stabilierim, non erit mihi difficile eam timore ac terrore concutere. Impatientes quidem, sicut latum, immissa afflictione durantur, at iusti, & patienter ferentes eam, si quam duritiam cordis ex huius mundi distractione contraxerant, afflictio castigatque deponunt. Quos sepe Dominus tribulat, vt ab eis cor lapideum auferat, & cor carneum, id est, blandum & obediens, attribuat.*

Proverb. 29. 15. *Non ignis laterem roborat, atque fortificat: Sed ira tribulatio menti eam patienter ferenti for-*

Proverb. 22. 15. *Stultitia colligata est in corde pueri, & virga disciplina fugabit eam; ] non tantum de pueris aetate, sed & de pueris conuersatione & moribus, intelligendum est, quos tentatio ac tribulatio ab insipientia liberat.*

Iob. 23. 16. *Ideoque Iob tribulatus ait: Deus molliuit cor meum, & omnipotens conturbauit me. ] Terra quoque postrema illa nouissimorum temporum afflictione liquefecit.*

Pf. 74. 4. *Cuius testis est ipse Dominus, qui suum illum aduentum commemorans, ait: Liquefacta est terra, & omnes qui habitant in ea: ego confirmaui columnas eius. ] Cum, inquam, tempus accepero, quod hominibus commodatum dederam, & non tantum mala, verum & ipsa bona opera, ipsaque iustitias iudicauero: tunc terra ad praesentiam meam, & ad impulsam tribulationis immisisset, cum omnibus suis habitatoribus liquefecit.*

Impatientes quidem, sicut latum, immissa afflictione durantur, at iusti, & patienter ferentes eam, si quam duritiam cordis ex huius mundi distractione contraxerant, afflictio castigatque deponunt. Quos sepe Dominus tribulat, vt ab eis cor lapideum auferat, & cor carneum, id est, blandum & obediens, attribuat.

An non ignis laterem roborat, atque fortificat: Sed ira tribulatio menti eam patienter ferenti for-

A *titudinem & robur impetit. Proptereaque Dominus non semel à feruis suis consolationes subtrahit, & tribulationibus ferit, vt in omni virtute confouet. Gloriamur in tribulationibus, ait Paulus, scientes quod tribulatio patientiam operatur: patientia autem probationem: probatio verò spes: spes autem non confundit. ] Quomodo modo tribulatio patientiam operatur? Non aliter quam subministrando patientiae materiam. Quia sicut qui habet diuitias, potest eas liberaliter erogare: ita qui tribulationibus impetit, occasionem habet, vt possit equanimiter sustinere. Et quomodo patientia operatur probationem, nisi animum roborando, vt testificationem suae virtutis ostendat? Et quo pacto probatio operatur spem, nisi ipsum animum erigendo, vt qui propter Deum tribulationes perferit, de spe futurae gloriae non diffidat? Deus autem neminem in se confidentem pudefaciet, sed quod in se est, praemium speratum retribuet. Si etiam ignis, vincula soluit, tribulatio similiter, nexu mundani amoris abruptis. Tres illi viri, quos Nabuchodonozor rex in fornacem ignis ardentis mitti praeeperat, ligati coniecti sunt, sed ignis fuerunt virtute soluti, qui [ ambulabant in medio flammæ laudantes Deum, & benedicentes Domino. ] Sic desideriorum terrenorum vinculis colligati, in ignem tribulationis mittuntur, non sanè vt consumantur, sed vt à venenis huiusmodi liberentur. Ac, vt semel finiam, tribulatio non aliter quam ignis hominem probat. Quia vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. Eum quoque purgat. Vnde Dominus per Ioannem ait: Omnem palmitem ferentem fructum, purgabit, vt fructum plus afferat. ] Ac tandem huius saeculi delicias & voluptates excoecat: & est velut myrtha, quae à corruptione praeseruat. Merito ergo Chryostomus tribulationem vtilissimam censet, cuius multiplices fructus vtilitatesque recensens, inter alia sic scribit: Nam & fastum contrahit, & omnem excidit torporem tribulatio, & ad patientiam vngit, & humanarum rerum vilitatem reuelat, & multam introducit sapientiam: omnes enim motus ipsi cedunt, inuidia, aemulatio, concupiscentia, potentiae pecuniarum, & corporum amor, arrogantia, fastus, ira, & omne reliquum vitiorum examen.*

B *Et si vis rebus ipsis videre, & virum seorsum, & totum populum ostendere tibi poterimus, & in tribulatione positos, & in remissione, & quantum hinc lucrum, docere, & quatenus illinc torpor. Nam & Hebraeorum populus, dum affligebantur quidem, & pellebantur, gemebant, & Deum inuocabant: cum autem impinguati suat, resilierunt: Nimirum rursum cum libertate potirentur, ita Deum irritauerunt, vt totam à fundamentis vibem subuertere Deus minatus sit: postquam verò ab illo sunt humiliati praecone, omnem praestiterunt sapientiam. Si verò & singularem virum vis cernere, cogita Salomonem. Nam & hic dum in curis quidem & perturbatione fuit, de principatu gentis illius consultans, illa visione dignus est habitus: vt verò nactus est delicias, in ipsum malitiae barathrum delapsus est. Quid verò ipsius pater: quando mirabilis fuit, & gloriosus? Nonne dum in tentationibus fuit? Absalon verò, quoad fugiebat, nonne modestus erat: postquam autem rediit, & tyrannus, & parricida factus est? Quid autem Iob? Hic quidem clarus erat, & in quiete: clarior autem post tribulationem apparuit. Et quid enim opus est antiqua & praeterita recensere? Si quis enim nostra nunc disceriat, quantum sit tribulationis lucrum videbit: nunc enim*

C *Et si vis rebus ipsis videre, & virum seorsum, & totum populum ostendere tibi poterimus, & in tribulatione positos, & in remissione, & quantum hinc lucrum, docere, & quatenus illinc torpor. Nam & Hebraeorum populus, dum affligebantur quidem, & pellebantur, gemebant, & Deum inuocabant: cum autem impinguati suat, resilierunt: Nimirum rursum cum libertate potirentur, ita Deum irritauerunt, vt totam à fundamentis vibem subuertere Deus minatus sit: postquam verò ab illo sunt humiliati praecone, omnem praestiterunt sapientiam. Si verò & singularem virum vis cernere, cogita Salomonem. Nam & hic dum in curis quidem & perturbatione fuit, de principatu gentis illius consultans, illa visione dignus est habitus: vt verò nactus est delicias, in ipsum malitiae barathrum delapsus est. Quid verò ipsius pater: quando mirabilis fuit, & gloriosus? Nonne dum in tentationibus fuit? Absalon verò, quoad fugiebat, nonne modestus erat: postquam autem rediit, & tyrannus, & parricida factus est? Quid autem Iob? Hic quidem clarus erat, & in quiete: clarior autem post tribulationem apparuit. Et quid enim opus est antiqua & praeterita recensere? Si quis enim nostra nunc disceriat, quantum sit tribulationis lucrum videbit: nunc enim*

D *Et si vis rebus ipsis videre, & virum seorsum, & totum populum ostendere tibi poterimus, & in tribulatione positos, & in remissione, & quantum hinc lucrum, docere, & quatenus illinc torpor. Nam & Hebraeorum populus, dum affligebantur quidem, & pellebantur, gemebant, & Deum inuocabant: cum autem impinguati suat, resilierunt: Nimirum rursum cum libertate potirentur, ita Deum irritauerunt, vt totam à fundamentis vibem subuertere Deus minatus sit: postquam verò ab illo sunt humiliati praecone, omnem praestiterunt sapientiam. Si verò & singularem virum vis cernere, cogita Salomonem. Nam & hic dum in curis quidem & perturbatione fuit, de principatu gentis illius consultans, illa visione dignus est habitus: vt verò nactus est delicias, in ipsum malitiae barathrum delapsus est. Quid verò ipsius pater: quando mirabilis fuit, & gloriosus? Nonne dum in tentationibus fuit? Absalon verò, quoad fugiebat, nonne modestus erat: postquam autem rediit, & tyrannus, & parricida factus est? Quid autem Iob? Hic quidem clarus erat, & in quiete: clarior autem post tribulationem apparuit. Et quid enim opus est antiqua & praeterita recensere? Si quis enim nostra nunc disceriat, quantum sit tribulationis lucrum videbit: nunc enim*

E *Et si vis rebus ipsis videre, & virum seorsum, & totum populum ostendere tibi poterimus, & in tribulatione positos, & in remissione, & quantum hinc lucrum, docere, & quatenus illinc torpor. Nam & Hebraeorum populus, dum affligebantur quidem, & pellebantur, gemebant, & Deum inuocabant: cum autem impinguati suat, resilierunt: Nimirum rursum cum libertate potirentur, ita Deum irritauerunt, vt totam à fundamentis vibem subuertere Deus minatus sit: postquam verò ab illo sunt humiliati praecone, omnem praestiterunt sapientiam. Si verò & singularem virum vis cernere, cogita Salomonem. Nam & hic dum in curis quidem & perturbatione fuit, de principatu gentis illius consultans, illa visione dignus est habitus: vt verò nactus est delicias, in ipsum malitiae barathrum delapsus est. Quid verò ipsius pater: quando mirabilis fuit, & gloriosus? Nonne dum in tentationibus fuit? Absalon verò, quoad fugiebat, nonne modestus erat: postquam autem rediit, & tyrannus, & parricida factus est? Quid autem Iob? Hic quidem clarus erat, & in quiete: clarior autem post tribulationem apparuit. Et quid enim opus est antiqua & praeterita recensere? Si quis enim nostra nunc disceriat, quantum sit tribulationis lucrum videbit: nunc enim*

Roman. 5. 3.

Danie. 3. 24.

Eclli. 27. 6.

Iohan. 15. 2.

Chrysof. hom. 66. ad populi. Tom. 5.





pace patientes recidimus, & defluximus, & innumeris impleuimus malis Ecclesiam: cum verò pellebatur, & modestiores, & humaniores eramus, & studiosi magis, & ad has conciones promptiores, & feruentiores ad audiendum. Quod enim ignis est auro, hoc & animis tribulatio, sordem abstergens, faciens mundos, claros reddens, & splendidos. Hæc ille.]

Has itaque tribulationum utilitates ante oculos suos humiles habeant, vt se ad fortiter tolerandum inducant, sed præcipua causa sustinentiæ eorum, est ipsa humilitas, qua ob defectus suos, se dignos tribulatione & percussione cogitant. Non sunt illi cæci palpatores sui ipsorum, qui proprias culpas distimulant, & ab oculis aliorum abscondant; sed sapientes examinatores interiorum motuum suorum, qui suas imperfectiones perfectas habeant, & earum causa pati ac flagellari non refugiant: Et quia sciunt, Deum iustum esse iudicem, qui peccata puniat, tribulationem aduenientem in peccatorum pœnam illatam ab eo putant, & idè eam patienter sustinent. Sic Dauid à Semei maledictione pulsatus patienter verba contumeliæ tulit, & à Deo eam venire cognouit. Quid mihi, & vobis est filij Saria? Dimitte eum, vt maledicat. Dominus enim præcepit ei, vt malediceret Dauid; & quis est, qui audeat dicere, quare sic fecerit? Erat ille humilis, & ex humilitate, corde tranquillus, & ex tranquillitate, sapiens, qui nouit non tam lapidem aspiciere, quam eum, qui lapidem iecerat, contemplari. Quare in proximum quasi in lapidem percutientem non irascitur, sed Deo lapidem iuste mittenti, animo libenti submittitur. Nos verò idè aduersus proximum affligentem irascimur, quia ex superbia nos immeritò pati dicimus, & ex cecitate, quæ à superbia provenit, illum ledentem, & non Deum castigantem spectamus. Et cum verbum aliquod in nos dictum audimus, inquit Dorotheus, canes imitamur. Hi enim si quis in eos lapidem iecerit, iacientem dimisso, lapidem mordent. Ita nos, Deo relicto, qui nobis tribulationes huiusmodi ad peccatorum nostrorum purgationem procurat, ad lapidem, hoc est, ad proximum currimus, dicentes, Quare hoc mihi locutus est? Quare hoc fecit? Cumque ex his proficere admodum possumus, & mereri, negligentia nostra demeremur. Simus igitur humiles, quia humilitas nos ad patientiam roborabit, & pro ineffabili præmio ictus culcum, & muscarum, id est, tribulationes huius vite, pati docebit.

Ineffabile profus est præmium, quod speramus, & satis leue pondus tribulationis, quod sustinemus. Atque de viroque pulchre Bernardus ait: Hoc nempe erit illud æternum gloriæ pondus, de quo identidem ait Apostolus: Momentaneum, inquit, hoc, & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternæ gloriæ pondus operatur in nobis. Perge ergo murmurare, & dicere: longum est, graue est, non possum tam immania & tam diuturna portare. Apostolus momentaneum, & leue perhibet esse quod tolerat: & certè necdum à Iudæis quinquies quadragenas vna minùs accepisti; nec dum nocte ac die in profundo maris fuisisti, necdum plus omnibus laborasti: postremò, necdum vsque ad sanguinem restitisti. Vide ergo quam non sunt condignæ ad gloriam passionis. Quod tribulationis est, momentaneum est, & leue: quod gloriæ, æternum est, & pondus etiam supra modum in sublimitate. Quid in incertum tibi dies & annos numeras? Transiit hora, transiit & pœna:

nec accedunt sibi, sed cedunt potius & succedunt. Non sic gloria, non sic remuneratio, non sic merces ipsa laboris. Nescit vicissitudinem, nescit finem, manet tota simul, & manet in æternum. [Cum dederit (inquit) dilectis suis somnum, ecce hæreditas Domini. Sufficit enim nunc cuique diei malitia sua,] nec laborem suum poterit referuare sequenti: sed omnium merces laborum in vna illa die reddetur, cui altera non succedit. [Reposita est mihi corona iustitiæ (ait Apostolus) quam reddet mihi] non in illis, sed [in illa die iustus iudex.] Melior est enim dies vna in atriis tuis super millia. Gutratim pœna bibit, liquando sumitur, per minutias transit: nam in remuneracione torrens est voluptatis, & fluminis impetus, torrens inundans lætitiæ, flumen gloriæ, & flumen pacis. Flumen planè est, sed quod affluat, non quod fluat, vel effluat. Flumen vocatur, non quod transeat, vel pertranseat, sed, quod abundet. Æternum (inquit) gloriæ pondus. Non enim nobis gloriosa vestis, non gloriosa domus; sed ipsa gloria promittitur. Si quid verò illorum, aut similitum aliquando dicitur, figura est. Nam in veritate, iustorum expectatio, non aliquid lætium, sed ipsa lætitiæ est. Hactenus sanctus hic Pater. Pro isto præmio, atque pro ista lætitiâ, humiles non timent sustinere iniurias, pati opprobria, contumelias ferre; quin & cum aliquid patiuntur, se felices putant, quia pœnâ, quam (vt ipsi putant) pro suis peccatis merentur, semper mansuram gloriam mercantur. Et sicut auri cupidis lætium esset, si quilibet nummus valore geminaretur: ita & humilibus lætium est, quia quilibet eorum labor, quilibet afflictio, valore quasi gemina est. Annon esset vnus atque idem nummus quasi duplus, si eodem & debitum solueretur, & margaritum pretiosum emeretur? Sed eadem iniuriâ humilis debitum suorum defectuum soluit, pro quo soluendo eam perfert, & margaritum gloriæ coëmit, quod patientiâ in tribulationibus exigit. O igitur magna virtus humilitas, quæ ad patientiam mentem parat, ad mansuetudinem lenitatemque disponit: cui promissum est, vt nunc per tranquillitatem terram cordis nostri possideamus, & post huius vite curriculum terram illam viuientium comparemus.

### De Aperta humilium sua conscientia manifestatione.

#### CAPVT V.



**H**UMILIS, qui didicit iniurias æquanimitè pati, didicit quoque pudorem ac confusionem sustinere. Quare alius effectus humilitatis ordine quintus est, omnia peccata siue cogitationis, siue loquutionis, siue operis, quamuis omnino occulta & absconsa sint, prælato manifestare, & pro ea, quæ inde sequitur, confusione non tegete. Manifestat autem hæc pia aperta que confessio ex humilitate procedit. Nam qui se in firmum ceteret, facile adducitur, vt agrotationes suas medico pro remedio aperiat: & qui seipsum despicit, non grauatè ad hoc mouetur, vt quæ despicientiam sui generant, apud suum prælatum pandat. Hinc verò elicitur humilitatis tum necessitas tum nobilitas, à qua tam vilis pie confessionis affectus originem trahat. Cuius nunc aliquos fructus, qui hunc humilitatis effectum

faciliorem

2. Reg. 16  
10.

Dorothei  
doct. 7. in  
fine.

Per. ser. 1.  
diuersis.

2. Cor. 4.  
17.

P/a. 116.  
2. 3.  
Matth. 6.  
34.  
2. Tim. 4.  
8.

Es. 33. 11.



faciliorem reddant, breuiter exponamus. Ac primo scire oportet (quod supra tractatum est) culparum nostrarum alias graues, alias leues esse posse. Graues quidem (quæ solent vocari crimina, aut peccata lethalia) ita necessario confitendæ sunt, vt salus æterna illis præclusa sit, qui potentes confiteri, eas celare præsumperint. Tanta verò esse potest alicuius superbia, vt has culpas, ne opinionem suam apud sacerdotem eleuet, manifestare non audeat, & animam suam æternis poenis sustinendis exponat. Sed ablit à nobis vt tantum malum de humilitatis amatoribus cogitemus, qui communiter in similes culpas non cadunt; & si aliquando ceciderint, se ipsos humiliter aperiant, ac diuinum præceptum confitendi custodiunt. Culpa verò leues, licet ex præcepti necessitate sacerdoti aut prælato aperitendæ non sint, tamen verus humilis, non minus verè ac simpliciter eas detegit, licet occultissimas, licet tuborem aliquem præferentes, quàm si id Dominus præcepto sanxisset. Immo & tentationes & primos sui cordis motus aperit, quia impense cupit intus & in cute à prælato cognosci. Id autem cupit, quia & ad vitam spirituale sine errore transigendam esse necessarium aduertit: & quia ex hoc nullam confusionem (quam tamen paratus est sustinere) exoriri, sed gloriam apud prælatum, sed bonam opinionem, sed amorem agnoscit.

Fructus ergo huius manifestationis vnde edicere ordiemur? Capiamus initium ab hoc, quòd multò facilius & suauis est, defectus nostros & casus prælato detegere, quàm eos ab oculis eius celare. Nam rogo quid sit facilius, vulnus sanum, aut plagam pestilentem medico opem allaturo ostendere, aut eam dissimulare, & occultam tenere? Certè illud facile est, & suauis; hoc verò durum atque difficile. Quoniam medicum accersere & illius oculis corpus exelsum exponere, non modicam consolationem affert, morbum pellit, ad commiserationem aspicientem mouet, & integram sanitatem efficit. At medicum fugere, & eius iuuamem detrectare, vulnus auget, dolores & cruciatus inuehit, & nonnumquam mortem etiam importare solet. At defectus & casus, & ad malum propensio, & cætera huiusmodi, agrotationes sunt mentis. Ergo qui ea detegit, consolationis, & miserationis, & salutis est participes: qui verò abscondit, omnium istorum bonorum est expers. Hanc culparum absconsonem causam esse dolorum Oseas Propheta dixisse videtur. Colligata est, inquit, iniquitas Ephraim, absconditum peccatum eius. Dolores parturientis venient ei: ipse filius non sapiens, nunc enim non stabit in contritione filiorum. Quia, inquam, iniquitatem, ne videretur, in corde clausit, & quasi colligauit, & in recessibus suis peccatum abscondit, ideo doloribus angoribusque cruciabitur. Verè filius insipiens, qui purat, remedium mali à medico & medicamento recedere. Cum impiis cadet, & fortè de paruo malo in maius malum progressus, in virtute, quam cœperat, stare non poterit. Vulnere clausa plus cruciant, inquit Gregorius. Nam cum putredo, quæ interius feruet, eicitur, ad salutem dolor aperitur. Malus igitur humor absconditi peccati, ab stomacho conscientia eliciendus est, vt quieta & tranquilla remaneat. Quia quamdiu ille intra nos durat, mirum erit, si non doloribus obruta, tristis & à consolatione vacua persistat. Ideoque vera sunt verba illa Nili Abbatis: Lenatur anima agitudine, cum narratione eorum, quæ sunt molesta, veluti exinanitur animi agitudine; non secus ac nubes aliqua, à qua distillant gutta pluuiæ, ut pote quòd caligo paulatim expurga-

**A** tur: sicut rursum feritur silentio, perinde ac si pus ali- quod humidum inflammaret, & in vulnere saliret, & palpitaret, & nesciret quonam modo posset egredi, & exinaniri. ] At si quælibet vulneris manifestatio hoc habet, vt dolorem extenuet; quanto magis illa, quæ medico spirituali fit, cuius est malagma appone- re, & verbis & medicaminibus, & orationibus immi- nens malum propulsare?

Erit tamen aliquis, qui internam consolationem contemnat, sed nullus erit (vt opinor) qui animæ suæ salutem pro nihilo ducat. Hanc autem ab oc- cultorum defectuum manifestatione pendere apud spirituales viros certissimum est. Neque enim homo est peritior ad curandos animæ suæ morbos, quàm ad fugandas carnis infirmitates, atque passiones. Si verò pro his & medico & medicamento eger, & v- triusque fructum sine detectione agrotationis abs- conditæ habere non potest: quomodo ani- mæ morbis sine spirituali medico, & sine conuenienti ab ipso signato remedio, opem afferre poterit? Et ille quo pacto remedium dabit, si ob tuam profundita- tem, frater, malum, quod pateris, nescit? Nec tu suffi- cis tibi ipsi, licet cognitione rerum sis satis instru- ctus, quoniam in his, quæ ad te pertinent, diabolus per inordinatum amorem tibi illudet. Vnde Doro- theus ait: Si autem fueris sub obedientia alterius, tu nunquam cordi tuo credas; excecatis enim à priti- nis affectibus. Neque aliquando secundum iudi- cium, vel scientiam tuam te ipsum in aliquo insti- tuas, aut constituas quippiam apud te absque maio- rum consultatione, & sententia: neve existimes, aut putes rationabiliora & iustiora esse, quæ cogitas, quàm quæ tuus gubernator & rector. Neque censor & iudex fias operum & actionum eius; decipieris enim plerumque tua probatione, & dolus diaboli est, vt insidias his ponat, qui sese in omnibus, cum omni fide, maioribus supposterint. Subditus autem esto in omnibus, & sic cum pace, & sine periculo, & errore viam Patrum nostrorum ibis. Hæc ille. ] Tu verò doctrinam tanti Patris suscipe gratus, & non solum languoribus tuis remedia apta conquire, & diaboli tentationes eludes, verum & mirabilem tranquillitatem consequeris. Audi dictum Salomoni- nis. Sapiens corde præcepta suscipit: stultus cæ- ditur labiis. ] Et quandoquidem tibi aliquis radius diuinæ lucis affulsit, expertorum vitorum monita corde suscipito, vt ea, cum opus est, possis actione complere. Alioquin labiis tuis non alter quàm fla- gello percutieris: dum enim te docenti contradicis, & eius præcepta aspernaris, dignus es, qui acerba castigatione plectaris. Vel, si aliter vis intelligere: Stul- tus cæditur labiis suis: ] quia dum ea ad manifestan- das suas culpas monet, sunt instrumenta remedij cul- parum; dum verò labia comprimit, & quæ aperien- da fuerant, tacet, flagella sunt, quibus cor cæditur, & aspera instrumenta dolorum. Nihil enim ita affli- git & cruciat, ac culpæ venenum absconditum, quod dum non per confessionem eicitur, saltem per tor- sionem conscientia dilatatur.

Merito ergo vitæ spiritualis præceptores, quos su- petius ex parte citauimus, hoc documentum magni faciunt, ad conuersationem nostram sine errore mo- derandam. Qui enim se ipsum abscondit, & defe- ctus ac prauas inclinationes tegit, ostium diabolo deceptoris aperit. Is enim, qui tenebrarum est ama- tor, miseram animam, latebras & cuniculos diligen- tem, & lucem præceptoris auersantem, facile in mil- le errores conicit, & multa noxia persuadet. Quia verò de hoc argumento multa superius dicta sunt, illud mirabilis sententia Laurentij Iustiniani con-

Dorothei doctrina 17.

Proverb. 10. 8.

Tom. 1. lib. 5. p. 2. c. 12. by Tomo 1. lib. 3. p. 5. sect. 5. c. 2.

Olea 13. 12. 13.

Gregor. in Pastor. 3. p. admo. nr. 15.

Nilus in orat. de miseris. Patrum sine. S. r. in Januar.

cludat,



*Iustitia. de disciplina monast. c. 7.*

cludat, qui sapienter ad subiectionem praelato habendam mouet, & necessitatem huius manifestationis exponit. Eius verba sunt: Propterea quicumque collegialiter viuere decreuit, in suo principio propriam abdicet voluntatem, seque alicui prudenti, & probato de eadem, quam elegerit, congregatione committat realiter, & absque eius consilio & voluntate nil agat. Omne suum iudicium & deliberationem in ipsius, cui se tradiderit, relinquat arbitrio; vt quod hic approbauerit, & ipse laudet; & quod condemnauerit, ipse similiter condemnet. Deum vero in illo loquentem non dubitet, illique tanquam Christo subesse non abhorreat, quia de se confidentem, & propter se submittentem, nunquam deserit Dominus. Qui enim olim per subiugale animal, & irrationale, Prophetam docuit, ipse per rationalem creaturam, & sibi famulantem instruere non dedignabitur pusillum credentem in se, dummodo simplici se prosternat corde. Vbi namque dubia, aut simulata agitur obedientia, abest profectus subiectionis, & diuinæ prouidentiae gustus. Quare sub alterius imperio realiter abneget se, qui virtutis gustu, & celestis patriæ deliciis frui concupiscit. Non differat subesse, cum pro se idoneum apud altissimum reperit fidelissimum. Imprudentiae etenim notissimum est testimonium, velle quem de se Deo reddere rationem, cum quempiam inueniat pro se posse satisfacere. Et quis mente sanus, & rationis compos, incedere audebit auro & gemmis onustus, per deuia & syluestria loca, atque latronibus repleta, cum valeat alicui prae potenti, & fideli viro tutum hunc etiam tutò commendare thesaurum? Nemo sine gubernatore pelagus nauigare praesumit; & hoc spirituale mare, magnis scopulis plenum, procellis & tempestatibus agitatum, in quo draco ingens & saeuus ad illudendum positus est, confidet Dei seruus transuadere securus? Naufragio & morti propinquus est, qui hoc agere cogitat. Qui militant terrenam militiam, non sunt sine duce; & solus Christi miles erit sine direttore: Incongruum est hoc. Vbi namque validior & sagacior est hostis, ibi diligentior custodia adhibenda est: & vbi pretiosiores thesauri reconditi sunt, ibi sollicitiori vigilantia incumbendum est, vt feruentur. Hæc omnia sanctus hic Pater: qui & alio loco breuius ait: Non sibi credat, nec se proprio committat arbitrio; sed sub praeceptoris se coërceat disciplina, ne inimicorum insidiis capiatur. Innumeri quippe fuere, qui ab aduersariis prostrati, gratiam Domini perdiderunt, praesumpserunt proprio iudicio, & non seniorum consilio consensum praebere. Ardua namque cum sit via Dei, & insidiatorum plena: necesse est vt in illa deficiat quicumque inexpertus, & absque duce ipsam peragere voluerit.

*Ibid. c. 6. in fine.*

*August.*

*Proverb. 16. 3.*

*Genes. 3. 12.*

His rationibus veri humiles permouentur, vt omnia sua delicta etiam leuissima, ad remedium eorum, ad directionem vitae, praelato diligenter apertiant. Aperiunt nudè, cum ea, quæ commiserunt, nulla obscuritate verborum obscurant. Augustinus enim dixit: Hoc est confiteri, dicere quod habes in corde: si aliud habes in corde, & aliud loqueris, non confiteris. Et Salomon ait: Reuela Domino opera tua: & quidem Domino reuelas, cum ei, qui praest, & eius locum gerit, ea aperis, vt dirigantur cogitationes tuae. Aperiunt delicta sua rectè, scilicet ex recta intentione, vt dent gloriam Deo, & in futurum, malum praecauant, & praeteritorum malorum remedium acquirant. Aperiunt ea humiliter, non in alium causam sui casus retorquentes, sicut fecit Adam, qui vt se excusaret, ita effatus est: Mulier, quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno, &

comedi; ] sed sibi met ipsis malum, quod fecerunt, attribuentes. Aperiunt ea fiducialiter, nam cuique eorum dictum est: Reuela Domino viam tuam, & spera in eo; ] vt scilicet & veniam delictorum, & viam iterum non committendi ea, de diuina misericordia se obtenturos esse confidant. Aperiunt integrè, quoniam non solum ex grauib; peccatis, quod necessarium est, sed etiam ex leuibus, & ex malis propensionibus suis nihil (quantum possunt) occultare praesumunt. Aperiunt prudenter, non de se ipsis temerariè loquendo, sed quæ diligenti discussione in se ipsis repererunt, praelato manifestando. Aperiunt tandem sua delicta verè, dum nullum mendacium admittent: verècundè, dum se ipsos accusant: modestè, dum ea quæ excusant, ad necessitatem patefaciunt: & iustè, dum pro admittis satisfacere, & se ipsos castigare disponunt. Hæc omnia in confessione suorum delictorum, siue grauium, siue leuium, humiles intentè custodiunt, qua confessione ingressum ad Christum Saluatorem inueniunt. Sicut enim postquam Ioseph Patriarcha indignationem aduersus fratres suos indicauit; Iudas, qui interpretatur confessio, primus ingressus est ad eum, vt eius iram leniret, & ad misericordiam prouocaret: ita & vera humilique confessione se apud Dominum statuunt, vt veniam erratorum impetrare valeant. Quærentibus filiis Israël quis post mortem Iosue esset eos gubernaturus, audierunt: Iudas ascender: ecce tradidi terram in manus eius. ] Post mortem quoque Mathathia Iudas Machabæus factus est princeps ad bellandum pro fratribus suis. Et multò antea (vt quidam dicunt) Iudas primus ingressus est mare rubrum, propter quod principatum obtinuit. Quia videlicet vera confessio quasi prima alios actus virtutis ducit, diabolum debellat, & regnum caelorum promeretur.

Parati quidem sunt humiles, propter hanc utilitatem multiplicem, se ipsos purè ac nudè manifestare, etiam si ex eo magna confusionem essent subituri, & nihil praelato eorum, quæ intra se sentiunt, aut quæ admiserunt, abscondere. At inde non confusionem, non ignominiam, sed commiserationem, sed amorem, sed gloriam reportant. Excitat in praelato misericordiam & pietatem humilis ac luctuosa confessio. Inde Ambrosius ait, In iudiciis secularibus, impositi equuleo torquentur negantes, & quædam tangit iudicem miseratio consentientis. Est quædam in peccatis verecundia, & penitentiae portio, crimen fateri, nec deriuare culpam, sed recognoscere. Mitigat iudicem pudor reorum, excitat autem pertinacia denegantium. ] Si confessio delinquentium vi tormentorum extorta, iudicem ad hominum vix sibi cognitorum misericordiam inflectit, quanto magis humilis erratorum manifestatio à religioso facta patrem spirituales ad commiserationem excitabit? Pater non esset, qui in simili occasione, misericordiae ac benignitatis viscera erga filium humilem non indueret. Absit autem à virorum spiritualium praefecto, quòd pater non sit, vnde longè ab eo erit, vt erga sua errata contentes, eaque lugentes, blandus & benignus non sit. Hæc quoque confessio magni amoris causa esse solet. Ignem enim amoris suscitatur amor, & à subdito amanti praelatum, causa est vt ipse subditus à praelato redametur. Indicium autem magni amoris est, si quis alteri sua secreta confidat. Indèque Dominus suum erga Discipulos amorem testatum fecit. Vos autem, inquit, dixi amorem, quia omnia quæcunque auidi à Patre meo, nota feci vobis. ] Et [vobis] tanquam amicis & familiaribus [ datum est nosse my-

*Psal. 35. 5.*

*Genes. 44. 14.*

*Iudicum 1. 2.*

*1. Mach. 2. 66.*

*Ambros. lib. 2. de Cain. c. 9.*

*Ioan. 15. 15.*

*Luce. 8. 10.*

stria



steria regni Dei: ceteris autem, in parabolis.] Ergo dum tu ad prælatum accurris, eique tua secreta fides, tua vulnera detegis, tuas miseras & infirmitates aperis, manifestissimo signo te illius amatorem & suæ peritiæ in curandis animabus veneratorem ostendis. Excitas ergo illum, vt te amet, vt tuæ salutis maximam curam capiat, & vt impensè in tuum profectum incumbat. E contra verò, si tanquam filius Adæ, ab eo qui locum Dei gerit, te ipsum abscondis, præsertim si alia via ille tuos defectus suboleat, non ad amorem prouocas, sed ad tristitiam & mœrorem inclinas. Si verò confessio errorum, amoris est causa, erit quoque bonæ existimationis origo; naturale enim est quæ amamus, magni facere, eiusque non vulgarem æstimationem habere.

Non est, ô frater, cur erubescas tentationes tuas prælato detegere; tentati namque, non iniquorum tantum, sed & sanctorum est, quos dæmon aggreditur, vt eorum opes spirituales diripiat. Bene ad hoc confirmandum Gregorius ait: Hostis noster adhuc in hac vita politos nos, quanto magis sibi rebellare conspicit, tanto amplius expugnare contendit. Eos enim pulsare negligit, quos quieto iure possidere se sentit. Contra nos verò vehementius incitatur, quo ex corde nostro quasi ex iure propriæ habitationis expellitur. Hoc enim in seipso Dominus sub quadam dispensatione figurauit, qui diabolus non nisi post baptismum se tentare permisit: vt signum nobis quoddam futuræ conuersionis innueret, quod membra eius postquam ad Deum proficerent, tunc actiores tentationum insidias tolerarent. ] Pharaon etiam non Israëlitas in suo regno manentes, & turpiter seruiantes, sed fugientes, & iugum excutientes insequitur. Et venator non vilia iumenta, sed ceruos venari contendit. Tu verò si iam diaboli dominationem excussisti, & es ex illis, quorum [posuit Deus pedes quasi ceruorum, & super excella statuit te;] quid mirum si tentationibus impellaris? Et ais: Patior tentationes foedissimas, & enormissimas, quas nullus fortè hominum passus est. Hæc cogitatio hominis est ignorantis, qui non audiuit illud Salomonis: Nihil sub sole nouum. Nec valet quicquam dicere: Ecce hoc recens est. ] Nihil pateris, quod alij passi non sint; nisi fortè existimes te solum à dæmone fuisse cognitum, & ceteros ignoratos. Sed esto quod tentatio noua sit, & hæcenus nunquam audita, quidnam tu perdis, si ad uersarius tuus nouas insidias ad te prosternendum excogitet, dummodo eius suggestionibus assensum non præbeas, & fortiter constantèque resistas: Sed nondum acquiescis, quia non solum tentatus es, sed manifestè in tentationem lapsus, & peccati consensu, aut etiam externa actione percussus. Quid dicam tibi, ô frater, nisi quia omnes peccatores sumus, & [si dixerimus quod peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est.] Prælati, cui te ipsum detegis, forsitan turpius aliquando cecidit; & si non cecidit, femina peccatorum similium in seipso deprehendit, & fidelitatem suam, quam non cadens custodiuit, non sibi, sed gratiæ Dei tenentis, attribuit. Petrus cecidit, & à Christo innocentissimo benignè susceptus est, & uenia donatus; cur non infirmus peccator peccatorem benignè suscipiat? Cur non auctoritate Domini, illi in animi dulcedine peccata dimitrat? Humilitatem sectemur, & hæc facillimè miseras nostras manifestabit, & has angustias euincet, quas elatio, & immoderatus nostri

Greg. 24. mor. 6. 7.

Habac. 3. 19.

Eccl. 1. 10.

1. lib. 1. 8.

A amor, generat, ne errores nostros deseramus, & ab animi plagis sanemur.

De Verissima Humilium propriæ vilitatis electione.

CAPVT VI.



V PLEX est in humilibus suæ vilitatis notitia: altera interiori corde habitata; altera exteriori actione præstita. Illa pertinet ad humilitatè cognitionis, de qua multa superius diximus; hæc effectus est humilitatis affectionis, ac despicientiæ sui, quam nunc enucleabimus. Hunc itaque humilitatis effectum sic Beatus Benedictus expressit. Sextus gradus est, si omni vilitate, vel extremitate contentus sit monachus. Vilitas spectat ad cibum, potum, vestem, calceamentum, & lectum: extremitas verò ad locum, gradum, statum tenendum, & opus agendum. Humilis vilitate contentus est; quia cibum grossiorem, potum viliorem, vestem detritiorem, & lectum duriorum libenter suscipit: & pro amore humilitatis, deliciis & opibus præfert. Est etiã in extremitate quietus, quoniã locum infimum in congregatione, gradum minorem, & occupationem abiectionem, sæculi huius dignitati præponit. Et quidem hæc humilitatem nondum habitam generant, vt certum sit, quod ab ea iã habitata procedant. Ideoque Dorotheus ait: Aliter disposita est enim anima bene habentis, aliter agrotantis, aliter famelicis, aliter saturati: aliter item disponitur anima insidentis a sino, aliter sedentis in throno, aliter sedentis in terra, aliter optimis vestibus induti, aliter, cõtritis & marcidis. ] Generatur autè hæc in vilioribus animæ quies ex ipsa humilitatis substantia: nam facile & cum gaudio abiectione in omnibus acceptat, qui seipsum vilem ac despicabilem reprobatur. Planè humilis, omni vilitate & exitu emittat contentus est: non sicut aliqui, qui libenter sustinent vilitatem vestium, atque ciborum, fugiunt verò ab extremitate munerum, & abiectione graduum, sedium, atque locorum. Hi potius hypocritæ, quàm humiles dicendi sunt: nam vnum, scilicet nimium amorem propriæ excellentiæ, corde præferunt; & aliud, scilicet humilitatem, foris ostendunt. Hanc, in eo quod homines vident, amant, vt ab eis honorentur: intus verò, vbi oculi Dei intuentur, eam odio habent, & auerfantur. Non sic humilis, qui cum seipsum verè despiciat, omnia externa suæ vilipensionis signa libenter amplectitur. Sapienter autem Beatus Benedictus asseruit, humilem, omni vilitate atque extremitate debere esse contentum, quibus verbis affectum humilium signauit, non actum. Multi quippe humiles non possunt exterioribus vilius cibis vt, aut abiectionibus vestimentis indui, corporis infirmitate aliud poscente, aut statu, & dignitate, repugnante. Similiter non possunt extremum locum in confessibus tenere, si sint prælati, nec postremum gradum, si Deo disponente, fuerint aliis præpositi. At affectu suo, maiori altitudine aut commoditate se indignos existimant. Mallent, si sibi optio daretur, subesse, quàm præesse: mallent pauperum cibis & vestimentis vt, quàm corpori indulgere, aut commodioribus operimentis circumdari. Tamen quia Deus aliter disposuit, suam voluntatem abnegant, & prouidentia subiciunt. Et quidem in altitudine constituti, signis externis humilitatis non carent. Sed ea exteriora, quæ pro ratione

Dorotheus.



status suscipiunt, ita moderantur, ut facile videas, eos non superbos superflui cultus amatores, sed verissimos suae desipientiae sectatores existere. Nam cum in hoc dignitatum splendore, qui oculis omnium obicitur, duosint extrema, alterum, quod ad superbiam & fastum saecularem vergit; alterum, quod ad nimiam moderationem inclinatur; humiles, quasi in medio positi, potius volunt videri supra modum moderati, quam superbiae & elationis tabe turgidi. In quo nequaquam medium deserunt, in quo vera virtus dicitur sita, quia hoc medium sanctam pusillitatem olet, & penitus ab omni nota superbiae recedit.

Primo ergo, humiles, ciborum ac poculentorum vilitatem ac parcitatem amant. Pauperes enim, si prudentia ac modestia polleant, viles cibos ad corpus reficiendum emunt, & si quid auri aut argenti habent, in suas necessitates reservantes, non in superfluo apparatu ciborum infumunt. Humiles autem, se meritum pauperes reputant, & indignos communibus cibis iudicant: quare hos, cum sibi offeruntur, pro deliciis computant, ut meritum sumptibus patiant. Nam certum est, abstinentiam, & ieiunium, alimenterumque parcitatem, merita augere: crapulam vero, & exquisitas ventris delicias, spirituales delicias, divitiarumque caelestes exhaurire. Nescio verum an in hunc humilitatis effectum oculos intenderit Ecclesiasticus, cum dixit: Injium vita hominis, aqua & panis. Cum enim voluerit fastum & arrogantiam in conuiuio & potationibus taxare, vitam humanam ad sustentationem paucis contentam esse definitur. Vita, inquit, hominis pane & aqua, id est, cibo frugali, & parabili conservari potest. Unde humilis, qui in mensa non arrogantiam, sed corporis refectioem spectat, moderatis cibis utitur, & deliciis magnatum superbiorum aspernabitur. Superbos, ex laetitia & pretio exquisito ciborum inanem laudem velle consequi, satis aperte libri Esther declarat historia. Fecit quippe Assuerus grande conuiuium cunctis principibus, & pueris suis. Et quis finis magni conuiuii? Subiungit scriptura: [Ut ostenderet divitias gloriae regni sui, ac magnitudinem, atque inchantiam potentiae suae.] Hancque fuisse conuiuii causam, manifeste Iosephus sentit, dicens, regem istum epulum instruxisse, quemadmodum scilicet erat regi consentaneum apparanti divitiarum suarum magnam ostentationem. Ergo qui omnem ostentationem irrident, non erunt lauciarum amici, sed ea ad corporis sustentationem assument, quae huic fini sint satis. Haec erunt humilium alimenta, quae corpori necessarias vires addant, non quae a mente compunctionem inseparabilem humilitatis comitem subtrahant. Certum est autem, suaues ac delicatos cibos, & pretiosa vina, compunctioni mentis officere. In quam sententiam Chrysostomus ait: Sicut impossibile est ut ignis inflammetur in aqua: ita impossibile est compunctionem cordis vigere in deliciis. Contraria enim haec sibi sunt iniuicem, & peremptoria. Illa enim mater fletus, haec mater est risus: illa cor constringit, ista dissolvit. Diligant itaque humiles ciborum vilitatem; quarent non alimenterum abundantiam, sed parcitatem, ut pusilli & pauperes corde, pusilli sint opere, & nihil extra sine necessitate praesumant, quod humilitati contradicat. Nam si necessitas aliud postulat, utantur remediis necessitatis suae, ita tamen delicatiora accipiant, ut de admilla indulgentia doleant.

Amant etiam humiles vilitatem indumentorum, quae ad regendam corporis nuditatem, non ad ia-

stantiam sibi circumdant. Unde Cassianus, vestem monachi, qui sane humilis esse debet, describens, sic ait: Vestis quoque sit monachi, quae corpus contegat tantum, ac repellat nuditatis verecundiam, & frigoris retundat iniuriam, non quae feminaria vanitatis aut elationis enutriat. Ita eodem Apostolo praedicante: Habentes autem alimenta, & operimenta, his contenti sumus. Operimenta, inquit, non vestimenta, ut in quibusdam Latinis exemplaribus non proprie continetur, id est, quae corpus operiant tantum, non quae amictus gratia blandiantur ita vilia, ut nulla coloris vel habitus novitate inter ceteros huius propositi viros habeantur insignia: ita a studiosis accurationibus aliena, ut nullis rursus sint affectatis per incuriam sordibus decolora. Postremo sic ab huius mundi separentur ornatu, ut cultui seruatorum Dei in omnibus communia perseverent. Quicquid enim inter famulos Dei praesumitur ab uno, vel paucis, nec Catholicè per omne corpus fraternitatis tenetur, aut superfluum, aut elatum est, & propter hoc, noxium iudicandum est, magisque speciem vanitatis quam virtutis ostentans. Expende seridè qualia hic doctor religiosorum humilium indumenta describat, quae scilicet sufficiant nuditatem corporis operire, & temporis iniurias propulsare. Ad hoc autem non sunt necessaria indumenta pretiosa, quae nobis honorem vulgi reverentiamque concilient, sed sufficit, amictus humilitatis ac modestiae, vilis amictus. Hunc enim humilibus ac saeculi contemptoribus convenire docuit Hieronymus, Rusticum monachum sic eradiens. Sordes vestium candidae mentis indicia sunt: vilis autem tunica, contemptum saeculi probat, dumtaxat ne animus tumeat, ne habitus sermoque dissident. Ita quidem est: unde Ecclesiasticus ait: Amictus corporis, & risus dentium, & ingressus hominis enuntiant de illo. Et sicut immoderatus risus leuitate animi, & incessus pompaticus, arrogantiam mentis designant: ita amictus corporis splendidior & accuratior, est superbiae & elatae mentis insigne. Humilitas autem, sicut & virtutes reliquae, hoc habet, quod sibi relicta statim signis externis se prodit. Ipsa itaque ad vestium non solum moderationem, sed etiam vilitatem inclinatur, ut quae facit nos humiliter & abiectione de nobismetipsis sentire, faciat quoque externam moderationem omni elationi repugnantem servare. Merito quoque Basilus ait: Ut enim qui studiosi gloriae sunt, ex amictu etiam vestimentorum, gloriam sibi soliti sunt aucupari, nempe qui ex illorum magnificentia splendorque spectabiles se, & in admiratione esse cupiant: sic videlicet, qui ob vitae humilitatem, in infimum seipsum abiecerit, in his quoque, quod omnium infimum est, consecrari debet. Sic ille.]

Et quae alia praeserunt humiles suae modestiae ac humilitatis indicia? Contenti sunt omni extremitate locorum, & libentius in infimo loco, & post omnes fratres, quam in superiore confident. In omni congregatione bene fundata (si praecipue homines ad res magni momenti conveniant) ordo sedium servatur, atque locorum, ita ut minores recentiores sequantur, & antiquiores maioresque praecedant. Nam & in schola Christi, ordo dignitatis inter Apostolos servatus est, ut Gregorius Nazianenus, & Hieronymus annotarunt, & Simo Petrus Andreae maiori, a te & vocatione praefertur, quia in caput aliorum electus. Elegit, inquit Lucas, Simonem, quem cognominavit Petrum, & Andreae fratrem eius; & sic non sine ordine fuerunt alij numerati. Qui ergo aliis dignitate eminent,

Et quae alia praeserunt humiles suae modestiae ac humilitatis indicia? Contenti sunt omni extremitate locorum, & libentius in infimo loco, & post omnes fratres, quam in superiore confident. In omni congregatione bene fundata (si praecipue homines ad res magni momenti conveniant) ordo sedium servatur, atque locorum, ita ut minores recentiores sequantur, & antiquiores maioresque praecedant. Nam & in schola Christi, ordo dignitatis inter Apostolos servatus est, ut Gregorius Nazianenus, & Hieronymus annotarunt, & Simo Petrus Andreae maiori, a te & vocatione praefertur, quia in caput aliorum electus. Elegit, inquit Lucas, Simonem, quem cognominavit Petrum, & Andreae fratrem eius; & sic non sine ordine fuerunt alij numerati. Qui ergo aliis dignitate eminent,

Et quae alia praeserunt humiles suae modestiae ac humilitatis indicia? Contenti sunt omni extremitate locorum, & libentius in infimo loco, & post omnes fratres, quam in superiore confident. In omni congregatione bene fundata (si praecipue homines ad res magni momenti conveniant) ordo sedium servatur, atque locorum, ita ut minores recentiores sequantur, & antiquiores maioresque praecedant. Nam & in schola Christi, ordo dignitatis inter Apostolos servatus est, ut Gregorius Nazianenus, & Hieronymus annotarunt, & Simo Petrus Andreae maiori, a te & vocatione praefertur, quia in caput aliorum electus. Elegit, inquit Lucas, Simonem, quem cognominavit Petrum, & Andreae fratrem eius; & sic non sine ordine fuerunt alij numerati. Qui ergo aliis dignitate eminent,

Et quae alia praeserunt humiles suae modestiae ac humilitatis indicia? Contenti sunt omni extremitate locorum, & libentius in infimo loco, & post omnes fratres, quam in superiore confident. In omni congregatione bene fundata (si praecipue homines ad res magni momenti conveniant) ordo sedium servatur, atque locorum, ita ut minores recentiores sequantur, & antiquiores maioresque praecedant. Nam & in schola Christi, ordo dignitatis inter Apostolos servatus est, ut Gregorius Nazianenus, & Hieronymus annotarunt, & Simo Petrus Andreae maiori, a te & vocatione praefertur, quia in caput aliorum electus. Elegit, inquit Lucas, Simonem, quem cognominavit Petrum, & Andreae fratrem eius; & sic non sine ordine fuerunt alij numerati. Qui ergo aliis dignitate eminent,

Eccli. 29. 28.

Esther 1. 3. n. 4.

Iosephus.

Chryl. lib. de compunctione cordis.

Cassian. li. 1. c. 3.

1. Tim. 6. 8.

Hierony. epist. 111.

Eccli. 19. 27.

Basil.

Gregor. Nazian. or. 1. de moder. ser. Hieron. lib. 1. contra Iovinianum. Luc. 6. 14.

aut

16142  
Tom. II



dream fratrem eius;] & sic non sine ordine fuerunt alij numerati. Qui ergo alijs dignitate eminent, aut temporis antiquitate excellant, nullam faciunt humilitatis iacturam, si locum suum occupent, ne ordinem suae familiae pervertant, dummodo ob instantiam, aut elationem primas sedes non quarant. De qua re haec Augustinus ait: Oportet ergo ut in congregatione Christianorum praepositi plebis eminentius sedeant, ut in ipsa sede distinguantur, & eorum officium satis appareat, non tamen ut inflentur de sede, sed ut cogitent facinram, unde redduntur rationem. Quis autem novit, utrum hoc amant, aut non amant? Res ista cordis est, iudicem habere non potest nisi Deus. Ipse autem Dominus admonerat suos, ne incidere in tale fermentum, quod alio loco dicit: Cavete a fermento Pharisaeorum, & Sadduceorum. Et cum putaret illi propterea hoc cum dicere, quia panes non intulerant, respondit eis: Excidit vobis quot millia saturati sunt ex quinque panibus? Tunc intellexerunt, inquit, quia fermentum doctrinam eorum dicebat. Amabant enim illi ista temporalia: aeterna vero nec timebant mala, nec diligebant bona. Haec ille. Hoc ergo servandum est, cum secundum praescriptum ordinis confidemus: ridiculumque esset, humilitatis praetextu ordinem invertere, quod non humilitati sed singularitati & imprudentiae esset deputandum. At cum liberum est, locum ac sedem eligere, semper humiles in humiliori loco se collocant, ut alijs tanquam honoratioribus deferant. Memores videlicet verbi Domini: Cum invitatus fueris, recumbe in novissimo loco: ad infimum locum aspiciunt, & nunquam ad superiorem nisi iussi & compulsi ascendunt. Locus infimus tranquillissimus est, quia pro primis sedibus universi decertant, pro humili vero loco nemo contendit. Est etiam & secundissimus, quia sicut terra in imo fundi posita, fructuosum est ferax: ita & locus humilium inferior, virtutum omnium actiones fructificat. Est & praclarissimus, quoniam locus Christo regi propinquior, qui & in praesepe apparuit, & in cruce occubuit, & semper in terris locum humilem adamavit. O ergo vir humilis, iuxta praescriptum humilitatis, semper novissimus locus tibi sit cordi, ut a consortio principis superbiorum sis penitus alienus, qui in supremo loco, & super astra caeli sedere concupivit. Et sicut gemma pretiosa in diademate regis, vi affixa tenetur; si vero eam non affigas, statim in terra volutatur: ita & te sola obedientia, & Dei voluntas in loco sublimiori teneat, & haec dum cessaverit, mox humilitatis pondus te in terram deiciat.

Tandem humiles contenti sunt omni extremitate munerum ac ministeriorum. Cum enim ex se ipsis indignos & ineptos ad minima ministeria se iudicent, non mirum si maiora ac sublimiora detrectent. Humilitas, mundi altitudinem despicit, ut apud Deum amatoribus suis veram ac aeternam altitudinem impetret: & ideo iussa quidem & compulsa ascendit, sed suae voluntati relicta, in loco humili manere concupiscit. Tantoque iucundius in abiecto ministerio manet, quanto sapientius pericula sublimis dignitatis pertimescit. Huius quantae sint pericula, & quam magna stultitia eorum, qui illam appetunt, Laurentius Iustianus sic docet. Proinde onus graue, & valde formidabile esse comprobatur, animarum regimen. Sed heu hodie a multis desideratur, quaeritur, emitur, & absque timore obtinetur, quia quale sit, ignoratur. Attendunt huiusmodi, praesentia, nec futura prospiciunt.

Aug. ser. 234. de tempore. c. 5. v. 10.

Matth. 16. 6.

Luc. 14. 10.

Isa. 14. 13.

Iust. de discipuli. monast. c. 9.

**A** ciunt. Magni existant, si praepoantur ceteris, si alijs imperent, si honoribus extollantur. Gaudent, iuxta Domini sententiam, vocari ab hominibus Rabbi, & a subditis, ut patres, venerari. Attendunt quid aestimentur, non quid sint; nec considerant, ipsi elatione tumidi, mente caecati, intentione corrupti, & moribus perditis, quam sit brevis ipsorum gaudium, quam formidabilis status, quam fugitivi honores. Nam tanquam somnium surgetium de statu est vita haec, & omnis illius delectatio ad instar pancti. Labitur enim cum tenetur; amittitur cum possidetur. Nihil in ea stabile, nil mundum, nil securum, nihilque aestimatione dignum. Quo autem dulcius tenetur, eo durius ac laboriosius relinquitor; & quanto quis in ea sublimior fuerit, tanto maiora ab eodem exiguntur. Teste namque scriptura: Iudicium durissimum fiet illi, qui praesunt. Sic ille. Humilis ergo haec discrimina dignitatum animo voluens, & suam indignitatem hac vilitate expendens, quasi ex duplici capite ab appetitu status sublimis abigitur. Timet pericula, quia invenit scriptum: Qui amat periculum, in illo peribit, & bona animae non vult voluntate sua discrimini perditionis exponere. Conspiciens namque sapientum virorum sententia est, appetitum, & curam obtinendae dignitatis, viam saepe damnationi recludere: suam etiam indignitatem pertimescit, quam ut infirmam & imbecilem non audeat onere mundanae altitudinis pergrauare. Vox illius est, illa sancti Davidis, qua ad Dominum loquebatur: Ad nihilam redactus sum, & nescivi: ut iumentum factus sum apud te, & ego semper tecum. Humilis ad nihilum se redigit, quia ex se ipso se nihil esse sentit, & quicquid boni, siue in mente, siue in corpore, in se reperit, totum id muneri divinae bonitatis adscribit. Humilis nescit dona, scilicet magna, quibus praeditus est, quia ne occasionem superbiendi habeat, ea ab oculis suae considerationis abscondit. Humilis, [ut iumentum factus est apud Dominum,] quia sicut iumenta facta sunt, non ut imperent, sed ut seruiant; ita se ad seruiendum, & obediendum comparat, & a sublimitate imperij declinat. Id summam sollicitatem arctat: [Et ego semper tecum,] ut scilicet semper Deo cognitione, & amore cohaereat. Vult igitur in humili loco consistere, ne curis regiminis in varia distractus, ab assidua memoria eius, quem diligit, diuellatur.

Sap. 6. 6.

Ecl. 3. 27.

Psal. 72. 22. 23.

De Generali Humilium in conspectu aliorum sui ipsorum deiectione.

CAPVT VII.



**S**IMILITER & humiles duobus modis reliquos omnes sibi praeferrunt; aut cordis affectu, aut exteriorum suae affectionis signo. Illum interiorum affectum, superius humilitatis gradum asseruimus: ista vero exteriora deiectionis signa effectum humilitatis nunc dicimus. Nam humiles, qui verissima sui cognitione tacti, se omnibus viliores aestimant, id ipsum non simulant; sed vere lingua pronuntiant, & omnium pedibus conculcari appetunt. Humilitas quippe non solum intellectum afficit per propriae vilitatis notitiam, nec in solo affectu se continet, verum etiam ad opus actionum procedit. Quae cum virtus sit,



veritatis amica, & totum hominem veritati subiciat, & id ab homine obtinet, ut seipsum corde vilissimum reputet, & vt se opere coram aliis talem exhibeat. Est autem inter hanc duplicem cordis & operis deiectionem, magnum quoddam discrimen: nam deiectio interior ex parte facilius est, saltem comparatione multorum, quia ipsa experientia vilitatis nostræ ad eos suspiciendos impellimur: exterior verò difficilius inuenitur, quia sepe qui se minorem reputat, superbia incitante, vult maior & eminentior apparere. Illa licet in affectu absoluta sit, tamen in notitia aliquam interdum limitationem habet; nam aliquibus nos supponimus, non secundum dona, quæ à Deo accepimus, sed secundum quod ex nobis ipsis habere cognoscimus. At exterior, nisi dignitas prælationis, aut aliquid simile obstat, nullam conditionem admittit, sed ita nos ante alios prosternere debemus, ac si omnino etiam secundum dona Dei ipsis inferiores essemus. Hic ergo effectus humilitatis superiori aliquid addit. Potest enim quis vilitatem aliquam, & extremitatem amare, sed in ipsa extremitate se aliis fratribus antepone. Eligit, exempli gratia, quis, viles cibos, abiecta indumenta, inferiorem aliquem locum, aut abiectum ministerium, non tamen vsque ad extrema ac viliora se demittit; immo alios in viliori loco, & se in altiori, aut certe non in vilissimo, esse sustinet. At hic septimus effectus, siue gradus hominem in infimo loco constituit, & sibi fratres reliquos antepone. Franciscus vilitate in infimo loco constituit, & sibi fratres reliquos antepone. Franciscus vilitate in infimo loco constituit, & sibi fratres reliquos antepone.

Psal. 21. 7

Humilis se vermiculum paruulum, ac nullius valoris putat, ad hoc natum, vt ab omnibus conculcetur. Assumit enim sibi vocem capitis sui: Ego autem sum vermis, & non homo: opprobrium hominum, & abiectio plebis. Est quidem vermis, qui sine strepitu super terram graditur, & domi ac foris tanta moderatone vitatur, vt apud homines magni, aut diuitis, aut nobilis opinionem habere non querat. Est vermis, quem in imo iacentem non soli prælati, aut litterati, aut seniores calcant, sed (quod in ipso est) etiam pueri & iuniores sine vilo timore conculcant. Est non homo, pro quo Hebræa habent vocem, quæ significat virum egregium, atque præcipuum; quia non se cum magnis computat, sed magnum, & excelsum sibi putat, si se pauperculis & abiectis annumeret. Nec mirum quod tam humiliter de se sentiat, qui inter homines opprobrium eorum, & abiectissimum omnium se iudicat. Immo mirabile esset, si se aliquid reputaret, videns, caput suum, ac Dominum suum, propter salutem ac exemplum hominum, ad tantam abiectiorem redactum.

Psal. 30. 12. 13.

Super omnes inimicos meos, ait, factus sum opprobrium vicinis meis valde, & timor notis meis. Qui videbant me fortis, fugerunt à me: obliuioni datus sum tanquam mortuus à corde. Ille inimicis suis factus fuit probrosus, & execrabilis; notis verò, & amicis formidabilis: timebant enim, ne eius causam in aliquam calamitatem inciderent. Cum in publicum prodibat, omnes ab eo fugiebant; inimici, ne ab eo, quem deceptorem putabant, deciperentur: & amici, ne cum illo afflictionibus inuoluerentur. Omnium etiam corda illius obliuisci maluerunt: hostes, ne illius, quem auerfabantur, memoriam haberent: & noti, ne miseriam eius, quem liberare non poterant, se recordatione cruciarent. Si hæc passus

A est Christus propter nos, quid non patiar propter eum humilis Christianus? Cur non gaudeat, si etiam abiectis hominibus execrabilis habeatur; si ab omnibus rideatur, si oblitus & despectus, & indignus hominum memoria putetur? Per laborem venit ad requiem, per bellum ad palmam, & per contemptum venit ad regnum. Saluator prius descendit, ac se infra omnia demisit, vt sanctam humanitatem suam super omnes orbis cælestes efferret. [Quod autem ascendit, inquit Paulus, quid est, nisi quia & descendit primum in inferiores partes terræ?] Miles igitur huius Domini prius per humilitatem descendat, vt postmodum per gloriam ascendat. Descendat in infimo loco, neminem præcedere audeat, vt voluntate Domini in honorabili loco confidat.

Ephes. 4. 9.

B Oportet itaque, nos, qui de vita religiosa gloriamur, & humilitatis desideriis accendimur, omnibus nos supponere, & ad viliora ministeria paratos esse. Nihil sit quantumvis abiectum, cui exequendo voluntas nostra repugnet. Nam si aliquid exhorrescimus, & alij, tanquam minori, faciendum relinquimus, humiles ex omni parte non sumus. Illud, quicquid sit, turbare nos poterit, & accedente superioris decreto, vt illud faciamus, vel quia ita necessarium est ad gubernationem domus, vel quia ad probationem nostram iniungitur, nos non plenè humiles, sed minùs habentes reperiet. Experiemurque, veram pacem cordis in omnimoda humilitate consistere; atque illum in congregatione beatorum esse, qui omnibus se supponit, & à nulla se humiliatio subduxit. Dixit Abbas Moyses Abbati Zachariæ:

C Dic mihi, quid faciam? Is autem hæc audiens iacuit se pronus in terram ad pedes eius, dicens: Tu me interrogas, Pater: Dixit autem ei senex: Crede mihi, fili Zacharia, quod vidi spiritum sanctum descendere in te, & propterea compellor interrogare te. Tunc tollens Zacharias cucullum suum de capite suo, misit eum sub pedibus suis; & conculcans eum dixit: Nisi ita concalcat fuerit homo, non potest esse monachus. O dignam sanctissimo viro sententiam! Non est perfectus religiosus, qui ab omnibus contemni & concalcati paratus non fuerit. Humilitas illius infantilis est, & tenera, cuius mès abiectiora non eligit, & qui needum ex corde cunctis se submitit. Adhuc sæculum in illo viuit, qui paratus quidem est hæc mediocria humilitatis munia facere; imparatus verò, obsequia alia viliora & abiectiora præstare. Neque enim adhuc se vilissimum, ac omnium minimum putat, qui aliqua obsequia, ex eo quod sunt abiectiora, detrectat. Qui autem cogitatione & affectu suo sub pedibus omnium seipsum non collocat, necdum est vera ac perfectæ humilitatis possessor. Quod si affectus eius ad hoc vsque progressus est, vt seipsam contemnat, reliquosque omnes suspiciat; quomodo poterit aliquod munus, ob id tantum quod vile est, atque abiectum, repellere, & aliis se melioribus demandare? Animi ergo non verè & perfectè humilis esse conuincitur, qui ex his quæ sibi imperata sunt, aliquid, eà solùm ratione, quod non est honorificum, reiecit.

D Igitur in isto gradu verus humilis primò se minimum omnium linguam prostiteatur: deinde opere se omnibus supponat, & (quod ad se pertinet) obsequia viliora eligat. Sed quid est humilem linguam se minimum profiteri? An mendacis dona sibi concessa tegere, & peccata, quæ non fecit, sibi ascribere? Nullo modo; cum humilitas sit soror veritatis, nullòque sit mendacio subnixæ. Vnde Gregorius exponens verba illa Helii apud Iob: Iob autem stultè loquutus est, & verba illius non sonant disciplinam; sic ait: Innocenter enim Iob se asseruit flagellatum,

Iob. 34. 35. Greg. 26. mor. c. 3.

quem.



quem Deus etiam perhibuit frustra percussum. Quid ergo vox percussus superbum sonuit, quæ à sententia scientis nullatenus discrepavit? Incaute sunt humiles, qui se mendacio illaqueant, dum arrogantiam vitant. Immo mentiendo superbiunt, quia contra veritatem se erigunt, quam relinquunt. Qui enim, necessitate cogente, vera de se bona loquuntur; tanto magis humilitati iungitur, quanto & veritati sociatur. An Paulus humilis non fuit, quando emulatione veritatis contra falsos Apostolos, tot de se discipulis fortia gesta narrauit? Qui nimirum veritati inimicus existeret, si abscondendo virtutes proprias, prædicatores errorum præualere permisisset. Paulus certe nulla superbia tumuit, cum de se ipso dixit: In quo (scilicet testimonio Christi confirmando, ac prædicando) positus ego prædicator, & Apostolus (veritatem dico, non mentior) doctor gentium in fide, & veritate.] Et iterum: Paulus Apostolus, non ab hominibus, neque per hominem, sed per Iesum Christum, & Deum Patrem, qui suscitavit eum à mortuis.] Quid igitur erit nos omnibus linguâ ac sermone submittere? Id sanè, dona à diuinâ misericordiâ suscepta, cum necessitas, & Dei gloria non instat, prudenti silentio contegere. Cum fratribus aperienda sunt, ea Dei dona esse sine vllis meritis, immo & cum multis demeritis nostris data nobis, simpliciter nunciare. Quod ex nobis est, nos nihil esse profiteri: sicut fecit idem Paulus, ad Corinthios scribens: Ego, inquit, à vobis debui commendari, nihil enim minus feci ab iis, qui sunt supra modum Apostoli, tamen si nihil sum.]

1. ad Tim.  
mor. 2.7.

Galat. 1.  
1.

2. Corint.  
12. 11.

Chryso-  
stom. 27.  
in eandem  
epist.

2. Corint.  
12. 6.

Greg. 18.  
mor. c. 7.

Priora dixit, non commendari cupiens, ait Chryso-  
stomus (quo pacto enim id faceret, qui præ desiderio Christi caelum parui penderet) sed illorum salutem appetens.] Suam verò paruitatem subinfert, quasi humanam laudem & exultationem contemnens. Similiter illi sermone sunt humiles, & se omnibus subdunt, qui ex se ipsis minus Deo gratos, ac planè reliquis minores se esse prædicant. Qui denique cum aliquid boni de se ipsis dicendum est, non totum, quod acceperunt, verbis effundunt, sed quod patefacere necessarium non est, supprimunt, & in hoc cautissimè mensuram discretionis observant. Humilis Paulus profectò ita se gessit; nam compulsus aliqua mirabilia de se ipso manifestare, ita conclusit: Nam & si voluero gloriari, non ero insipiens: veritatem enim dico: parco autem, ne quis me existimet supra id, quod videt in me, aut audit aliquid ex me.] Multa de se dixerat, & plura fortassis, ac mirabilia reuelare poterat, sed qui non propriam gloriam, sed proximorum utilitatem quaerebat, illa dixit, quæ illos instruerent, & illa suppressit, quæ ad instructionem illorum minus necessaria putavit. Et vt Gregorius inquit: Habebat adhuc de se aliquid dicendum, qui parit diceret; sed egit vtrumque doctor egregius, vt & loquendo quæ egerat, discipulos instrueret, & tacendo se intra humilitatis limitem custodiret. Nimis namque esset ingratus, si de se discipulis tota reticeret; & fortasse nimis incautus, si de se tota discipulis proderet. Sed mirabiliter, vt dictum est, egit vtrumque, vt loquendo erudiret vitam audientium, & tacendo custodiret suam. Sic Gregorius.]

Quid demum est opere se infimum omnium ac vilissimum reputare? Non quidem maiora & sublimiora, ac viliora munera pertinaciter fugere. Humiles enim (Deo ita disponere) præficiuntur aliis, & regimen proximorum suscipiunt, qui fortassis non essent ad dignitates euecti, si eas non solum non ambissent, nec amassent, sed imprudenter & pertinaci-

ter repulissent. Si iusti & perfecti viti semper ab his muneribus se subtraherent, quis reclusus erat Ecclesiam Dei? Quis in cathedram ascensurus, vt pusillos regeret, & ignorantes erudiret? An superbus? An ambitiosus? An inanem gloriam appetens, & capitibus meliorum insidere concupiscens? Id læpissime non sine gemitu ac dolore videmus, & republicam, ac congregationes eius pessum ire, quia ab his perditis hominibus gubernantur, ingemisimus. At si aurea Ecclesie tempora reditura essent, si optimum statum omnia habitura, non hi (qui nec boni subditi esse didicerunt) sed iusti, & humiles, & sibi non fidentes, habenas tenere, ac alios gubernare deberent. In his ergo non erit humilitas, à republicæ oneribus pusillanimitè fugere, & pertinaciter declinare.

Quare ille verus humilis est, & hunc gradum humilitatis tener, qui ad altum munus non vocatus, hilaris & quietus in infimo loco consistit. Qui si aliis etiam ætate, aut labore, aut talentis minoribus supponatur, & in ordine relinquatur, puerilibus querimoniis aures fractum non implet. Qui nihil, quod secundum sæculum altum est, ambit. Qui libentius occupationes viliores assumit, & illis per totam vitam inhæret, & altiora munera aliis fratribus tanquam melioribus & dignioribus, derelinquit. Qui denique cum ad onus publicum vocatur, corde illud renuit, & verbis modestè se excusat, sed tandem tandem à superiore compulsus, onus sibi impositum cõfidenter suscipit. Hancque esse in similibus rebus humilitatis regulam pulchre Augustinus edocuit, sic ad Eudoxium scribens: Vos autem, fratres, exhortamur in Domino, vt propositum vestrum custodiatis, & vsque in finem perseveretis: ac si quam operam vestram mater Ecclesia desiderauerit, nec elatione auida suscipiatis, nec blandiente desidia respuatis, sed miri corde obtemperetis Deo; cum mansuetudine portantes eum, qui vos regit, qui dirigit mites in iudicio, qui docet mansuetos vias suas. Nec vestrum ocium necessitatibus Ecclesie præponatis, cui parturienti si nulli boni ministrare vellent, quomodo nasceremini, non inueniretis. Sicut autem inter ignem & aquam tenenda est via, vt nec exuratur homo, nec demergatur; sic inter apicem superbia, & voraginem desidia, iter nostrum temperare debemus, sicut scriptum est: Non declinantes, neque ad dexteram, neque ad sinistram. Sunt enim, qui dum nimis timet, ne quasi in dexteram rapti extollantur, in sinistram lapsi demergantur. Et sunt rursus, qui dum nimis se auferunt à sinistra, ne torpida vacationis mollicie sorbeantur, ex altera parte iactantia fastu corrupti atque consumpti, in fauillam fumumque vaneunt. Hæc ille.] Qui ad aliquam dignitatem vocatus, modicam viam ita tenuerit, is hanc, de qua nunc agimus, partem humilitatis non deserit. Quia si ex obedientia ascendit, ex voluntate tamen sua semper descendit; & dum alios gubernat, se tamen semper minimum reputat; & ita officio est maior, vt in corde suo sit omnibus minor.

Non declinantes, neque ad dexteram, neque ad sinistram. Sunt enim, qui dum nimis timet, ne quasi in dexteram rapti extollantur, in sinistram lapsi demergantur. Et sunt rursus, qui dum nimis se auferunt à sinistra, ne torpida vacationis mollicie sorbeantur, ex altera parte iactantia fastu corrupti atque consumpti, in fauillam fumumque vaneunt. Hæc ille.] Qui ad aliquam dignitatem vocatus, modicam viam ita tenuerit, is hanc, de qua nunc agimus, partem humilitatis non deserit. Quia si ex obedientia ascendit, ex voluntate tamen sua semper descendit; & dum alios gubernat, se tamen semper minimum reputat; & ita officio est maior, vt in corde suo sit omnibus minor.

De diligentissimâ Humilium omnis singularitatis fugâ.

#### CAPVT VIII.



**H**UMILIVM est quoque proprium, omnem singularitatem deponere, & vitam ac conuersationem maiorum sequi; & in victu ac vitu, & vtilibus & actionibus suis mores aliorum regulâ probatos sequi, ac vno nomine se ipsos

August.  
epist. 81.



D. Thom.  
2.2. q. 161  
art. 6.

Math.  
20. 21.

Ber. trac.  
de grad.  
hum. gra  
du 5.

Luc. 14.  
11.

reliquis accommodare. Hunc effectum Thomas Aquinas ad signa humilitatis, siue ad ostensionem eius externam pertinere ait. Ex quo enim quis humilis est, non appetit, maior aut melior aliis videri, & vile sibi putat, si fiat tamquam vnus ex reliquis; quare ea omnia fugit, quorum causâ posset ab aliis alieius eminentiâ notari. Superbia mater est singularitatis: ideoque Angelus ille, qui cecidit de cælo, non cum aliis, aut inter alios, sed ante reliquos solus sedere voluit. Mater quoque filiorum Zebedæi eodem telo superbiæ percussa, filiis suis singulares sedes appetiit. Dic vt sedeant (hæc sunt verba eius) vnus ad dexteram tuam, & vnus ad sinistram in regno tuo. Ac si dixisset: Præcipe, Domine, vt vnus tantum ex filiis meis, verbi gratia Iacobus, ad dexteram tuam sedeat; & alter, scilicet Ioannes, ad sinistram confideat. Et sicut tu tamquam rex potentissimus solus in sublimi throno sedebis: ita & illi cognati vtique tui cæteris discipulis tamquam extraneis præferantur, & duas sedes proximas tibi altiores, & eminentiores, ita vt pedibus suis capita aliorum tangant, semper obtineant.

Propterea Bernardus singularitatem quintum superbiæ gradum nominat, & hoc vitio infectum egregie in hunc modum describit. Turpe est ei, qui se supra cæteros iactat, si non plus cæteris aliquid agat, per quod ultra cæteros appareat. Proinde non sufficit ei, quod communis monasterij regula, vel maiorum cohortantur exempla. Nec tamen melior esse studet, sed videri. Non melius viuere, sed videri viuere gestit, quatenus dicere possit, [Non sum sicut cæteri hominum.] Plus sibi blanditur de vno ieiunio, quod cæteris prandentibus facit, quam si cum cæteris septem dies ieiunauerit. Commodior sibi videtur vna oratiuncula peculiaris, quam tota Psalmodia vnius noctis. Inter prandendum crebro solet oculos iactare per mensas, vt si quem minus comedere viderit, victum se doleat, & incipiat id ipsum sibi crudeliter subtrahere, quod necessarium victui indulgendum præuiderat: plus gloriæ metuens detrimentum, quam famis cruciatum. Si quem maiorem, si quem pallidiorē prospexerit, vilem se existimat, numquam requiescit. Et quoniam vultum ipse suum videre non potest, qualem scilicet se intuentibus offert; manus, quas potest, & brachia spectans, palpat costas, humeros atrectat, & lumbos, & secundum quod corporis sui membra vel minus, vel satis exilia probat, pallorem oris ac colorem discernat. Ad omnia denique sua strenuus, ad communia piger. Vigilat in lecto, dormit in choro: cumque aliis psallentibus ad vigilias tota nocte dormit, post vigilias, aliis quiescentibus, solus in oratorio remanet, excreat, & rursus, gemitibus ac suspitiis aures foris sedentium de angulo implet. Cum autem ex his, quæ singulariter, sed inaniter agit, apud simpliciores eius opinio excreuerit, qui profecto opera probant, quæ cernunt, sed vnde prodeant non discernunt, dum miserum beatificant, in errorem inducunt. Hæc omnia Bernardus.] Et est hæc optima superbi singularitatem amantis descriptio, quam ideo totam retulimus, quia aliquando eam à nonnullis opere obseruatam intelleximus.

Si ergo superbia causa singularitatis est, e contra igitur humilitas mater & causa erit amicitie societatis, qua quis noxiam solitudinem auerteret, eam scilicet, quam non desiderium perfectionis, sed affectus elationis inducit. Vnde humilis, ad mensam sedens, non exquisitores cibos querit, sed quos pro omnibus, frater, qui huic ministerio præest, parauit industria. Non alia vina appetit, quam quæ pro vili

A pretio cæteris fratribus offeruntur. Eam vestem induit, quam similes sui fratres gestare nõ erubescunt. In ea cella commoratur abiectis rebus instructa, in qua quilibet alius commorari non fugeret. Nullis obsequiis cænobij se eximit, nullum seruitium licet vile quasi sibi incommodum reicit; nihil, quod alij ex more faciunt, prætermittit. Singulares abstinẽtias & indiscretas nõ amat; corporis castigationes, quas alij sustinere non prævalent, nõ ostentat; si quæ ex consilio prælati, aut spiritualis patris, præter commune consuetudinem facit, non tuba canit ante se, vt omnes illud sciant, sed silentij ac secreti ianuis ocludit. Non appetit esse admirabilis aliis, sed curat vnus de cæteris apparere. Ad faciendum quod alij faciunt, & ad religiosam disciplinam arripendam, roborat illum, licet corpore minus valeat, spes diuinæ gratiæ, quæ sicut nec aliis deest, nec sibi deficiat. Aitque sæpe intra semetipsum illud sancti Dauidis: Deus Itraël, ipse dabit virtutem, & fortitudinem plebi suæ: benedictus Deus.] Ego autem vnus de plebe eius sum, & de populo, quem ipse ad consequendam perfectionem elegit. Robur ergo & vires ad eam obtinendam non negabit, & vt quod alij exequuntur, ego prestare possim, mihi quoque concedet. Despero quidẽ de mea infirmitate, sed de ipsius fortitudine spero, quia eius gloria est, si infirma & imbecillia confirmet. Ad fugiendas verò immoderatas vigilias, & abstinẽtias, & quicquid spiritualis prudentia damnat, desiderio tenendæ perfectionis accenditur. Scit namq; sententiã esse Salomonis: Substantia festinata minuetur, quæ autem paulatim colligitur manu, multiplicabitur. Quo loco Hebræa habet: [Substantia ex vanitate minuetur,] quia videlicet, eod quod pro studio manis gloriæ facimus, nihil omnino perfectionis lucratur. At quod manu discretionis ex bona intentione colligimus, eo feliciter virtutem augetur. Non itaque curat vir humilis corporis afflictionibus, indiscretè & supra vires intendere, ne nimio onere pressus diu perseverare non possit.

C Hic sanè ita singularitatem noxiam odio habens, non tantum à sagitta volante in die liber erit, & a negotio perambulante in tenebris, verum etiã ab incurso, & daemone meridiano. Nam quod, rogo, est daemone meridiano, nisi tentatio, quæ sub specie sanctitatis maioris superbos decipit, & ad singularitates admittendas accedit? Hanc daemone fraudem humilis singularitatis inimicus eludet, quia aut sanctitatem veram, aut speciem, & nomen sanctitatis amat. Si nomen sanctitatis diligeret, eo ipso humilis non esset, quoniam humilis non vult sanctus prædicari, sed vilis ac despectus reputari. Quamobrem ob adipiscendum sanctitatis nomen numquam ad singularitates desceat, nec communia & vsu recepta prætermitteret. Si verò sanctitatis ipsius & perfectionis amator est, à via, quã Sancti trauerunt, non recedet, & diuerticula non requiret. Via autem regia perfectionis ea est, quam instituta Ecclesiæ sanxerunt, & exempla maiorum probarunt, viriq; perfecti opere tenuerunt. Quam vt ipse teneat, & vt itinere Sanctorum incedat, non putat se singularitatibus indigere, sed satis illi erit, quæ mandata sunt, aut consilio probata, aut certè à consensu congregationis minimè reiecta, cõuersatione custodire. Quod verò singularitatis amator, non verã sanctitatem, sed opinionem sanctitatis apud alios exquirat, ex eo manifestè perspicitur, quod neque in carnis suæ cõmodis, tam cõmodum, quam ab aliis disungi, ac moribus aut actibus dissidere, cupit. Quare Richardus Victorinus eum, qui huiusmodi est, sic loquentem introducit: Ecce, inquis ( tandem vix animatus verbis, vel exemplis)

facio

R. 67. 36

Prou. 13.  
11.

Rich. ad  
Psal. 28.



facio quod hortaris. Sed si promitto corporis mei stabilitatem, oportet utique & tenere communionem: sed timeo infirmitatem corporis: formido pusillanimitatem cordis. Sum etenim infirmus, & pusillus homo, tener & delicatus, utpote in terra sua uiter uentium educatus, qui mollibus uestiantur, & epulantur quotidie splendide. Infirmus omnia fastidit, paruulus noua semper concupiscit, communionem itaque tenere quomodo potero, qui quod alij habent, semper fastidiosus, quod alij habere nequeunt, auide concupisco: Herbarum radices, & quaeque uilissima pro deliciis summis computo: tantummodo ceteri non habeant: quasi libet regum epulas nauseo, si memum omnes in communi participant: & ut quod sollicitat mentem meam, totum tibi plenius exponam, cor quam corpus magis deficit, uirtute exili, sensu exiguo animus abescit. Hæc sanè sunt, quæ singularitatis amatorem sollicitant, ab alijs discordare, & uiam reliquorum non ingredi. Quod si in commoditatibus corporis dissimilis alijs uideri uult, quanto magis in rebus, quæ ad sanctitatem referuntur, non tam substantiam quam umbram, & laudem hominum adipisci cutabit? O pessimum superbiæ germen, cuius totum negotium est hominem à bonis & humilibus separare!

Tria ergo si religiosus obseruet, omnem singularitatem vitabit. Vnam eorum est, ut ea in religione constitutus obseruet, quæ boni & spirituales socij faciunt, & tepidi, ac dycolij obseruare tenentur. Si uero omnes (quod credibile non est) religiosam disciplinam deseruissent, & à uia perfectionis declinassent, nullo modo ad singularitatem pertinet ab illis uitâ discedere, & modum uiuendi à regula approbatum mordicus asseruare. Illi namque singulares sunt, qui uitam à Sanctis probatam prætermiserunt, ut suis immoderatis affectibus obtemperarent: ego uero singularis non ero, qui damnato malorum ausu innumerabilibus uiris sanctissimis meæ religionis, qui nunc sunt, aut antea præcesserunt, uitâ consentio. Ideoque Trithemius Abbas hunc gradum humilitatis explanans, sic ait. Sed diceret aliquis, ex quo monachus nihil facere debet, nisi quod communis regula monasterij, & maiorum cohortantur exempla, quid tunc de istis, qui in monasterijs dissolutis & irreformatis degentes, religiosè uiuere desiderant? An inter malos debent esse mali, ne singularitatis notam incurant? Respondendum est, quod cautè sic in regulis singularitas prohibetur, ut uidelicet inter bonos non debeat aliquid nouum extra regulam facere, ne magnus uideatur ab hominibus. Dicit enim, quod monachus nihil debet agere, nisi quod communis monasterij regula, scilicet ista præsens, uel maiorum, id est, sanctorum, & uirtuosiorum fratrum exempla, cohortantur. Sed in monasterijs, ubi ista regula non seruatur, quæ tamen ad instituta est, ut in irreformatis & dissolutis locis, ubi nulla est disciplina, seruetur, & nulla etiam ibi maiorum relucens exempla, non tenetur quis tales imitari, qui regulam non obseruant. Sic ille. Boni itaque, & spirituales uiri imitandi sunt, & ab eorum conuersatione nullatenus recedendum, quicquid tepidi & imperfecti ablatent, & nos falso singularitatis accensent. Horum uitam humilis sequitur, & minime uiam nouam eundi in cælum inuenire conatur. Seit enim, perfectionis semitas, non nunc denuo apertas fuisse hominibus, sed ab initio à Domino fuisse monstratas. Ac proinde satis iudicat alios feliciter ambulantes sequi, quam stultis se sequentibus ipse præire. Totum huius negotium regius Propheta descripsit. Non sedi, inquit, cum consilio uanità-

A tis, & cum iniqua gerentibus non introibo. Odiui Ecclesiam malignantium, & cum impijs non sedebo. Lauabo inter innocentes manus meas, & circumdabo altare tuum, Domine. Ad illud primum, quod est non imitari malos, pertinent illi duo priores uersus, quibus iustus ait se declinare inanium hominum confortia, impiorum conuenticula detestari, & conciliabulis peruersorum haudquaquam consentire. Nam licet aliquando inter illos (quia aliter fieri non potest) corpore se deat, longè tamen actione & cogitatione discordat. Ad istud uero, quod est sequi bonos, pertinet quod protinus subinfertur; quo iustus affirmat, se inuocentibus conuersatione adherere, à quibus, cum mundi sint, minime timet inquinari. Hi docebant illum, non quidem palatia regum, & fora ad distractionem animi frequentare; sed in cella, ubi Deus inuenitur, iugiter manere, & sacris locis affidere.

B Alterum, quod humiles sollicitè custodiunt, illud est, ut maiorum suorum sequantur exempla. Quodlibet institutum, suos maiores, suos duces, & antesignanos habet, à quibus (Deo docente) ab initio processit. Verbi gratia, Cathusiani, Brunonem, & socios eius, Prædicatores, Dominicum; Minores, Franciscus; minima Societatis uiri, Ignatium, ac uiros illos præcipuos, qui ei adhæserunt, agnoscunt auctores. Unusquisque igitur, si humilis est, maiores suos sibi in exemplum datos imitatur, & illorum uitam, ut exemplar uirtutum, amplectitur. Quædam enim sunt in uia spirituali communia, ut fides, spes, charitas, humilitas, patientia, contemptus sæculi, & alia similia, in quibus quemlibet ex perfectis possumus æmulari: alia uero sunt specialia huius uel illius status, aut instituti, ut secessio ab hominibus, aut conuersatio cum illis, hoc, uel illud abstinentiæ genus, & alia huiusmodi, & in his, ut singularitatem uirèmus, non quolibet, sed maiores tantum nostros sectabimur. Hincque esse sensum Beati Benedicti, cum ait: Nihil agat monachus, nisi quod communis monasterij regula, uel maiorum cohortantur exempla, asserit Cardinalis doctissimus his uerbis. Non uidetur mihi in hoc loco, per maiores, intelligi, ut aliqui uoluerunt, Patres antiquos heremitas, qui maxima fuerunt abstinentiæ, & laboris, in uigilijs, orationibus, & huiusmodi obseruantis religionis: quia imitari tales sine expresso Abbatis consensu, fortasse pareretur turbationem, & scandala in congregatione, & uarietatem plurimam inter fratres. Sed per maiores, intelligendi uidentur maiores ipsius monasterij, qui non solum doctrina uerbi, sed exemplo sanctæ conuersationis subditos suos exhortantur ad religionis perfectionem. Sic ille. Sicut ergo aues (ut simili Theodoretus uir) cantu suo aues solum generis sui ad se uocant, & trahunt; alias uero dissimiles nequaquam alliciunt: ita & homines nostri instituti (non uero alieni, & quod cum nostro pugnat, in eo, quod nobis non expedit) ad sui imitationem nos prouocent. Hi sunt montes, quorum mysticè David meminit, dum ait.

D Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis: turbati sunt omnes insipientes corde. Quia dum istos aspiciamus, à Domino, de agendis & uitandis eradimur. Unde Gregorius ait: Qui enim orientem solem contemplari non ualeat, irradiatos montes aspicit, & quia sol ortus sit, deprehendit. Ex æternis ergo montibus nos Deus illuminat, quia per admiratam uitam Patrum præcedentium, radio nos suæ claritatis illustrat. Ecce in studio deuotionis Dominicæ, & charitatis, accendimur, sed in hac deuotione atque charitate melius harum nubium contemplatione formamur. Quid enim deuotius Petro? Quid charius

Trithem.  
ad reg. ul.  
cap. 8.

Turrecr.  
ibid.

Theodor.  
in uita  
2. Iuliani.

Greg. 27.  
mor. c. 5.

Psal. 25.  
4. 5. 6.



Ioanne: Ille per deuotionem fluida maris dorfa calcare non timuit: iste per amorem in ipso auctoris nostri pectore requieuit, & qui ad corporalis carnis refectioem venerat, spiritale pabulum de sinu redemptoris sumpfit. Ab his montibus Deus nos illuminat, & simul insipientes turbat: qui dum patres nostros sequimur, aduersarij salutis ex profectu nostro turbantur, illos autem nec turbaremus, nec vinceremus, si antiquorum Patrum exempla non sequeremur.

Postrema humilium cura in hac re est, vt si ex permissione regulæ, & ex consensu prelati, aut spiritualis parentis, aliquid supra alios fecerint, vt si amplius vigilauerint, durioribus abstinentiis corpus domuerint, asperiores intrinsecus vestem acceperint, id aut in occulto faciant, aut saltem tali circumspectione, vt alios non offendant. Nullo modo ad singularitatem pertinet, si quis ex desiderio maioris perfectionis amplius quam alij faciat, si tamen consentiente prelato faciat; & si regula, licet non iubeat, at permittat; & si modum viuendi contrarium aut dissonum instituto non inuehat. Id enim viri sancti atque perfecti semper in familiis religiosiis præstiterunt, & nunc præstant, vtrique imperata audent, quos temerarium & planè superbissimum esset singularitatis notare. Nam regula illud faciendum præscribit, quod omnes etiam pusilli facillè custodire valeant. Si autem perfecti viri quasi gigantes sunt, & fortes spiritu; cur non amplius quam pusilli audebunt; cur non onera maiora præsumant? Et sicut in Ecclesia vltra præcepta, quorum custodia salus promissa est, sunt quoque data consilia, quæ feruentiores ad maius meritum possunt assumere: ita in qualibet religiosa familia, vltra ea, quæ sunt statutis præscripta, sunt alia multò perfectiora & sublimiora, quæ perfectiores valeant obseruare. At in his agendis discretio seruanda est, ne dum quis suo profectui intendit, aliis minoribus scandalo sit. Discretionem autem tenebit, qui in his obseruantis non communibus se (quantum fieri possit) occultaue- rit; qui, si secretum omnino tenere non valeat, saltem, quasi alios parui pendens aut iudicans, eas obseruantias non ipse præstiterit: qui denique in his se pro posse communitati iunxerit, & ea externa, quæ alios solent offendere, signa maioris dilectionis vitauerit. In quo sanè à multis bonis alioquin viris peccatur, qui nesciunt se aliis accommodare, & intra discretionis metas suum spiritum continere. In quorum persona sanctus Dauid secundum Richardum, oculos suos, id est, defectum suæ discretionis, accusat, quòd minimè sapienter se gesserit, nec ad hoc necessaria seruauerit. Exitus aquarum, ait, deduxerunt oculi mei, quia (ipsi nempe oculi) non custodierunt legem tuam. Verba Richardi subiiciam. Mirum est, si non miraris cur non maluit dicere, quia non custodiui legem tuam: sed si, ego non custodiui, diceret, voluntatem vtrique culparet, & tunc quomodo illud stare, vbi dicitur: [Legem tuam dilexi.] Oculorum itaque culpa increpatur, oculorum solummodo culpa desinetur. Nam de pedum officio fidenter Domino canit. Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum. Sed & pro manibus protestatur, dicens: Tota die expandi ad te manus meas. Sic de aure, & lingua, cæterisque corporis membris facillè reperies. Soli hinc oculi redarguuntur; pro iolis hinc oculis lacrymæ funduntur. Nec enim in aliis etiam membris nunquam peccasse contendo. Sed quid sit quod desinat, diligenter attendo. Quid est igitur oculorum culpam desinere, nisi quod in discretionem errasset, ge-

*Psa. 118.*  
136.

*Richard.*  
*ibid.*

*Psa. 118.*  
163.

*num. 32.*

*Pf. 87. 10.*

A mendo dolere: Tunc oculus peccat, quando discretionis iudicium errat. Multi priuatas obseruantias communibus institutionibus anteponunt: abficientiam obedientiæ præferunt, cum tamen scriptum sit: Melior est obedientia, quam victima. Cæterorum membrorum nullum hinc reprehendit, oculorum verò culpam non sine morte graui redarguit. Manus non reprehenditur, pro eo fortassis, quòd libenter operabatur. Lingua non reprehenditur, idcirco (vt arbitror) quoniam vera loquebatur. Oculum tantummodo culpabat, pro eo fortè quòd in iudicij discretionem caligabat. Quid enim aliud est, oculum offendere, quam, ex intentione bona, sed parum discreta, in aliquod malum incidere? Hac ille. His tribus obseruatis, vt nimirum quis instituto ac vitæ communi se bonorum accommodet; vt maiorum suorum vestigijs inhareat; & vt in maiori obseruantia discretionem non deserat, omnem singularitatem declinabit, & se ex hac parte humilitatis amatorem exhibebit.

*Eccles. 4.*  
17.

### De districtissimo Humilium silentio.

#### CAPVT IX.



PRIMI sunt fructus humilitatis, quos hactenus expressimus, sed qui sequuntur, licet minoris momenti, non propterea contemnendi sunt, cum & ab eadem virtute procedant, & eorum opposita germina à superbia omnium malorum fonte mentem indicent possideri. Et sicut omnes filios alicuius reginæ clarissimæ, tum maiores tum minores subditi magno honore prosequuntur: ita æquum est, vt omnes effectus huius virtutis præstantissimæ, quam summis votis concupiscimus, tam maioris quam minoris meriti, spirituales viri venerentur, ac possidere nitantur. Multiloquium fugit humilis, quoniam aptissimum est instrumentum, quo superbia se ipsam ostentat. Verbis enim imprudenter effusus, superbus suas vilitates, ob quas esset despiciendus, regit, verbis sua talenta & suos labores iactat, ac verbis sæpe mendacibus, quæ nec somnauit, se fecisse affirmat, & ea, quorum relatione magnus existimari possit, ridiculè exaggerat. Est quippe tam potens verbum hominis, vt tegat, & detegat; efferat, & extenuet, & opposita sæpe constituat. Ex ipso ore procedit maledictio & benedictio. Ex eodem nascitur verbum, quo superbe te ipsum excusas, & proximum insolenter accusas: quo malè gesta eleuas, & bene facta prædicas: quo tantillum à te elaboratum auges, & à multis rectè factum tibi soli tribuis, & ab aliis suos labores ac merita suffuraris. Ex arrogantia tua factus es sicut Elia apud Iob. Plenus sum, dicebat ille, sermonibus, & coarctat me spiritus vteri mei. En venter meus quasi multum abique spiraculo, quod lagunculæ nouas disumpit. Tanta enim ad laudem tuam spectantia cogitas, tanta consideras, vt mens tua angustias sentiat, velut mulier parturiens, nisi quod concepit effundat. En sicut multum in virem vel lagenam iniectum, vndique clausam eam suo feruore disumpit: ita quasi ruptionem cordis times, nisi quæ ad tuam gloriam inanem augendam cogitasti, loquaris. Omnia scis, & nihil est, quod ignores, omnia dicis, & in nulla occasione tacere vales, si scientiæ opinionem captare possis. Videbisque tuum ingeniū egregiè à Bernardo descriptum. De homine namq; iactantiæ spiritu pleno hæc ait: Efluit, & sicut

*Isa. 3.*  
10.

*Isa. 32.*  
18. 19.

auditores



Bern. de grad. Hum. grad. 4.

auditores, quibus suas iaceter vanitates, quibus omne quod sentit, effundat: quibus qualis & quantus sit, innotescat. Inuenta autem occasione loquendi, si de literis sermo exoritur, vetera proferuntur, & nova, volant sententia, verba resonant ampullosa. Praeuenit interrogantem, non querenti responderet. Ipse querit, ipse soluit, & verba collocutoris imperfecta praescindit. Cum autem pulsato signo necesse est interrumpi colloquium: horam longam breue queritur interuallum: querit licentiam vt ad fabulas reuertatur post horam, non vt quempiam aedificet, sed vt scientiam iaceter. Aedificare potest, sed non aedificare intendit. Non curat te docere, vel a te doceri ipse, quod nescit, sed vt scire sciatur, quod scit. Quod si de religione agitur, statim visiones & somnia proferuntur. Deinde laudat, ieiunia, commendat vigiliis, super omnia orationes exaltat. De patientia, de humilitate, & de singulis virtutibus plenissime, sed vanissime disputat, vt tu scilicet, si audieris, dicas, quod [ex abundantia cordis os loquitur:] & [quia bonus homo ex bono thesauro suo profert bona.] Si ad ludicia sermo conuertitur, in his quanto adfuerit, tanto loquacior inuenitur. Ducas, si audias, riuum vanitatis, fluuium esse scurrilitatis os eius, ita vt seueros quoque, & graues animos in leuitatem concitet risus. Sic Bernardus.] Et ista sunt arma superbi hominis, & arrogantis, vt qui non habet opera, quibus apud homines valeat, habeat saltem verba, quae luceant.

Luce 6. 45. Matth. 12. 35.

Si autem loquacitas a superbia manat, consequens est, vt discreti taciturnitas ab humilitate procedat. Tacet humilis, vt dona de manu Domini accepta silentio contegat, & seruet, ne quod multi gemitus & multi labores pepererunt, vnum verbum stultè prolatum effundat. Etenim [sacramentum regis abscondere, bonum est:] & similiter vtile est nobis ad fugiendam iactantiam thesauri in corde nostro depositi abundantiam occultare. Nam [sic vt vrbs patens, & absque murorum ambitu: ita vir, qui non potest in loquendo continere spiritum suum.] Ab vrbe quippe, quae muris caret, saepe aliqui egrediuntur, qui eam hostibus produnt. Et ab eo, qui tacere nescit, non semel sermones exeunt, qui spiritum deuotionis exhauriunt, & cordis ariditatem, & mentis obscuritatem, inuehunt. Qui verò tacet, facile conceptam deuotionem custodit.

Tobia 12. 7.

Prou. 25. 28.

Nam, quemadmodum ignis, ait Laurentius Iustinianus, quanto magis in vnum colligitur, tanto amplius nutritur, & flammam euaporans, sursum impetuosiùs erumpit: ita & mens cum diutius intra se commorata fuerit, & ardentius per amoris incendium vrit in se, & per desiderium eleuatur in Deum. Sed si tunc verba quaedam protulerit, tota ignita, sapientiae nectare condita, veritatis splendore irradiata, & diuinarum laudum suauitate plena erunt.] Silentium proinde opes partas seruat, asseruatas auget, auctas ad vtilis sermones congruo tempore proferendos impellit.

Iust. li. de discipl. mo. nati. c. 15.

Tacet etiam humilis, ne in mala loquacitatis incurat. Nam humilitas, quae circumspecta est, ab iis cauet, in quibus maiora in spicis decidendi pericula. Nihil est autem loquacitate periculosius, nihil multiloquio insipientius. Multiloquium namque (vt quidam Patrum dixit) est insipientiae argumentum, & attractionis porta, manu ductor scurrilitatis, mendacij minister, compunctionis resolutio, acuitatis intelligetiae dispersio, aedae conditor, dissipatio mentis, frigefactio feruoris, obnubilatio orationis.] Et Hugo Victorinus his addit: Lingua dicitur, quia lingit aduando, mordet detrahedo, attrahit mentiendando, ligat,

Hug. li. 3. de anima c. 30.

A] & ligari non potest. Labilis est, & teneri non potest, sed labitur, & fallitur. Labitur vt anguilla, penetrat vt sagitta, tollit amicos, multiplicat inimicos, mouet rixas, seminat discordias, vno ictu multos percute, & interficit; blanda est, & subdola; lata, & parata ad exaudienda bona, & miscenda mala. Qui custodit linguam suam, custodit animam, quoniam mors & vita in potestate linguae est. Sic ille.] De eo, qui loquacitatem non compunit, ait Dauid: Vir linguosus non dirigitur in terra: virum iniustum mala capient in interitu.] Non prosperabitur, inquam, neque in hoc saeculo, neque in futuro, quae ociosis ad perniciofa transiens, & alios verbis laedens grauiter, lingua suae imperare nescit. Et qui iniuriis & sannis afficit proximum suum, aduersitatibus corripitur, & condigna iniustitiae suae in extremis poena multabitur. Nec timorem iusti custodiunt, ex eo quod noxia & perniciofa non dicant, nisi etiam minorata deuitent, quia facile est ex minoribus ad maiora, & ex vanis ad mala transire. Qui enim dimittit aquam, caput est iurgiorum, & ante quam patiatùr contumeliam, iudicium deserit.] Sicut cum aliquis, ait Salomon, aquas stagno cohibitas aperit, exitumque eis praebet, iurgia seminat: quia facile est riuulum aperire, non tamen claudere, ex quo magna inundationis, atque adeo iurgiorum causa, praestatur: ita profusus, qui linguam non refrinat, vt Gregorius, & Beda interpretantur, concordiam dissipat. Is antequam accipiat contumeliam, iudicium & equitatem in loquendo deseruit; quoniam nisi incepte loquutus fuisset, numquam contumeliam ab eo quem laesit, recepisset. Bene ergo dixit Sophar apud Iob: Numquid qui multa loquitur, non & audiet: aut vir verbosus iustificabitur? Ac si diceret: Non. Nam qui passim, & sine discretionem multa loquuntur, impatientes sunt ad audiendum, totumque temporis spacium volunt sibi ad sermones effundendos praecipere. Et multiloquio dediti, quanto magis pro excusatione suarum colparum blaterant, tanto magis seipfos accusant.

Prou. 21. 23.

Ps. 139. 12.

Prou. 17. 14.

Gregor. 7. mor. c. 24. Beda. ib.

Iob. 11. 2.

Sed iam pericrtemur quae nam sit iustorum humilium taciturnitas: Certè ab eis non exigitur, vt penitus numquam loquantur. Dedit quippe Deus homini linguam, & loquendi potestatem, vt sensa sui cordis aperiret. Optimèque a Philone exposita est multiplex sermonis utilitas. Sicut equi, ait, hinnitus est proprius, latratus canis, bouis mugitus, rugitus leonis; sic sermo hominis. Hic est enim propitè munimentum, indumentum, armatura, & ars hominis animalis Deo charissimi. Et quemadmodum doloribus, timoribus, aliisque malis pressos fauor, sedulitas, dexteritasque amicorum saepe refouet: sic non saepe, sed semper, gratissima onera, quae in nobis imponit, vel corporis coniuncti necessitas, vel externus casus aliquis ex improbitate irruens, dimouet praesertimissimum sermonis rationisque remedium, qui socius & amicus familiarissimus a natura nobis est non tam additus quam agglutinatus, vt inuisibiliter, sic inuisibiliter, idèd pramonet quid conferat; & si quid fecus accidit, quam volumus, non vocatus succurrit, praestans, non alterum tantum officium, vt adiuuet sine consilio, vel consulat sine auxilio, sed vtrumque pariter. Neque enim vires habet semperfectas, sed omnibus partibus integras. Haec ille.] Cum tamen extima sit sermonis utilitas, sanè loquendi facultas data nobis non est, vt eam segnem & ociosam habeamus. Est ego taciturnitas humilium in hoc posita, vt nisi interrogentur, penitus non loquantur. Quae beati Benedicti sententia ad iuniores religiosos dicta est, comparatione maiorum. Hi enim si coram suis pra-

Phil. li. de somnis.





latis appareant, debent humiliter, modestè, & submissa voce necessaria interrogare, si verò nulla infest interrogandi aut descendendi necessitas, debent tacere. At cum minores cum minoribus, seu aequales cum aequalibus, aut etiam maiores cum minoribus conuersantur, non oportet, ad virtutem humilitatis seruandam, interrogationem expectare, sed solum opus est, vt quis prudenter loquendi regulas seruet.

Supr. l. 2.  
P. 2. c.

Basi. c. 13.  
mon. c. 13

Nam in loquela, noxia, inepta, & otiosa penitus vitanda sunt; & generaliter omnia illa vitia linguae radicitus euellenda, de quibus sup. à multa iam diximus. Est enim lingua mentis instrumentum, Dei laudibus promendis deputatum, quod planè stultum est verborum fordibus inquinare. Vnde Basiliius: Vitandae autem omnes omnino facitiae, & scurrilis dicacitas, sunt. Siquidem fieri solet plerumque, vt qui se in rebus istiusmodi occupant, ij rectam rationem deserant: quippe cum ex eo illud fiat, vt animus ad ridicula diffundatur, & in tacita secum cogitatione grauitatis seueritatisque neruus omnes elidat. Quin incidit saepenumero, vt istiusmodi contagio sensim proserpens, postremò ad verborum turpitudinem, & absurdum, atque extremam obscenitatem delabatur. Ex quo sanè colligitur, peruigilem & attentam animi excubationem, cum facietiarum diffusionem simul coherere non posse. Non dedecet tamen aliquando ad recreandum animum, sermonem aliquem de medijs, siue indifferentibus, sine offensione alicuius, admittere. Quare idem Beatus Pater hæc subdit. Cæterum si vltus etiam incidit aliquando, vt remittendae aliquantulum tristitiæ causâ, sermone ad hilaritatem excitetur: enimvero danda omnino opera est, vt spiritali lepore referta sit oratio nostra & Evangelico sale condita, vt recta, quæ interius sit sapientiæ, gratum foras odorem aspires, dupliciterque auditorem, & animi relaxatione, & intelligentiæ festiuitate delectet. Sic ille. Sed verba hæc, quæ pro animi remissione dicuntur, non aliter quàm medicamenta accipienda sunt. Vt quemadmodum medicamenta in ea mensura ægrotis adhibentur, quæ salutem afferat, & si huic fini non sit accommodata, non iam vt mensura medicaminis, sed vt exitij causa reuocantur: ita illos de rebus indifferentibus, o vir Dei, sermones admitto, quos præsens necessitas corporis, & fragilitas capitis poposcerit, non quos mentis tepiditas ac distractio postulauerit.

Prou. 13.  
14.

Prou. 10.  
11.

Grego. 6.  
mor. c. 18

Admittenda autem & proferenda sunt verba, quæ loquentem, ad finem propositum inuent, quæ audientes ædificent, vel certè, quæ ad negotia necessaria tractanda conferant, prout status & conditio cuiusque petierit. Si verba ad spirituales ipsius loquentis vtilitatem proferantur, sit illud Salomonis: De fructu oris sui vnusquisque replebitur bonis; quia non solum pro rectè dictis, sicut & pro rectè factis mercedem accipiet, verum & affectum suum pascet, & ad omne bonum roborabit. Si verò ad ædificationem aliorum dicantur, euenit illud eiusdem Sapientis: Vena vitæ os iusti: Nam sic vt ex fonte laucissimæ aquæ ad refrigerium, & munditiam bibentium, & selauantium, emanant: ita ex ore iusti & humilis, procedunt verba, quæ audientes instruant, & ad virtutis ac vitæ æternæ desiderium accendant. Nec solum bona dicenda sunt, verum & debitis circumstantiis ornata. Ad quod facit illud Gregorij: In omni, quod dicitur, necesse est, vt causa, tempus, & persona pensetur: si verba sententiæ veritas roborat; si hanc tempus congruum postulet; si & veritatem sententiæ, & congruentiam temporis personæ qualitas non impugnet. Ille enim

A laudabiliter spicula mittit, qui prius hostem, quem feriat, conspiciat. Malè namque arcus validi cornua subigit, qui sagittam fortiter dirigens eum ferit.]

Sed, vt breuiter orationem silentij concludamus, ille (vt mihi quidem videtur) sciet prudenter loqui, qui prius ori suo vectem taciturnitatis imposuerit, ac tacere didicerit. Non enim sine mysterio dixit Ecclesiastes: Tempus tacendi, & tempus loquendi. Quia, vt ait Hugo Victorinus, tempus tacendi, tempus loquendi præcedere debet; quia prius per silentium discitur, quod postea per verbum tempore loquendi proferatur. Et Ambrosius rectè putat melius à Dauide, quàm à Pythagora traditam esse doctrinam silentij; quia hic docuit munus naturæ minuere, ille regere. Philosophus ille docuit silere, hic docuit silentio facultatem ad bene loquendum acquirere. Ille dixit discipulis suis: Per quinquentium tacebitis; hic imposuit ostium ori suo, & dixit: Custodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea.] Ad hoc vias suas custodiuit, non vt nunquam loqueretur, sed ne malè loqueretur; & vt per disciplinam silentij ad bene loquendum perueniret. Silentium igitur humili custodiendum est, vt eo discat rectè loqui, & vt possit impedimenta perfectionis auertere. Non enim mediocriter, vt Bonauentura ait, cooperatur ad perfectionem religioso homini virtus silentij; quia sicut in multiloquio non deest peccatum, sic breuiter & raro loqui ad hoc valet, vt homo caueat sibi à peccato. Pro nimia loquela frequenter sequitur iniuria tam Dei quàm proximi. Sic ex silentio nutritur iustitia, ex qua velut ex quadam arbore colligitur fructus pacis. Vnde cum claustralibus pax sit summè necessaria, valde necessarium est eis silentium, per quod pax eis tam cordis quàm corporis conseruatur. Propterea Isaias Propheta virtutem silentij considerans, ait: Erit opus iustitiæ pax, & cultus iustitiæ silentium. Quasi diceret: Tanta virtutis est silentium, quod in homine conseruat Dei iustitiam, & inter proximos pacem nutrit, & custodit. Hoc instrumentum perfectionis, & signum internæ humilitatis teneamus, quod nulla difficultate nos premit. Difficile namque est rectè loqui, & verba sapientiæ plena proferre: at facillimum est viro humili, siue sapiens, siue ignarus sit, verba non fundere. Sapiens libenter tacet vsque ad tempus, vt sua verba non inutiliter seminet, & vt habeat vnde proximo vtilia depromat. Ignarus quoque libenter tacet, quia melius putat (vt verè est) quæ nescit, non dicere, quàm nisi audientium expom. Vterque autem præbet humilitatis indicium; quoniam in isto humilitas est, silentio suam imperitiã fateri; & in illo taciturnitate adeptam scientiam occultare. Sic vterque hominibus sit amabilis ille, quia illos vt fratres aspiciens, eis suum defectum aperire non timet: & hic, quia cum sciat astantes docere, similis illis, qui doctrina indigent, apparere non erubescit.

Ecl. 3. 7.  
Hugo. 1.

Ambr. 1.  
off. c.

Ps. 38. 1.

Bon. tra. de perf. vit. c. 4.  
Prou. 10.

Isai. 32.  
17.

D que libenter tacet, quia melius putat (vt verè est) quæ nescit, non dicere, quàm nisi audientium expom. Vterque autem præbet humilitatis indicium; quoniam in isto humilitas est, silentio suam imperitiã fateri; & in illo taciturnitate adeptam scientiam occultare. Sic vterque hominibus sit amabilis ille, quia illos vt fratres aspiciens, eis suum defectum aperire non timet: & hic, quia cum sciat astantes docere, similis illis, qui doctrina indigent, apparere non erubescit.

De Moderatissimo Humilium  
risu.  
CAPVT X.



ON solum humiles, sunt silentio & taciturnitate conspicui, verum & sunt risu moderati, vt dum deuotionis spiritum censura silentij continent, risu immoderantiã non effundant. Quæ

proca



proculdubio non minus quam loquacitas solet quieti mentis officere, & donum compunctionis funditus dissipare. Iam autem statim apparet, quo pacto ab humilitate risus moderatio nascatur. Humiles enim, sunt prudenter verecundi, & in suis actibus circumspiciti, casta autem verecundia, & prouida circumspicatio, risum cohibet, & vocem ac cachinnos reprimere consuevit. Ridendi facultas ab ipsa natura nobis concessa est, qua cum aliquid nouum nobis gratum, vel aliquid festiuum percipimus, signa hilaritatis exhibemus. Quare in medijs rebus, ponenda est, quibus possumus bene uti, vel quas solemus in malum usum assumere. Humiles igitur, vt hac facultate ridendi bene utantur, aliqua documenta modestie, prudentia docente, custodiunt. In locis enim, ad grauiam & seria deputatis, omnino non rident, & si aliquid ex aliorum culpa ibi dignum risu dicatur, aut fiat, magna seueritate risum cohibent. Et merito; quoniam si apud ethnicos (vt testatur *Alianus*) in academia ridere non liceat, quanto minus apud nos in Ecclesia, aut in choro, aut in gymnasio, aut in triclinio, aut in alijs locis, vbi ad seria conuenimus, ridere licebit? Certè ibi habenas risui laxare, aut puerorum est, aut hominum perfrictæ frontis, qui nesciunt expendere, quanta illis locis, & congregationi, quæ ibi conuenit, reuerentia debeat.

Deinde cum grauiam, & alicuius momenti negotia in quocumque loco tractantur, absurdum est, risui licentiam se ostentandi concedere. Cum certum sit, ab eo tolli necessariam animi grauitatem, & astantes, ad impatientiam aut etiam indignationem prouocari. Tempus flendi, & tempus ridendi, inquit *Salomon*: nec tempora ista confundenda sunt, vt ridere libeat, quando aut flere, aut aliquid seriuum dicere seu agere debeamus. Promisit *Dominus Abraham* filium, in quo benedicendæ essent omnes gentes, & risit *Sara* hac audiens, quasi de euentu promissionis addubitans. Risit occultè, ait scriptura, dicens: Postquam consenui, & dominus meus vetulus est, voluptati operam dabo? A Domino autem, siue Angelo, qui ipsum referebat, leuitatis reprehensa est. Quare, inquit, risit *Sara*, dicens: Num verò paritura sum anus? Et cum illa negaret timore perterrita, iterum reprehenditur. Cui dictum est: Non est ita, sed risisti. Quare pia mulier ita angustatur, & ad ruborem adigitur, nisi quia in occasione tam graui attentè quidem audire, ac Deo pro filio promisso gratias agere debuit, & omnino ridere non debuit? Nec mirum quòd & ipse *Abraham* in simili causa iterum risum habuit, & non fuit à Domino rephensus. Nam sacer textus ait: Cecidit *Abraham* in faciem suam, & risit. Non, inquam, id mirum; quoniam non ex incredulitate, aut dubietate, sed ex abundantia fidei risit: & risu suo, vt testatur *Ambrosius*, Christum Saluatorem significauit ex se nasciturum, qui est vniuersa mundi lætitia. Aut fortasse & in hoc mysterio, inquit, prophetauit *Abraham* Dominum Iesum, quòd per susceptionem Domini corporis, & resurrectionem, tanti complenda oraculi foret gratia. Ille quidem Dominus, qui verus risus noster est, quia semper grauiam & maximi momenti negotia egit, multis doctoribus affirmantibus, in tora sua vita omnino non risit. Quorum vnus, scilicet *Chrysostratus*, explicans illud *Pauli*: Turpitudine, & vaniloquium, & scurrilitas nec nominetur in vobis; sic ait, vt in locis sacris, aut inter seria risum damnet: Cum turpitudine & scurrilitatem posuit, tu autem rides. Vaniloquium quid est? Quod nullam habet vtilitatem, vel omni-

**A** no rides, & effundis faciem tuam, qui monachum profiteris, qui crucifixus es, qui luges, rides. Dic mihi, vbi Christus hoc fecit? Audisti hoc alicubi? Numquam, sed contristatum quidem sapius legisti. Et enim quando Hierusalem vidit, lacrymatus est: & quando tardiore intellexit, turbatus est: & quando Lazarum suscitaturus erat, plorauit; tu autem rides. Si propter aliorum peccata quis non dolet, ac culatione dignus est: qui in suis, sine dolore existit, & ridet, quali venia dignus erit? Tempus est luctus, & tribulationis, sub afflictione & seruitute certaminum, & sub doloribus res agitur, & tu rides? Non inuertis quomodo increpata est *Sara*? Non aduertis Christum dicentem: Væ vobis, qui ridetis, quoniam plangentis? Ista psallens per singulos dies, quid dicis? Dic mihi, num alicubi dicis, quoniam risi? Nequaquam. Sed quid? Defeci in gemitu meo. Fortasse etiam sunt aliqui ita dissoluti, & remissi, vt etiam in hac increpatione rideant, quoniam de risu disputamus. Etenim talis est dementia, talis est stupor, neque increpationem sentit. Stat sacerdos Dei orationem faciens cunctorum, tu autem rides, nihil times, & ille quidem timens, orationem pro re offert, tu autem contemnis, non aduertis scripturam dicentem: Væ contemptoribus. Non contemnis, non colligis temetipsum? Et in aulam quidem regiam intraturus, & habitu & oculis, & incessu, & in cunctis alijs componis, & ornas temetipsum: huc autem ingressurus, vbi verè aula est regia, & talis, qualis celestis est, rides? Hæc dicta sunt cum *Chrysostrato* in reprehensionem illorum, qui in locis sacris, aut rebus alioqui grauioribus deputatis, aut inter seria negotia non verentur risui indulgere, qui certè tamquam pueri, vel tamquam stulti, essent à confessu sapientum ablegandi.

At animi remittendi gratia, licet humilibus ridere, dummodo in risu mensuram rationis & virtutis obseruent. Ea autem est, vt de re obscena, aut minus honesta, non rideant, sed magis erubescant, & suæ iniuriæ tribuant, si coram illis aliquid indecens proferatur. Vt de malo etiam alterius, ac de re illi molesta risum non admittant, sed potius cum tristitia affecto tristentur. Vt denique moderatè risum diducant, & cachinnos, ac subsultationes euitent. De quo pulchre ait *Clemens Alexandrinus*: Vrbane ergo, & lepidè loquendum est, non risus autem mouendus: quin etiam ipse risus est comprimendus. Nam ipse quoque si quomodo oportet, proferatur, præ se fert decorem, & honestatem: sin aliter prodeat, indicat intemperantiam. Nam, vt semel dicam, quæcumque sunt naturalia hominibus, ea ab illis minime tollenda sunt, sed eis potius modus, & conueniens temperatio adhibendum est. Non enim quoniam homo est animal vi ridendi præditum, ideo perpetuò ridendum est, quandoquidem nec equus, cuius est proprius hinnitus, semper hinnit. Tamquam autem animalia ratione prædita, oportet nos temperatè componere, studij nostri acrimoniam, & nimium intensam vehementiam moderatè remittentes, non autem inconcinne dissoluentes. Quæ vultus enim, tamquam alicuius instrumenti sit per harmoniam decora remissio, appellata est subrisio. Ita appellata est diffusio, & exhilaratio, & risus eorum, in quorum vultu residet modestia. Immoderata autem, & inconcinna vultus dissolutio, si sit quidem in mulieribus, appellatur risus immodestus, & lasciuus: id est autem risus metetricus: si autem in viris, cachinnatio. Est autem hic procorum risus insolens, & proteruus. Stultus autem in risu extollit vocem suam, inquit scriptura: [Vir autem astutus vix sensum subridebit.] Astutum

autem

Luc. 6. 25

Clem. A. lex. 2. pag. 5. 5.

Ecl. 23.

Alia. li. 3. varia. hif. e. 35.

Ecl. 3. 4.

Gen. 18. 12.

n. 15.

Gen. 17. 17.

Amb. l. 2. de Abra. 6. 11.

Ephes. 5. 3. 4.

Chrysostr. hom. 15. ad Hebr.



Aug. li. 1.  
Academ.  
99. disp. 2.

Matth.  
12. 34.

Iaco. 4. 9.

Luca. 6.  
25.

Bern. in  
vita Ma-  
lachia.

Ecl. 7. 3.

Chryso-  
st. hom. 14.  
in 1. ad  
Timoth.

autem nunc dicit prudentem, qui contratio modo quam stultus affectus est. Hæc ille.] Risus itaque in animi remissionibus non impetu erumpat, sed ex rationis imperio moderatus exeat. Ratio, inquit Augustinus, præueniat risum tuum. Nihil enim fædus risu irrisione dignissimo.] Non irruat in nos ut hostis, sed ut seruus ad ministerium vocetur. Nec nobis imperet, sed potius imperemus illi, & vsque ad limites per virtutem impositos illum progredi sinamus. Est enim risus effusus, & incontinens, signum manifestum cordis distracti, & inanis. Et sic ut [ex abundantia cordis os loquitur:] ita ex abundantia cordis os ridet. Córque, vanitatis & sensuum ridiculorum plenum, se per risum immoderatum effundit. De hoc risu ait Iacobus Apostolus: Risus vester in luctum conuertetur, & gaudium in mœrorem:] quia post insipientem risum, & inane gaudium, conscientia dolet, & intemperantiæ nostræ nos reprehendit. Dominus quoque ait: Væ vobis, qui ridetis nunc, quia lugebitis, & flebitis.] Quis nunc ridet? Ille quidem, qui secundum morem huius sæculi ridet. Ille, qui virtutis oblitus, & ex iis, quæ nunc accidunt, omnino distractus ridet. Ille, qui præsentia cogitans, & futura non prospiciens, ridet. Hunc fletus & luctus manet, vel duplex luctus; alter, quo suam in uerecundiam lugeat; alter, quo meritum modestiæ & feueritatis perditam defleat.

Sic autem humilis risum moderabitur, si eum raro admittat, si statum suum cogitet, si multiplices causas dolendi consideret. Risus igitur viri religiosi fit rarus, de quo Bernardus, & merito suum laudat Malachiam. Risus eius, inquit, index charitatis, aut prouocans charitatem, rarus tamen & ipse. Equidem interdum eductus, excussus numquam: qui ita nunciaret cordis lætitiã, ut ori gratiam non minueret, sed augetet. Tam modestus, ut lenitatis non posset esse suspectus; tantillus tamen, ut hilarem vultum ab omni tristitiã nãuo vel nubilo vendicare sufficeret. Erit autem risus rarus, aut minus frequens, si occasiones ridendi & iocandi vitemus. Ad quod hortatur nos Salomon: Melius est, ait, ire ad domum luctus, quam ad domum conuiuij;] in illa enim finis cunctorum admonetur hominum, & viuens cogitat, quid futurum sit. Si meliora, inquit, & utiliora eligenda sunt, longè melior est domus luctus, vbi exequiæ celebrantur, quam domus conuiuij, vbi epulæ lautæ & opipare apponuntur; quare illa eligenda est, ista vitanda. Vel per domum luctus, domum religiosam; & per domum conuiuij, locum inanium recreationum intelligit, & fatius est in illa manere, quam istam adire. Certè Chrysofomus per domum luctus, domum religiosam intellexit. Verè, inquit, domus luctus monasteria sunt, vbi cinis, atque cilicium, vbi solitudo, vbi risus nullus, nullus negotiorum sæcularium strepitus, vbi ieiunia, vbi terrenorum duritia luctulorum: ibi munda sunt omnia; nullus ibi nidotibus locus, absunt procul sanguinis riuus, perturbatio- nes, curæ, tumultus, tranquillo in portu nauigant, ac veluti luminaria sunt, sublimi de loco nauigantibus fulgore suo iter aperientes. In litore placido sedent, omnes ad quietem suam inuitantes, ac petrahentes, neque naufragium pati sinentes eos, qui se intuentur, non permittunt in tenebris degere eos, qui suas aspiciunt sedes. Perge itaque ad illos, quare, hospitio suscipe, accede, tange sacros pedes. Longè enim honorabilius est, illorum pedes, quam aliorum caput, attingere. Hæc ille.] Si ista est domus luctus; domus profectò risus erit, vbi hæc omnia defunt virtutis instrumenta, & nugis, ac scurrilitatibus, & verbis otiosis ora laxamus. Melius est ergo, & securius, il-

lam quam istam adire. Melior est ira risu: illa scilicet ira, qua corrigitur in homine animus sui ipsius delinquentis. [Et cor sapientiu vbi tristitia est, & cor stultorum vbi lætitiã.] Quis ergo sapiens occasiones ridendi & iocandi non vitabit: & commoditatem verò fletus compunctionisque suscipiet?

Fugies quoque, ô religiose, risus immoderantiam, si statum tuum cogites. Professus es namque statum lamenti & penitentiarum; statum, in quo ob peccata tua doleas, terrena fastidias, cœlestia suspires, virtutem quæras, mentis puritatem concupiscas. In hoc autem statu tam graui, tam sublimi, tam pleno dignitatis, absurdum est, si more hominum ociosorum risui, & iocis, & scurrilitatibus vaces. Humilitatem quæris? Sed illam non in risu, non in vana & effusa lætitiã, sed in luctu & tristitiã reperies. Quasi lugens, & contristatus, inquit David, sic humiliabar.] Sic humiliaberis, si quasi lugens & contristatus incedas, non si ineptè hilans, & stultè lætus progrediatis. Statum religiosum proficeres? Sed ille crux est, in qua cum Paulo crucifixus es mundo; quomodo in cruce ridere & iocari poteris? Certè qui in cruce pendet, vehementi dolore torquetur, & præ dolore ridere non potest. Mirum autem erit, si tu & cruce vitæ religiose pendens, & doloribus pro antea actis peccatis plenus, & desiderio magno, quod cruciat animum, virtutum accensus, dignum ducas risum admittere? Equidem puto, pro illa hora, in qua rides, te à cruce descendisse, & professionem religiosam quasi obliuioni mandasse. Sed aduertere, quæso, quia Dominus tuus, quem sequeris, à cruce descendere noluit, & vsque ad mortem in illa pependit: non erit autem tibi tutum, Domini magistri que tui exempla prætere- re, & mores atque studia imperfectorum sequi. Status ergo tuus, te ab immoderato risu auocet, & sanctæ grauitatis ad moneat.

Vitabis denique risus effrenationem, si multiplicem causam intantum doloris & mœoris consideres. Ipse mundus, in quo habitamus, licet ad actionem risum accipiat, rationis momentis risum damnat. Vnde Augustinus: Intelligamus, & discernamus ista duo tempora satis vtiliter iudicandi, & ridendi. Quamdiu enim sumus in hoc sæculo, non est ridendum, ne postea ploremus. Immo & ipse risus se damnat, quia immensa damna religioso immoderatè se effundenti conciliat. Risus enim, & procacitas [inquit sanctus Ephraem] monachum depimit. Dixit quidam sanctorum de licentia loquens: Licentia vêtus est estuas, monachi fructus corrumpens. De risu autem, iam audi: Risus beatitudinem luctus exterminat. Risus non ædificat. Risus non custodit, immò deperdit, ædificaque deuastat. Risus spiritum sanctum conturbat: animæ obest, & corpus corrumpit. Risus virtutes expellit: non meminit mortis, neque supplicia cogitat. Aufer à me risum, Domine: luctumque; ac gemitum mihi concede, quem à me ipse requiris, Deus.] Pellunt risum tot causæ lugendi, quæ nos in omni ætate circumdant. Peccatorum amaritudines, & conscientie tortiones necdum à nobis abieciimus, timore penarum, quæ nos ob peccata in futurum manent, constringimus; aduersitatum angustias, & prosperitatum fallacis coarctamur. Mors aduolat, iudicium instat, infernus infremit, creatura, quæ abusi sumus, accufant: quæ oculis circumspicimus, nos minoris fidelitatis arguunt. Exules sumus, & peregrini, in valle miseriarum positi, spiritualium bonorum indigentia pressi, ægritudinibus affecti, passionibus compediti, & mille aliis malis circumsepti. Et quomodo ridere, & subsultare, & cachinnari libebit? Hæc igitur ridendi causas auertat, & si interdum aliqua occasio risus

Ecl. 7. 4.  
Ibid. 5.

Ps. 34. 14.

Aug. ad  
Eph. 5.

Eph. 5.  
nos esse  
ridendū.

incideur,



inciderit, quæ, discretione dictante, non videatur ableganda; sit risus noster moderatus, sit circumspectioe conditus, sit non in longum tempus protrahendus, quem (vt humiles, & suum exilium lugentes decet) post paululum intus animæ compunctio, & extrâ serena grauitas, & grauis serenitas vultus excipiat.

De Circumspecta Humilium loquela.

CAPVT XI.



**H**UMILITAS cultores suos non elingues, sed bene loquentes facit, non loquelam penitus vetat, sed eam moderatur, & regit. Quare postquam ab humilibus taciturnitatem petit, & in eis risum cohibet, iam loquelam discretionis, sale & modestiæ decore conditam exposcit. Efficit, inquam, vt humiles submissè, grauitè, & circumspectè loquantur; vt non nisi pauca verba, & vtilia, ac rationi consona proferant, vt ea, quæ ab humili corde digna sunt progredi, solummodo dicant. Quæ autem in sermone custodienda sunt, ad duo capita possunt referri, quorum alterum ad modum loquendi; alterum, ad res, de quibus loquendum sit, pertinet.

In modo loquendi ista septem, quæ subiciam, tibi obseruanda sunt. Sermo tuus sit dulcis, atque suavis, qui auditores tuos ad te in Domino diligendum alliciat. De huiusmodi sermone dixit Ecclesiasticus: Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos. Et rursus Salomon: Qui dulcis est loquutio, maiora percipiet. Multi enim verbis dulcore conditis adducti sunt, vt similitates deponeant; alij, vt ceptam amicitiam auerant, alij, vt honore sua uiter loquentes afficerent. Sit præterea sermo honestus, ac sobrius, nulla (vt dictum est) immoderatione risus effusus, in quo elucet abscondita cordis sapientia: nam [vir sapiens vix tacitè ridebit.] Sit humilis, ac nulla superbia, aut elationis vitiositate notatus. Ad quod hortata est Anna Samuelis mater in suo cantico, dicens: Nolite multiplicare loqui sublimia gloriantes: recedant vetera de ore vestro. Sublimia enim, & vetera sunt verba superbia, quibus aliqui bona sua sibi ascribunt, & de re factis in seipsis gloriantur. Sit grauis, & non temerariè dictus, sed corde præmeditatus; quia [verba prudentium statera ponderantur:] non tantum ab ipsis, qui quasi in statera ponderant, quæ proferunt, sed ab auditoribus: nam rectè prolata magnificant. Sit tardiloquus, & non præcipitanter effusus. Hoc petunt illa verba Salomonis: Neque cor tuum sit velox ad proferendum sermonem coram Deo: Deus enim in celo, & tu super terram. Idcirco sint pauci sermones tui. Non præcipitanter, inquit, loquaris de Deo; quia eum ipse cælestes sedes habites, & tu repas super terram, pauca de illo potes cognoscere. Pauca igitur loquere, quia in multis sermonibus solè stultitia inueniri. Sit rationi sermo consonus, & verus, vt possis dicere: Iusti sunt omnes sermones mei, non est in eis prauum quid, neque peruersam: recti sunt intelligentibus; & æqui inuicentibus sciendam. Id postulat Paulus, dicens: Loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo, quoniam sumus inuicem membra. Sit tandem submissus, & nullo clamore notabilis; de Domino namque, quem volumus imitari, scriptum est: Non clamabit, nec accipiet personam, nec audietur vox eius foris, vt ab eo non clamare, sed submissè loqui discamus.

**A** Ad modum etiam loquendi pertinent, quæ ex Dionysio Richelio subiciam. Sunt, inquit, præterea in locutione, quemadmodum in aliarum quoque actibus virtutum, certæ circumstantiæ conditiones, quæ tenendæ: nempe quæ sermonem suum perfectè discretè; dirigat, & veram loquedi formam obseruat: quandoque (ni fallor) attendit, vt puta quid loquatur, quo tempore, quo loco, cui, & quomodo. Ea equidem, quæ mentè custodiunt, feruorem inflammant, gratiam alunt, salutiq; conferunt, loquendo consistunt; quæ verò mentè euoluunt, corq; intumescunt efficiunt, profus vitanda sunt. Corruptum enim bonos mores colloquia praua. Et beatus Benedictus: Verba, inquit, securilia, atq; in risum mouentia perpetuo anathemate vbique damnamus. Vnde Apostolus: Sermo, ait, vester semper sit in gratiâ sale conditus. Denique [tempus est loquendi, & item tempus tacendi.] Sed & alia demum loca colloquio, atque silentio alia concessa censentur. Insuper, cui loquimur, aspiciere par est: aptandus est enim sermo capacitati, statui, dispositioni, & profectui audientis. Si quoque corâ maioribus sumus, est seruanda modestia, quemadmodum scriptum est: In medio seniorum ne adicias loqui. Et rursus Sapiens: In auribus, inquit, insipientium ne loquaris, ne forte despiciant doctrinam eloquij tui. Porro condeccens sonus, gestusque compositus in locutione seruatur. Sed sunt, qui se instar aquæ effundunt, nec tempus, nec causam expectant; & interdum neque tunc silere queunt, cum se vel non audiri, vel non curari aduertunt, quod contra edocet sapiens: Priusquam audias, ne respondeas verbum. Et denuo: Sapiens tacebit vsque ad tempus; stultus autem, & imprudens non seruabit tempus. Rursusque: Vbi non est auditus, non effundas sermonem: qui enim ad loquendum velox est, non erit sapiens. Et autè virtus magna, resque amabilis, vt sit sermo dulcis, & homo affabilis. Vnde sapiens: Nonne, ait, ardorem refrigerabit ros: Sic & verbum melius, quàm datum. Etenim, vt Macharius fastus est, verbum mansuetum, atque suauè, etiam duos mollificat, conuertit, & corrigit: amarus verò asperque sermo bonos quoque interdum conturbat. Haec tenet ille. Et his necessaria documenta ad rectè loquendum continentur.

In substantia autem sermonis, ab humili inspicendum est, vt solum necessaria, aut vtilia, aut animæ salubria proferat. Necessaria quidem loquentis quia & ad hoc facultatem sermocinandi accepit, vt conceptus mentis explicaret, & suæ indigentia & infirmitati consuleret. Vtilia verò proximo; nam & ad hoc loquela homini data est, vt ea; sicut & aliis donis sibi concessis possit indigentia fratris proficere. Salubria denique animæ vtriusque, vt scilicet loquens, ex his quæ dicit, & sibi meritum & reliquis censum edificationis acquirat.

In hoc autem postremo maximè viri humilis virtus semper enititur, vt internam modestiam ac pietatem suis sermonibus demonstrat. Mores hominis lingua pandit, inquit Hugo Victorinus, & qualis sermo ostenditur, talis animus demonstratur. Sermo ergo humilium talis erit, vt menti insidètem humilitatem ac modestiam ostendat. Ex sono fidium lyram ad harmoniam non esse temperatam agnoscitur; & ex elatis sermonibus, cor humilitate affectum non esse discernitur. Mare, cui dominatur sæua tempestas, strepit, ac fremit, & iam ad abyssum deprimitur, iam ad cælum cleuatur: & animus elationi subiectus, in modum inquieti maris, sermonibus quasi fluctibus strepitum inconcinnum edit, & huc illucque inordinatè dispergitur. Corpus ex elementis

Richel. li. 1. de vita, & sermone solitarij. ar. 27.

Benedic. Coloss. 4. 6.

Eccles. 3. 7.

Eccles. 11. 8.

Prou. 23. 9.

Eccles. 11. 8. lbi. 20. 7.

Eccles. 32. 6.

Eccles. 18. 16.

Hugo. 2. de Anima.

Eccles. 6. 5. Prou. 16. 21.

Eccles. 21. 23.

1. Reg. 2. 3.

Eccles. 21. 28.

Eccles. 5. 1.

Prou. 8. 8. 9.

Ephes. 4. 25.

Isa. 42. 2.



Climac. gradu. 26

compositum, motu elementi dominantis mouetur, & homo, quia terrenus est, deorsum fertur, flamma verò, quia ignea est, sursum impellitur. Sic animus tuus si sit humilitati subiectus, verbis loca demissiora petet, & se deiciet; si verò sit superbià distentus, verbis se prodet, & se superiorem ac meliorem fratribus prædicabit. Sicut is, qui fert aromata, ait Ioannes Climacus, etiam si nolit, ex odore proditur: ita & qui Dei spiritum habet, ex verbis suis agnoscitur. Hanc doctrinam generalem, sed verissimam, spiritui humilitatis accommoda, & videbis quia hunc spiritum habens, & hunc lauanissimum odorem perferens, si loquatur, illum dissimulare non poterit. Amor eloquens est, si de re amara verba faciat, & quasi ignis se verborum scintillis ostentat. Quare & amor humilitatis faciet, ut corde humili digna loquaris, & sermonibus humilitatis desideria demonstras. Vnusquisque aptè sapienterque disserit de his, in quibus totam vitam insumpsit: Sapientes, sapientiam quam didicerunt, prudenter exponunt, & cuiuspiam artis professores disertè verbis illam euoluunt, tractantque fabrilis fabri: quid mirum si humilis in verbis suis non aliud quàm humilitatem modestiamque redoleat? Humilitatis sanè hoc proprium esse, ut linguam moderetur, & ad humilia & discreta verba proferenda moueat, docet Laurentius Iustinianus in hunc modum. Eris planè tunc humilis, si ori tuo custodiam, & cordi adhibueris prudentiam. Est autem lingua, membrum paruum, & magna exaltat, de se pompaticè loquitur, nunc inania, nunc scurrilia profert, & falsa. Illam optimè compescit humilitas, quæ silentium diligit, fugit mendacia, omnemque abhorret tumorem, atque solo contenta testimonio celestis gratiæ respuit proflare secreta. Se etenim prudenter examinat, cordis occulta rimatur, discernit singula; vniuersa diiudicat, còque sibi ipsi efficiunt vilior, quò infirmitatis propriæ cogitando fit clarior. Hinc loquacitati temperantiæ loris legem indicit, ne ipsius occasione mens effluat, dissipentur cogitatus, turbetur pax, & interioris domus pacata familia lasciuire cogatur, quæ, moderante prudentia, humilitatis cura custodit. Sic ille. Vide quomodo linguam compescat humilitas, quam potius silentio quàm verbis addidit, & si loquendi facultatem faciat, non ad verba inania & elata, sed ad sermones modestiæ & discretionis plenos laxari permittit.

Iust. li. de vita solitaria. c. 14.

Nec solùm humiles curant ea verba proferre, quæ humilitatem & modestiam redoleant, sed etiam in vniuersum nituntur verba ædificationis proferre. Sunt enim illi virtutis diligentissimi affectatores, quàm & in se, & in aliis promouere conantur, sciuntque, spiritalibus colloquiis in se & in audientium cordibus mirum in modum promoueri. Duo illi discipuli proficiscentes in Emauentem, auditis verbis Domini Iesu, dixerunt: Nonne cor nostrum atdens erat in nobis, dum loqueretur in via, & aperiret nobis scripturas? Idem profus semper est fructus spiritalis colloquij, quod cù verba Christi contineat, & loquenti prodest, & cor audientium in amore virtutis accendit. Vnde Abbas Theonas apud Cassianum, Germano, qui septem antea diebus quæstionem ad Spiritus profectum spectantè proposuerat, ita respondit. Grata namq; est huius tenoris occupatio, quæ maiora, dum soluitur, augmèta conquirunt: & non solùm percipientè ditat, verumetiam nihil inminuit largienti. Duplices siquidem congregat quæstus rerum spiritalium dispensator. Lucrum enim non solùm in illius qui audit, profectus;

Luca 24. 32.

Cassian. col. 23. c. 5.

verumetiam in sua disputatione, consequitur, non minùs smeripsum ad desiderium perfectionis accendens, dum instruit auditorem. Quamobrem vester ardor, meus profectus est: vestra sollicitudo, mea compunctio est. Nam vtique & ipse nunc mente torperem, nihilque in meo corde de his quæ expectis, retractarem, nisi me vester feruor atque expectatio ad rerum spiritalium recordationem suscitaret quodammodo dormitantem. Quod sanctus hic Abbas experiebatur, omnes (vt credo) sunt viri spiritalis experti; qui dum quasi nolentes aliquo casu ad colloquium spirituale incundum pertrahuntur, quasi torpore excusso in perfectionis amore flammantur. Ex quo discunt ita colloquia non tantùm audientibus esse proficua, sed & ipsorum loquentium corda in via spiritus adiuuari.

Istud autem licet omnibus iustis sit vtile, nobis autem religiosis videtur penitus necessarium, qui cùm valedixerimus sæculo, & pompis eius, ac solam vitam spirituales proficemur, non debemus idioma nostrum, id est, colloquia spiritalia, dediscere, & linguam, quam iam non nouimus, vsurpare. Hispanus Hispanicè: Gallus Gallicè; & Italus, Italicè loquitur; similiter religiosus religiosè, & spiritalis vir spiritaliter eloquatur. Vtinam ergo nobis accideret, quod Dauidi latronum principi, sed iam ad Deum ex corde conuerso, accidit; qui cùm angelo sibi peccata dimissa esse reuelanti non crederet, tali silentio in pœnam incredulitatis multatus est, quo bona solùm effari, inepta verò loqui non posset. Vtinam etiam nobis eueniret, quod de Machete Abbate narrat Cassianus in hæc verba: Vidimus senem, Machetem nomine, à turbis fratrum eminus commorantem, hanc à Domino gratiam diuturnis precibus impetrasse, vt quotquot diebus ac noctibus agitaretur collaro spiritalis, nunquam somni torpore penitus laxaretur. Si quis verò distractionis verbum, seu otiosum, tentasset inferre, in somnum protinus concidebat, nec vsque ad aurem quidem eius pollutionem virus obloquij poterat peruenire. Si enim ad verba inania proferenda murti, & ad ea audienda dormitantes essemus, neque quæ nos ineptè iactamus, aliorum corda, nec quæ alij inaniter dicunt, nostra corda polluerent. Ita sanè essemus viri perfecti, quia, [qui verbo non offendit, hic perfectus est vir;] & humilitatem ac perfectionem, quam cupimus, verbis ostenderemus, & lingua id ipsum profiteretur, ad quod rigore sanctæ conuersationis obligatur.

In Prato spirit. c. 14.

Cassian. 5. c. 19.

Iacobi 3. 2.

De Modestissima Humilium incessu.

CAPVT XII.

**P**OSTREMVS effectus, seu gradus humilitatis, à sancto Benedicto propositus, est submissus humilium incessus, & multiplex despicientiæ propriæ signum exterioris exhibitum, quod à corde sui contemptore procedat. Multasque causas inuenit humilis, vt inordinato prudenter capite, ac defixis in terram aspectibus progrediatur. Quid enim faciat homo assidua suorum peccatorum recordatione perterritus, iudicij diuini severissimi, quod expectat, memoriâ percussus, & humilium exemplis incitatus, nisi more reorum, & mortem expectantium, incedere, & ad terram oculos inclinare? Publicanus certè cùm se peccato-

Luca 18. 13.

rem



rem agnosceret, [ à longè stans nolebat nec oculos ad cælum leuare. ] Et Dauid humiliatus est, vt vitam à Domino postularet. Humiliatus, inquit, sum vsquequaque: viuifica me secundùm verbum tuum. Qui ergo se peccatorem nouit, & veniam ac misericordiã promereri desiderat, istos in exemplũ humilitatis datos imitetur. Hãc externam corporis disciplinã, & dispositionẽ humilem in omni loco religiosus obseruet. In oratorio, siue in Ecclesia, in cella, aut in aliis locis cœnobij, in opere, quod præstat, in via, per quam ambulat, in agro, in quo laborat, in horto, in quo animũ pro leuanda imbecillitate remittit, & in quocumque loco sit humilitatis memor, hanc teneat corporis & cordis disciplinam, vt nullo superbiæ signo notatus incedat. Nam vbique oculi Domini super iustos; cuius reuerentia maiestatis nos semper intuentis hæc in nobis signa humilitatis exoptat.

In incessu ceruix erecta, & alia his quæ diximus, contraria signa, ex superbiã nascuntur. Quare Bernardus ait: Si videris monachum, de quo prius bene confidebas, vbicumque stat, ambulat, fedit, oculis incipientem vagari, caput erectum, aures portare suspensas, è motibus exterioris hominis interiorem immutatam agnoscas. ] Immutatus, inquam, est, vt ipse postea latè prosequitur, de bono in malum; & vt externam demissionem reliquit, sic ad curiositatem primum superbiã gradum ipse deflexit. Ex his ineptis corporis motibus Gregorius Nazianzenus vafsum ac superbum Iulianũ Apostatã ingenium intellexit, de quo sic scribit. Sed me morum ipsius inconstantia, atque incredibilis quædam mentis emotio vatem efficiebat: siquidem vates ille optimus est, qui rectè coniciere nouit. Neque enim mihi boni quicquam significare, atque ominari videbantur ceruix non stata, humeri subsultantes, & ad æquilibrium subinde agitati, oculus insolens, & vagus, furiosèque intuens; pedes instabiles, & titubantes; natus contumeliam & contemptrum spilians; vultus lineamenta ridicula idem significantia; risus perulantes & effrænati; nutus & renutus temerarij; sermo hærens, spiritusque concisus: interrogationes sultæ & præcipites, responsiones his nihilo meliores, aliæ in aliis insultantes, nec graues & constantes, nec eruditionis ordine progredientes. Quid singula describere necesse est? Talem ante opera conspicius sum, qualem in operibus postea cognoui. Quod si quidam exiis, qui tunc simul erant, qui quicquid dixerim, audierunt, nunc mihi præstò essent, haud agrè testarentur. Quibus, vt hæc conspexi, statim proloquutus sum: Quale malum Romanorum terra nati, præfatus licet, ac mihi, vt falsus vates essem imprecatus. ] Ex his signis Pater hic sapientissimus Iuliani superbiã, & arrogantiam agnouit, & ex eisdem, aut aliis similibus quisque, licet minus sapiens, eius, cum quo conuersatur, cor superbiã tumidum, & infectum intellegit. Quantum verò hæc signa superbiã Domino displicant, verba illa Isaiã aperte demonstrant. Pro eo quod eleuata sunt filia Sion, & ambulauerunt extento collo, & nutibus oculorum ibant, & plaudebant, ambulabant pedibus suis, & composito gradu incedebant: decalabit Dominus verticem filiarum Sion, & Dominus cinem earum nudabit. ] Hæc enim, quæ aut de sceminis Ierosolymæ, aut de viribus Iudææ ad literam dicta sunt, de animabus fidelium posse accipi, docet Hieronymus, quas Dominus ob hæc signa superbiã in infamiam deiicit, & peccata ea-

**A** rum hypocrisis quasi velo contecta, oculis aliorum exponit.

Humilis ergo opposita his vestimenta gestat, id est, dissimilia signa exhibet aspectibus intuentium, & humilitatem, quam corde possidet, in incessu, in facie, in voce, & in aliis modestiæ indicibus, ad gloriam Dei, & fratrum adificationem, ostendit. Memor est illius Paulini documenti: Modestia vestra nota sit omnibus hominibus: ] & hanc gemmam, quæ ex voluntate Domini omnibus debet esse perspecta, nullo prætextu motus abscondit. Mens enim iusti in se ipsa (dum hinc viuatur) fratribus cognita esse non potest, at in signis & operibus nota esse potest. Vult ergo Dominus, vt quæ in se abscondita est, his signis se manifestet, vt exemplo alios adificet. Id optimè Ambrosius & rationibus & exemplis confirmat, qui sic ait: Habitum enim mentis in corporis statu cernitur. Hinc homo cordis nostri absconditus, aut leuior, aut iactantior, aut turbidior: aut contra grauior, & constantior, & purior, & maturior æstimatur. Itaque vox quædam est animi, corporis motus. Meministis, filij, quandam amicum cum sedulis se videretur commendare officij, hoc solo tamen in clerum à me non receptum, quod gestus eius plurimum dedeceret. Alterum quoque cum in clero reperissem, iubere me, ne vnquam præret mihi, quia velut quodam insolentis incessus verbere oculos feriret meos. Idque dixi cum redderetur post offensam muneri. Hoc solum cum redderetur post offensam muneri. Hoc solum cum redderetur post offensam muneri. Hoc solum cum redderetur post offensam muneri.

**C** vt qualis incessu probebatur, talis perfidia animi demonstraretur. Namque alter Ariana infestationis tempore fidem deseruit, alter pecunie studio, ne iudicium subiret, sacerdotem se nostrum negauit. Lucebat in illorum incessu imago leuitatis, species quædam scurrarum perculantium. Hæc Ambrosius. ] Nec mirum si alter istorum in hæresim, alter in perfidiam inciderit. Si enim hæc signa superbiã indicabant, omnium vitiorum & peccatorum matrem, non multum est, quod superbi ex iniquo seminario ad riulos, & ex parente ad germina iniqua venirent. Horum superbiã sanctus hic Pater in signis immodestiæ deprehendit, & absque dubio reliquorum famulorum, aut comitum storum humilitatem ex oppositis modestiæ signis agnouit, & ideo libenter eos in suum consortium adiunxit. Et quidem nemo est tam rudis, aut ignarus, vt ex his exterioribus non interiora conieceret. Bona enim domus, vt idem Ambrosius alio loco ait, in ipso vestibulo debet agnosci; ac primo prætendat ingressu, nihil intrus latere tenebrarum: vt mens nostra nullis repagulis corporalibus impedita, tanquam lucerna lux intus posita foris luceat. ] Ex artio quidem solet agnosci quanta sit domatis tum amplitudo, tum pulchritudo; & ex his modestiæ signis quanta in corde lateat humilitas. Nisi enim fingere velimus, & aspicientes fallere, & si habitum intus lateat operari sinamus, ipse quantus sit, an magnus, an moderatus, an pusillus, voce, & incessu, & corporis dispositione se detegit. Ex paruo igne non multè, nec magnæ scintillæ subsultant, neque ex parua humilitate magna signa externa submissionis procedunt, nisi forte virtus interna non agat, sed inane placendi desiderium ex professo aliud profitemens, quàm homo sit, in opus exeat. Quia tamen hoc quàm longissimè abest à viris iustis, dicamus, illos in his signis non gloriam inanem intendere, sed virtutem humilitatis in eorum cordibus residentem, hæc signa, quia ita æquum est, ad adificationem fratrum, demonstrare.

**D** **E**

Ps. 118. 107.

Bernard. 1. gradu superbiã.

Naz. iã. orat. 2. in Iulian.

Isaiã 3. 16.

Hieron. ibid.

Philipp. 4. 5.

Ambros. 1. Offici. c. 18.

Ambros. lib. 2. de virginitate.





Agit humilitas quod suum est, & quæ mentem sui met contemptu demittit, corpori etiam modestiæ actus, id est, signa internæ demissionis, apponit. Hæc virtus præstantissima charitate formata, animam, quam possidet, in Spiritus Dei templum ac habitationem convertit. Ad quem enim respiciam, ait Dominus, [vt scilicet in eo requiescam, [nisi ad pauperculum, & conitum spiritu, & trementem sermones meos?]] Pro foribus autem templi Dei velum erat appensum, quod & ea, quæ intrus erant, texit, & ea ipsa digna esse omni reuerentia demonstravit. Hoc velum, sapientum iudicio, in spiritali templo, scilicet in mente iusti, non est aliud, quam multiplex modestiæ & casti pudoris insigne. Quod ex vna quidæ parte virtutes interiores abscondit, sed ex alia, virum his insignibus decoratum, humilem ac omni reuerentia dignum esse declarat. Nihil ille habet exterius, quo aspicientium oculis minus gratus appareat. Illud potius Augustini in motibus suis obseruat: In incessu, statu, habitu, & in omnibus motibus vestris nihil fiat, quod cuiusquam offendat aspectum, sed quod vestram deceat sanctitatem. Ideoque dignus reuerentia putatur, in quo nihil reprehensione dignum videtur. Audi quid à nobis Hugo Victorinus in eundem locum regulæ scribens exquirat. Sic ergo, inquit, debemus viuere, vt vita concordet cum nomine, & professio teneatur in opere: vt si sanctus sit ordo, sancta sit conuersatio, & sicut bene de nobis dicitur, testimonio bonæ actionis comprobetur. Tunc enim religiosè viuimus, si illicitos motus sub disciplina coercemus, si membra & sensus nostros studeamus restringere, vt non possint lasciuia & leuitati deseruire: vt aspectus noster sit simplex, & humilis, ne fixè aspiciat oculus, quod illicite concupiscat animus: vt noster auditus sit purus, & discretus, ea, quæ superflua sunt, & vana, respiciens; ea, quæ Dei sunt, gratanter suscipiens: vt sermo noster sit sale conditus, otiosa & nocua detestans, bona & vtilia commendans: vt sit in corde munditia; in vultu pudicitia; in incessu grauitas; status cum reuerentia; motus cum maturitate; habitus cum religione, quatenus vbique resplendeat sanctitas, supereminet honestas, seruetur humilitas. Hæc ille. Qui hæc exterius præstiterit, & oculis se aspicientium obtulerit, non poterit non dignus reuerentia censerit. Illum sanè magni reputabunt, quem modestiæ vestibus ornatum aspexerint. Isaac, vt sensit Iacob filij sui vestimentorum fragrantiam, benedixit ei, & omnes similiter benedicunt, & bona imprecantur humili, cum vestimentorum eius fragrantiam, id est, modestiam, virtutum odorem, cordis odoratu persensuerint. Odor vestimentorum tuorum, inquit sponsus sponsam alloquens, sicut odor thuris, nam hic bonus modestiæ odor, virtutes animæ non ad gloriam hominum captandam, sed ad Deum honore afficiendum, in opus prodire demonstrat. Iacob quoque fleuit, & ingemuit, cum vidit scissam tunicam Ioseph filij sui: sicque, quisque zelum Dei habens, tristitia conficitur, cum operimentum virtutum, nempe modestiam scissam ac contemptam esse considerat.

Isaia 66. 2.

2. Paral. 3. 14.

Auguf. in regulæ. 6.

Hugo ib.

Gen. 27. 27.

Canti. 4. 11.

Gen. 37. 34.

Lit. 3. p. 2. ... c. 5. Doroth. doctrina 24.

Humiles ergo, in incessu, & in reliquis omnibus se modestiæ & pudoris amatorem exhibeat. Atque huius virtutis regulas, quæ humilitatis est casta progenies, ex iis, quæ superius dicta sunt, sine vlla difficultate cognoscat: minutura verò, sed non ob id contemptui habenda, ex ore Dorothæi in rebus spiritalibus peritissimi, cuius verba, licet longiora, subiciemus, addisces. Hæc est, inquit, modesta & grata Deo compositio. Primum, non circumferre

A hue & illic oculos, sed quæ ante te sunt, solum intruere, neque vana & otiosa loqui, sed tantum necessaria. Vestibus ita modicis vt, quæ ad corporis necessitatem sint; & cibus, qui corpus consolident, non gulam prouocent. Nihil discernere, de omnibus indifferenter degustare. Non cibos hos, vt viles, reicere; illos, vt delicatos eligere, seque his ad vomitum ingurgitare, maior quacumque virtute discretio est. Vino ne vtare extra symbolum, vel infirmitatis, aut imbecillitatis gratia. Ne interrumpas sermonem, altero loquente, neque vt rudis & indoctus respondeas, sed vt sapiens. Stabilis & firmus sis, & vbicumque locorum fueris, ministrum & seruum te puta fratrum tuorum. Ne denudaueris, præsentem aliquo, vllum membrorum tuorum, neque appropinques corpori alicuius absque manifesta & summa necessitate, aut permissa alium tibi appropinquare, absque rationabili causa. Fuge præsumptionem tanquam mortem. Sobrius & modestus esto. In somno ne longè fiat à te virtus, quæ tibi circumuigilat. Vbi autem cubes, nemo (si fieri potest) vel sciat, vel videat. Ne expuas, vel excreas ante aliquem. Quod si te tullis inuaserit sedentem ad mensam, verte faciem tuam retrorsum, & cum omni modestia expue. Comede & bibe, vt decet seruos Dei. Ne extendas manum impudenter, vt capias, quod ante fratrem tuum est. Si sederit tecum hospes, inuita illum semel & iterum ad comedendum. Composita mensæ asideas modestè & contractè, non confusè. Nullum membrorum tuorum enuda, cum æstuas, & cales, cum officinas, caue os tuum quispiam videat, comitante autem te spiritum tuum, illico pertransiet. Cum ingrederis cellam præpositi, vel amici, vel discipuli tui, caue quippiam curiosus inspicias eorum rerum, quæ in illa fuerint. Qui enim in his impudenter se habet, mentitur monasticum habitum, & Christum, qui habitum huiuscemodi nobis gratificatus est. Cum modestia, & sine strepitu aperi, & claude ostia vel tua, vel amici tui. Ne tumultuariè ingrediaris ad quenquam, sed prius exterius pulsans, cum vocatus fueris, ingredere. Hæc tenus ille. Cuius dictis nihil addendum est, nisi quod hic humilitatis effectus est, quasi aliorum complementum, quem qui reliquis adiunxerit, & se hac moderatione ac pudore exornauerit, erit in humilitate perfectus.

Hi sunt humilitatis gradus à Beatissimo Patriarcha Benedicto descripti, quos ob eius reuerentiam, nostra expositione perfecimus, & nostris desideris completimur. His autem transcurfis, ad eam charitatem perueniemus, quæ nos faciat corde puros, Deo gratos, & in conspectu Angelorum hominumque conspicuos. Vnde sic sanctus Pater doctrinam humilitatis concludit. Ergo his omnibus humilitatis gradibus ascensis, monachus mox ad charitatem Dei perueniet illam, quæ perfecta foras mittit timorem: per quam vniuersa, quæ prius non sine formidine obseruabat, absque villo labore vel naturaliter ex consuetudine incipiet custodire, non iam timore gehennæ, sed amore Christi, & consuetudine ipsa bona, & delectatione virtutum, quæ Dominus iam in operatum suum mundum à viris & peccatis, Spiritu sancto dignabitur demonstrare. Eisdemque verbis nos hanc materiam claudimus, vt postquam in sequentibus breuiter media & indicia humilitatis exposuerimus, per eam, tanquam per scalam, ad peruenire nitamur.

E





## De Medijs assequenda Humilitatis.

## CAPVT XIII.

**H**UMILITAS virtus sit, eadem media generalia, quæ supra pro assequendis virtutibus data sunt, huic etiam virtuti deserviant. Et ex tertio huius voluminis libro petenda sunt; ne eadem (quod maxime fugimus) sapius repetamus. Vnum tantum hic medium subiticiam, sine quo diligenter executioni mandato, fat scio, nemo perfectam humilitatem acquirere. Illud autem est, o frater, ut si humilitatem cupis, humiliationem, ac tui deiectionem diligas, & in eam non raro, sed frequenter, non incuriosè, aut tepidè, sed accuratè & diligenter incumbas. Romam venies itinere, quod Romam ducit; & similiter, itinere humilitatis ad humilitatem accedes. Non est autem aliud iter humilitatis, nisi humiliatio & despectio tui: unde ab humilitate fugies, ab eaque discedes, si te ab humiliatione subtraxeris. Audi nunc quanta exaggeratione id spirituales magistri doceant, Bernardus sic ait. Humiliatio, via est ad humilitatem, sicut patientia ad pacem, sicut lectio ad scientiam. Si virtutem appetis humilitatis, viam non refugas humiliationis. Nam si non poteris humiliari, non poteris ad humilitatem prouehi. Et Bonauentura. Et quoniam ad humilitatem, inquit, humiliatio via est; non erubescant religiosi humilia, ne humiliatis officia facile respuant. Ioannes autem Climacus, memorabili exemplo cuiusdam Abbatis sanctissimi (qui per septem integros annos pro foribus monasterij cuiusdam, obedientiæ & humilitatis ergò moratus est) aptissime declarauit, quantum ab humiliatione pendeat humilitas. Interrogauit ego eum, inquit, cum adhuc superes, magnum hunc præclarum virum, quam exercitationem mens eius habuisset, cum ad portam moraretur. Neque abscondit à me, cum prodesse mihi cuperet, memorabilis ille ac dulcissimus pater. Inquit, hoc existimabam, quòd pro peccatis meis essem venditus. Unde cum amaritudine summa, & violentia, & sanguine prouolebar omnium pedibus; impleeram vix annum, cum sine merore iam ac tristitia id faciebam, mercedem à Deo tolerantia expectans. Impleto autem rursus anno alio, toto affectu cordis indignum me ipsum existimare ceppi, conuersatione monasterij, Patrumque aspectu, & contubernio, diuinorumque participatione sacramentorum: indignum item qui in alicuius faciem intenderem. Quocirca defixis in terra luminibus, nec ab oculis discrepante animo, intrantes, atque exeuntes, ut pro me orarent, deprecabar.

Sanctus hic Abbas, & in vniuersum omnes iusti, per humiliationis viam humilitatem sunt assequuti. Ideo que Christus Saluator nollet, qui magistrum se humilitatis & mititatis exhibuit, tantas ignominias & iniurias, tantasque aduersitates, dolores, & afflictiones elegit, ut videlicet doceret nos, humilitatem, non aliter quam nostri contemptu, & deiectione: & mansuetudinem, non alio modo quam aduersitatum & dolorum perpeffione cõquiri. Si ergo cupis ad humilitatis celsitudinem peruenire, hæc est via, qua ad hanc tutissimam arcem accendes. Humilitatem à Domino omnium bonorum, sed maxime humilitatis magistro, & satore, crebris orationibus, & gemitibus, atque suspiriis, nec non & matris Dei, ac humilium, Mariæ omniumque sanctorum, impetratione conquire. Deinde desideria huius virtutis in te

**A**ugere quotidie ac promouere curabis, propolitâ ante oculos humilitatis pulchritudine, ac multiplicibus bonis huius vitæ, & ineffabilibus præmiis futuræ, quæ in humiles conferuntur. Postmodum scientiam notitiæ tui probè addiscere, atque comparare studebis; ita scilicet, ut vilitatem tuam, ac infirmitatem bene calleas, & quàm nihil possis sine Deo, tum in actionibus naturalibus, tum in moralibus, tum etiam in supernaturalibus, non tam cognoscas, quàm sentias, & quasi manibus tractes. Affuescalsque, te ipsum, ut saccum stercoris; abyssum infirmitatis, & fontem peccatorum, ad quæ propensus es, ac omnis iniquitatis, aspiceret. Non quia naturâ malus sis, abisti; sed quia natura tua per originale peccatum corrupta, in peccatum & inobedientiam inclinat. Rursus assiduo actum interiorum studio te ipsum quotidie, non semel, aut iterum, sed multoties vilipendes, te minimum omnium cogitabis; reliquos, ut maiores & meliores, suscipies, & te indignum luce & vitâ, & communibus beneficiis, corde fateberis. Tandem humiliationem exteriorum, quantum status conditio permiserit, discretioque dictauerit, valde familiarem habebis. Dona, & talenta tibi data (si oppositum necessarium non sit) libenter abscondes: defectus & ineptitudines aperies: honores & plausus hominum fugies, omnem extremitatem concupisces, in abiectionis ministerijs sponte te ingeres, & fratribus inseruire, & pedibus eorum prouolui ac conculcari, magnum duces. Ac breuiter omnem deiectionem ac vilipensionem tui; omnem absconsonem & obliuionem, & omnem contemptum tibi diliges.

**B** Hæc tibi appetenda & suscipienda sunt, non propter seipsa, sed pro domandâ superbia tua, & pro fine virtutis, quem efficiunt. Si enim medicamenta amarissima suscipis, ut salutem carnis recuperes: quid multum, si hæc amara medicamina conseceris, ut humilitatem & animæ salutem consequaris? His igitur humiliationis propriæ, & vilipensionis studiis humilitatem, Deo cooperante, obtinebis: ex humilitate ad cumulû aliarum virtutum peruenies: ex aliis virtutibus, ad fastigium charitatis accendes, & ex charitate gloriam humilibus preparatam obtinebis. Quia scriptum est: Veni, ut darem eis coronam pro cinere, oleum gaudij pro luctu, pallium laudis pro spiritu meroris, & vocabuntur in ea fortes iustitiæ, plantatio Domini ad glorificandum. Si humiliatio hæc cinis est, & puluis contemptui habendas, scito quia missus est Christus, ut daret gloriæ coronam pro cinere. Si tristis res est abscondi, & occultari: ille venit, ut daret oleum gaudij, & deuotionis pro luctu. Si abominanda res videtur pedibus aliorum proculcari: ille apparuit, ut daret pallium æternæ laudis pro spiritu meroris. Hi, qui sic suos spiritus cohibent, & elationi resistunt, sunt fortes, & constantes in iustitia, qui vocantur plantatio Domini, ut ipsam in hac vita suis sanctissimis moribus glorificent, & postmodum pro rectè gestis gloriam semper duraturam accipiant.

## De Humilitatis Indicijs.

## CAPVT XIV.

**I**NDICIA generalia Virtutum supra descripta, ad hanc virtutem applicata, sunt etiam indicia humilitatis, ex quibus quisque quantum in humilitate profecerit, deprehendet. Sed Patres aliqua signa specialia humilitatis tradunt, quæ ad ple-

Bernard.  
epist. 87.  
ad Ogerium.Bonau. in  
speculo. 2.  
P. 6.

Climac.

Isaia 61.  
3.



August.

Bern. ser.  
13. in  
Cant.Chrysof.  
hom. 1. in  
1. ad Co-  
rinth.  
Greg. 20.  
mor. c.  
22. c.  
14.Cassia. li.  
4. c. 39.Chrysof.  
hom. in  
Iulid. 2.  
Reg. 7.  
Quis sum  
ego. Tom.  
1. ad fin.

Luca 18.

nitidum huius doctrinae breuiter ac succincte  
præbenda sunt. Augustinus duo signa tradit. Nam  
quodam loco inquit: Quid est esse humilem? Nol-  
le laudari. Et rursus: Humilitas in scripturis sancta  
probat infantia. Hæc est sancta simplicitas, verbis  
& moribus exhibita. Bernardus, vnum. Magna pro-  
fectio & rara virtus est, ait, vt magna licet operantem,  
magnum te nescias, & manifestam omnibus, tuam  
te solum latere sanctitatem. Chrysostomus alius:  
Humilis euadit, qui humana contemnit, qui suæ con-  
stitutionis initia considerat. Gregorius tria. Primum,  
si bona sibi data aut non agnoscat, aut certe aliena  
esse sciat, & eorum diuulgationem metuat. Secun-  
dum, si libenter obediat, & aliorum imperio se sub-  
mittat. Tertium, si se corrigentem patienter audiat,  
& grato animo correptionem subeat.

Ioannes Cassianus decem signa humilitatis in  
medium profert, quibus breuiter omnem doctrinam  
postea à sancto Benedicto traditam mirabili ratione  
complectitur. Humilitas, inquit, his iudiciis com-  
probatur. Primum, si mortificatas in se habeat omnes  
voluntates. Secundum, si non solum actuum suorum,  
verum etiam cogitationum, nihil suum celauerit fe-  
norem. Tertium, si nihil suæ discretioni, sed iudicio  
eius vniuersa committat, ac monita eius sitiens li-  
benter auscultet. Quartum, si in omnibus seruet obe-  
dientiam, mansuetudinem, & patientiæ constan-  
tiam. Quintum, si non solum iniuriam inferat nulli,  
sed nec ab alio quidem sibi irrogatam doleat,  
atque tristetur. Sextum, si nihil agat, nihil præsumat,  
quod non vel communis regula, vel maiorum co-  
hortentur exempla. Septimum, si omni vilitate con-  
tentus sit, & ad omnia se, quæ sibi præbentur, velut  
operarium malum, iudicari indignum. Octauum, si se-  
metipsum cunctis inferiore, non superficie pro-  
nunciet laborum, sed intimo cordis credat affectu.  
Nonum, si linguam cohibeat, vel non sit clamorosus in  
voce. Decimum, si non sit facilis, ac promptus in risu.  
Talibus namque iudiciis, & his similibus, humilitas  
vera dignoscitur.]

Chrysostomus iterum iudicium humilitatis pu-  
tat, si se ipsum quisque cognoscat. Cognitionemque  
sui ab homine habendam quasi duodecim punctis  
mitè complectitur. Nam verba faciens de sancto  
Dauid, hæc inquit: Attenditis hominem gratia  
plenum, & ideo non esse ingratum? Videtis quomo-  
do agnoscat se quis fuerit, quis est, & quid erit? Ibi  
est ergo plenitudo gratiæ, vt se in omnibus vnusquis-  
que agnoscat. Primum, quia mortalis est. Secundum,  
quia calibus vita humana plena est. Tertium, quia tri-  
bulationes & dolores in sæculo inuenit. Quartum, vt  
sciat, quia patientia pauperum non peribit in æter-  
num. Quintum, vt norit, quia perseverantia perducit  
ad Deum. Sextum, vt intendat, quia quanto magnus  
est, humiliatus si fuerit, & humilitatis vias tenuerit,  
inueniet gratiam in conspectu Dei. Septimum, quia  
non est sine peccato, nec infans vnus diei natus super  
terram. Octauum, quia contra insidias diaboli oportet  
semper orare, & non deficere. Nonum, vt in oratione  
non captiuemur terrena cogitatione. Decimum, vt in  
spe non deficiamus. Vndecimum, vt contemplerur  
delectationem Domini, & protectionem speremus  
diuinitatis. Duodecimum, quia non tacebimus trino  
illo clamore, dicentes: Sanctus, Sanctus, Sanctus, si-  
ne cessatione. In his omnibus qui se agnoscat, vt in  
capite posuimus, viam tenet humilitatis. Nam om-  
nes Patriarchæ, Propheta, Apostoli, Martyres, Ere-  
mitæ, in monasteriis constituti, Clerici, & Episcopi,  
has tenuerunt semitas, in quibus potuerunt ad  
Deum peruenire. Hæc ille.]

Trithemius Abbas, vsque ad triginta, hæc humi-  
litis signa protraxit, quæ nunc breuiter pro legen-  
tium vilitate contrahemus. I. Si iustus se omni-  
bus inferiore & vilior agnoscat. II. Si omni  
tempore negligentias suas coram Deo & hominibus  
fareatur. III. Si bona opera occultate desideret, &  
suum profectum abscondat. IV. Si sua mala con-  
sideret, & quæ bona alij fecerint, manifestet. V. Si  
aliorum defectus taceat, & cum ratione officij tene-  
tur, eos in lenitate spiritus corrigat. VI. Si se ad  
increpandum non facilem, sed tardum, non ex pu-  
sillanimitate, sed ex propriæ vilitatis cognitione, re-  
periat. VII. Si correptiones & emendationes pro  
culpæ & negligentis libenter suscipiat. VIII. Si  
correptus culpam non defendat, non neget, non  
palliet, non excuset, non murmuret, & acclatus, se  
sine causâ accusari non clamet. IX. Si sit in voce  
dulcis, mitis, modestus, & non clamorosus. X. Si  
quæ de proximis audit, in meliorem partem inter-  
pretetur. XI. Si neminem, quantumuis peccato-  
rem, despiciat. XII. Si laudari non appetat, &  
cum laudatur, ingemiscens erubescat. XIII. Si  
laudes, & fauores in veritate contemnat, & ab his,  
qui eum laudant, & magni faciunt, se subtrahat.  
XIV. Si ex detractionibus, & correptionibus, quas  
patitur, gaudium concipiat, in diuino amore crescat,  
& se sanquam reum, ex culpæ consideratione com-  
pungat. XV. Si correptus non recalcitret, nec cri-  
mina manifestissima corripientis obiciat, sed silen-  
tium seruet.

Pergit hic venerabilis Abbas alia quindecim signa  
Humilitatis edicere. XVI. est. Namque humilis  
cuncta mundi huius solatia deserit, & nullas morta-  
lium amicitias requirit. XVII. Non se distrahit ad  
multa, & hominum auxilia ad ascendendum non  
exquirens, in sua mediocritate consistit. XVIII.  
Tribulatus ex corde compatitur, aliorum defectus  
patienter tolerat, & pro delinquentibus orat. XIX.  
Nulli Dei beneficia inuidet; dona omnibus impre-  
catur, & cupit; & de fratrum profectu congaudet.  
XX. Multitudinem suorum peccatorum in cordis  
contritione in memoriam reuocat, & se omni Dei  
beneficio indignum putat. XXI. Humilis suum  
iudicium, & voluntatem abnegat, & aliorum iudicio  
& voluntati submittit. XXII. Vestes nouas,  
pulchras, pretiosas despicit; & indumenta vilia, &  
ab aliis prolecta sibi dari concupiscit. XXIII. Est  
obsequius aliorum deditus, & seruitiis abiectionis  
domus addictus. XXIV. Viliora ministeria, quæ  
alij refugunt, & abominantur, facere delectatur.  
XXV. In congregatione sedem viliorum & poste-  
riorem quaerit, & nec æqualibus, nec inferioribus se  
præfert. XXVI. Humilis, etiam doctus & erudi-  
tus, propter Dei amorem, suam scientiam & peritiam  
abscondit. XXVII. Silentium diligit, & ne of-  
fendat in sermone, aut lingua labatur, loqui paucis-  
sima consuevit. XXVIII. Riûm immodera-  
tum, & omnes inordinatos cachinnantium gestus  
euitat. XXIX. Dominum timet, & ob timorem  
eius omne peccatum declinare decernit. XXX.  
Obedientiæ & subiectionis amator efficitur, & in  
his omnibus, quæ propolita sunt, mentis stabilitate  
firmatur.

Hæc sunt sanctæ humilitatis indicia à Patribus  
assignata; ex quibus eius tum natura tum pulchritu-  
do cognoscitur, & facies nostra rubore suffunditur,  
qui ista dicimus, ista scribimus, ista mente voluimus,  
& quam longissimè à vera humilitate distamus.  
Quæ cum non in lingua, nec in ieiuna notitia, sed in  
appetitione & actione resideat, non illis se commu-

Trithem.  
lib. 2. ser.  
ad mo-  
nachos.  
serm. 3.

nicat,



nicat, qui de ipsa multa loquuntur, sed qui secundum præscriptum illius, mundum, ac se ipsos contemnunt, & Christi vitam imitantur. Iam ergo receptui canamus, iam tandem taceamus, & quæ aliis ex bona (vt credo) intentione tradidimus, opere præstare curemus. Hæc virtus est, vt Chryostomus inquit, quæ charitatem acquirit, pacem inuenit, &

A sereno corde totum intendit. Si ad charitatis perfectionem aspiramus, si pacem quærimus, si totum (& Dens est) ex medullis cordis intendimus, viam humilitatis, per quam itur ad Deum, gressibus velocissimis ambulemus. Quam præstet nobis Dominus per infinitas miserationes suas. Amen.



O R A T I O  
A D P O S T V L A N D A M H U M I L I T A T E M.

**D**OMINE Deus meus, paruulorum sublimitas, & humilium celsitudo, qui vnigenitum Filium tuum velamento nostræ carnis indutum in Humilitatis Magistrum dedisti: eumque humilem in mundum ingredi, humilem in mundo conuersari, & humilem à mundo exire voluisti: respice, obsecro, ad desideria nostra, & miserere gemituum infirmitatis nostræ, virtutemque Humilitatis nobis tribue, vt eum Redemptorem nostrum, quem professione sequimur, conuersatione imitemur; & tibi, qui gloria nostra es, eius vestigiis inherendo, placeamus. Immitte in corda, quæ creasti, & ex æternitate dilexisti, veram, & claram notitiam nostri, desideria contemptus, & vilipensionis excita, ad ascendendos huius scale cælestis gradus roborata, & fructus Humilitatis in manibus nostris ostende. Da pacem Domine, da pacem nobis, quam in verissima huius sæculi, & nostri despicientia, & in tui amore collocatam intuemur. In animabus nostris hoc stabilissimum fundamentum structura spiritalis iniucito: vt dum illi (te donante) Virtutum lapides superponimus, & feruentissima charitate contegimus, templum in nobis, quod tu, ô Deus meus, semper inhabites, extruamus. *A M E N.*

F I N I S L I B R I Q V A R T I.



